Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Fabricius

Georgii Fabricii Historiarum Sacrarum : Libri Decem

Editio quinta in gratiam SS. Theolog. Studiosorum, Numburgi: Löffler, 1703

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0001
DFG

Pr. 484 gr Fad

C

1 Tugfer

F. C – 3892.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819772518/phys_0002
DFG

Fc 14

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0005
DFG


SOPITOS SVSCITAT IGNES
QUATUOR IMPE
Apud Christian Kolben



Bibliop: Naumb: 1686. And: Erölich. sculps:

GEORGII FABRICII

HISTORIARUM SACRARUM LIBRI DECEM

Cum Notis

Philolog. Theolog. Chronologico Historicis.

JOH. SEBASTIANI Mitternachts/

Ecclesiastæ aulici primarii, Præsulatus Numburg. Superintendentis, & Consistorii Cizensis Assessoris &c.

Editio quinta in gratiam SS. Theolog. Studiosorum innumeris in locis aucta

CUM PRIVILEGIO ELECTORAL. SAX.

Sumtibus Joh. Andr. Löfferi, Bibl. Naumb.

NUMBURGI, Typis Joh. Andr. Saleeldi. 1703.

L. O. 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819772518/phys_0010
DFG

SULPITIUS SEVERUS
EPISCOPUS NARBONÆ,
(a) DE SUA HISTORIA SACRA.



Ea quæ de sacris voluminibus breviter digessimus, non ita legentibus Auctor accesserim, ut prætermissis illis, undè hæc derivata sunt, appetantur: nisi cùm illa quis familialiter noverit, hic recognoscat, quæ ibi legerit, etenim universa rerum mysteria non nisi ex ipsis fontibus hauriri queunt.

(a) Gennadius in Catalogo Virorum Illustr. *Presbyterum* vocat. Carolus Sigonius, Petrus Galesinius, & Victor Giselinus

Episcopum Bituricensem appellant, quos Josephus Scal. in prolegom. libr. de emendatione temporum redarguit. P. Faber ait, illum fuisse *Monachum* Primuliacensem. Vossius verò ait; qui Episcopum fuisse Sulpitium ajunt, falli planè existumandi. &c.

NOMINA

SCRIPTORUM,

Quorum præter Libros sacros, interdum utimur auctoritate, testimonii causâ.

Africanus.
Appianus.
Chrysostomus.
Clemens.
Epiphanius.
Florus.
Hegesippus.
Herodotus.
Hieronymus
Jason.

Jose-

Josephus.
Justinus historicus.
Justinus martyr.
Onesicritus
Orosius.
Paulinus.
Philo.
Prosper.
Prudentius.
Satyrici.
Strabo.
Suidas.
Sulpitius.
Tacitus.
Tertullianus.
Theophilus.
Victorinus.
Xenophon.



NOndum laboris est satis scho-
lastici?
Nondum piget, Musæa quà
proles eat,
Monstrare callem? ô doctioris en-
thea
Ævi medulla, Gratiarum corculum,
Sophiesque MITTERNACHTE,
quem perenniter
Parente dilexi magis, quem diligam,
Dum Solis almi lumen admirabile
Videbo, cœtusque inter humanos
agam.
Te tot per annos in scholis celebrib9
Laboris hujus tædiô planè improbi
Tactum satis justô, Tui putavimus,
Hinc

Hinc exiisse vineam in Dei sacram,
Ut quisque nempe profuit multum
& benè:
Sic vult mererier magis prodesseque,
Sic & salutem promovere promtius
Conatur omnium, senum & pueritiæ.
Quare, quod ore non potes, VIR MAXIME,
Quò sol nihil disertius quicquam videt,
Id penna præstat erudita, denuò
Dum sacra FABRICI notis illuminat
Tam splendidis novisque, tam politulis.
Tales sed universum alit rarò Viros,
Qui possient velintque literis simul
Ecclesiæque commodare sedulam
Manumque felicem, Quid ergo? Tute eris
Aut

Aut major omnibus, secundus aut Virûm
Nulli, colit quos orbis eruditior.

Debitæ observantiæ ergo, quam VIRO CELEBERRIMO, PRÆCEPTORI quondam fidelissimo, RECTORI deinceps & COLLEGÆ meritissimo, nunc verò PATRONO maxime debet.

ἐχθίστως

M. JOH. FRID. Köber/
Illustris Ruthenei, quod Geræ est, RECTOR.



GEOR-

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER PRIMUS.

Libertatis Ecclesiæ invictæ.

I. ADAMUS.

ADAM *primus* (a) homo, è limo (b) terræ, verbo Dei conditur, & motu Spiritûs Sancti animam accipit viventem: quâ non solùm in hoc mundo degeret, (c) sed *gloriâ* etiam *Dei* (d) in cœlis frueretur. Conditus ad imaginem Dei atque æternitatem, *& totius orbis terrarum factus rex atque dominus:* animantes numerat atque nominat, (e) factam ex se (f) mulierem statim agnoscit: cum quâ *in rerum omnium copiâ & felicitate vivens,* Diaboli fraude & ejus svasu deceptus, *Dei mandatum violat,* (g) eumque iratum nuditate perspectâ *fugit & aversatur:* (h) verùm à

Deo ipso revocatus, *peccatum agnoscit & deplorat*, & ipsius clementiâ *plenam consolationem accipit:* editâ promissione illustri, de semine mulieris, caput serpentis veneficum seculis futuris omnibus contrituro. (i) *Ejectus* autem *possessione* horti uberrimi, *labores injunctos* (k) *patienter tolerat* & quamvis *miseriis omnibus totâ vitâ*, & deinceps morti ipsi esset *obnoxius:* tamen *spem de* promissione divinâ *non abjicit*, & in Ecclesiâ ad patrem usque Noæ, (l) annis nongentis & triginta de filio DEI docet, suosque posteros *ad spem immortalitatis & vitæ æternæ erigit atque animat.* A Deo *bona promissa*, & ipse *fide complectens*, & alios eâ *sapientiâ*, *de cœlis profectâ*, *instruens*, cum posteritate credente servatur.

ANNOTATIONES.

ADAMUS *Ebr. dicitur* אָדָם *Gr. LXXII.* Ἀδάμ. (a) Primus *homo dicitur Adamus, quia Deus illum* ante omnes alios *formavit; & ex eodem* omnes alii *sunt orti; velut diserte Apostolus ait, Actor. XVII. 26. DEUS fecit ex* uno (*Adamo*) omne genus hominum *inhabitare super* universâ terræ superficie &c. *quod contra Præ-Adamitarum auctorem Peyrerium, Gallum, notandum; nec non contra nugas quorundum Judæorum Astrologorum, qui ante Adamum vixisse quendam Janbasor, Adami præceptorem, fabulantur.* (b) *Limus est cœnum illud mollius, quod, quando aqua paulatim putrescit, relinqui solet. Horat. 2. Serm. Sat. 4. Gravis veteri crateræ limus adhæsit. Et Virg. 4. Georg. levi limo unge cubilia.* Ist eine zehe schleimichte Erde. (c) *Scil. vitam, vel ætatem, vel ævum, vel tempus, quæ verba alii Auctores adjiciunt. Plinius*

lib.

lib. VI. H. N. c. 25. hoc verbo etiam, ut Auctor noster, absolutè utitur pro vivere. (*d*) *gloriâ Dei, h. e. intuitu gloriæ Dei, vel, gloriâ à Deo piis paratâ.* (*e*) *Genes. II. 19. 20.* (*f*) *h. e. ex Adami costâ Gen. II. 21. 22. 23.* (*g*) *Gen. III. seqq. 6. 7.* (*h*) *ibid. v. 8.* (*i*) *ibid. v. 15.* (*k*) *ibid. v. 17. 18. 19.* (*l*) *Lamechus, Noachi Pater, nascitur A. M. 874. Adamus verò moritur A. M. 930. annis 56. post Lamechi nativitatem.*

NB. Quidam volunt, Adamum sepultum fuisse Hebrone, in speluncâ, quam Abrahamus deinceps emit. Alii Hierosolymis, eo loco, ubi crucifixus Dominus, ita ut crux cranium ejus & ossa in rupem penetrarit: ceu Chrysostomus ex aliorum opinione, inter quos est [*juxta nonnullos*] *Athanasius refert. Et Epiphanius in eo loco cranium Adami repertum narrat. Sed hoc incertum.*

2 EVA.

EVA è viri dormientis latere atque costâ, Dei manu virgo producitur, (*a*) *Ornatâq; specie eximiæ pulchritudinis*, ipso Deo auctore & pronubo, ad virum deducitur. Dos fuit, vera Dei agnitio, & integritas: (*b*) Domicilium, *amœnissimus hortus.* (*c*) Et huic adjunctum in omneis res conditas, tàm animatas, quàm non animatas, imperium: (*d*) Victus, *arborum fruges*, & plantulæ salubres, (*e*) & monstratus à conditore fonticulus: (*f*) Amictus verò innocentiæ & sanctitati (*g*) nullus. Hæc *blanditiis Diaboli inducitur*, (*h*) ut oblita mandati arboris vetitæ pomum carpat, idemque viro gustandum porrigat. (*i*) Suâ igitur temeritate viro *victum asperum* & sudores: sibi

dolores partûs & servitutem peperit; omnemque posteritatem (*k*) secum perdidit, mortemq; in hominum genus miserrima introduxit. *Excitata* autem *ab ipso Deo ad spem salutis atq; vitæ*, etiamsi dote amplissimâ (*l*) & *bonis* ingentibus *spoliaretur, omnes* tamen *vitæ difficultates* & longævitatis ærumnas *sustinet precibus* & *patientiâ.*

ANNOTATIONES.

EVA *Ebr.* חַוָּה *Chavvah: sic vocata ab Adamo Gen. III. 20. quo loco LXXII. substituunt vocem* Ζωὴ, *h. e.* vita. *Nomen Ebr. Buxtorffius in Lex. p. 221. refert ad radicem* חָיָה vixit, *monetq; quòd nonnulli Rabbin. per lusum aut jocum id nominis à radice* חוה *deducant. Rationem eorum vide ibidem. Tob. VII. 6. Græc. editionis vocatur* Εὔα. *Vulgatus Lat. & eum secutus Lutherus vocant* Hevam. (*a*) *Genes. II. 21. 22.* (*b*) *h. e. Justitia & sanctitas* (*c*) *Gen. II. 8. 15.* (*d*) *Gen. I. 27, 28.* (*e*) *ibid. §. 29. 30.* (*f*) *Videtur Auctor respicere ad Gen. II. 10.* (*g*) *hoc est. Evæ illi innocenti ac sanctæ, Abstract. pro Concret.* (*h*) *Gen. III. 1.* (*i*) *Gen. III. 6.* (*k*) *h. e.* omneis *homines ex Eva nascituros* (*l*) *quum antea veram Dei agnitionem & integritatem Auctor appellaverat.*

3. CAINUS.

CAINUS *primus ex homine homo natus,* (*a*) *parentum singulare gaudium*, in adolescentiâ *agrum colere* cœpit, (*b*) *Multoque sudore & molestiâ victum quæritare. In studiis pietatis negligens,* & *maxima quæque sibi pollicitus:* cùm fide non sincerâ Deo

mnne

munera offerret, [c] est illi frater divino testimonio antepositus. [d] Quamobrem *irâ & odio exardescit*, & de necando Abele tacitè secum cogitat, quem *blandô sermone* [e] in agrum *pellicit*, nullâq; pietatis & sangvinis reverentiâ, furtim [f] obtruncat. [g] Accusante ipsum Deo, non deprecatur, sed superbè respondet, & *conscientiâ excitá* [h] *vexatus, ruit in desperationem*, & à facie conspectuque parentum fugiens, *incertâ in terris sede vagatur, incertoq; opinionum turbine*, à parentum fratrisque Ecclesiâ [i] discedens, *agitatur*: Deum non ut conditorem suum reveritus, sed ut tyrannum aversatus: tandem à suo trinepote, Lamecho, per imprudentiam *perhibetur* [k] interfectus, *caput Ecclesiæ hypocriticæ, & filiorum seculi imago efferata*.

AMNOTATIONES.

CAINUS Ebr. קין *Kajin* Gr. LXXII. Κάϊν. *De ejus nativitate vid. Gen. IV. 1. ubi etiam Evæ gaudium exponitur, quippe quæ putabat, se peperisse Messiam. Vide Dn. D. WELLERI Spicileg. Quæstionum Ebræo-Syrarum, edit. anno 1633. Witteb. & Wegzeiger pag. 142. D. Gerhard. Comm. in Gen. pag. 127. 128. & seqq. & prolixissimè id probantem & vindicantem D. Class. in Christolog. Mosaica: item Paul. Fagium, linguæ Ebræa peritissimum virum, apud Gvalterium, Collat. Version. præcip. Geneseos pag. 179.* [a] *A. M. 2.* [b] *Gen. IV. 2.* [c] *A. M. 60. Vide Indicem Chronolog. Bibl.* [d] *Gen. IV. 4.* (e) *quem, nescio unde, recenset Paraphrasis Chald. quam Targum Hierosolymitanum vocamus. Verba Chaldaica Gvalterius loc. cit. Latinè reddidit, quæ ibi vide. Simi-*

lia ferè Targum Jonathanis habet, quod & D. Quistorpius in h. l. observavit. Vulgatus Lat. ex XXXII. addit, Cainum dixisse: Egrediamur foras, *quæ desumta videntur ex Chaldaica, quam laudavi, paraphrasi* [f] *h. e.* clam, *Sic Cic. 2. de Nat. D. bestiæ* furtim *fruuntur, domini* palam *& libere* [g] *obtruncare propr. est capite privare, sed h. l. synecdochicè,* quomodocumque interficere. *Radix* הרג *est juxta nullos* dissecare, distrahere, *Hinc Rabbini plerique dicunt Cainum* dentibus *Abelem discerpsisse. Sed rectius videntur sentire, qui putant, lapide vel fuste interfectum Abelem fuisse.* [h] *excita, penult. producta, h. e. excitata, ab excio, ivi, itum.* [i] *quid Auctor per* fratris *(jam interfecti)* Ecclesiam *intelligat, vix capio, nisi statuatur, Abelem genuisse liberos, antequam occisus esset, quæ nonnullorum est sententia, ut monet D. Gerh. in Gen. p. 143. quæst. 2. aut* fratris Ecclesia *dicatur, in qua frater olim cum parentibus vixit.* [k] *Videtur Auctor respicere ad Gen. IV. 23. Rabbini statuunt, Lamechum, cùm esset cœcus, inter venandum fortuitò sub vepribus latitantem Cainum telo confeciisse. Hieronymus, Lyranus, & Joh. Stephanus Menochius, Jesuita, Rabbinos sequuntur. Vide quoq; Salomonem Jarchium Ebræism. Fasciculi temp. Rabanum Strabumq; & alios nonnullos. Sed Theodoretus & Burgensis fabulosum id omne judicant.*

4. ABEL.

Abel [a] *apud parentes minùs gratiosus,* quam Cainus, *respicitur & curatur à Deo:* de cujus *promissionibus* rectè sentit, eisque *toto animo ut verissimis assentitur.* Adolescens opilio factus est, gregis-

gregisque primitias Deo gratus obtulit, non ut placaret sacrificio, [b] sed ut *Deum honoraret obedientiâ.* Deus cùm Abelem fide humilem probaret, Cainum *propriâ justitiâ tumentem* aversaretur: primæ inter fratres de sacrificiis, & placando Deo disputationes sunt exortæ: quas cùm tantùm ad verba promissionis, [c] non ad judicium rationis Abel referret, *acerbum in se* fratris *odium concitavit,* cui *iratо & furiosо* etiamsi cum periculo resisteret: tamen *vitam profundere* maluit, quam veritatem in promissionibus Dei relinquere indefensam. Quamobrem per fidem mortuus, adhuc loquitur, [d] estque, sub lege adhuc, primum novi testamenti membrum, [e] à quo prima vox martyrii edita, in cœlis exaudirur.

ANNOTATIONES.

[a] Ex Br. הֶבֶל *Hebhel, vel, ob accent.* הָבֶל *Habhel.* LXXII. Ἄβελ *Vulg. Lat.* Abel. *Rectiùs Luth.* Habel. *Quomodo solidè probari possit, Abelem minus gratiosum fuisse, quàm Cainum, equidem non video. Scriptura sanè nihil hac de re monet. Quidam id colligunt ex nomine* הֶבֶל, *h. e.* vanitas, *quod ipsi ideò datum ajunt, quia Eva illum* vilem *præ Caino habuerit* [b] *h. e. Abel non ideò sacrificabat, ut per sacrificium Dei gratiam & amorem promereretur, sed ut gratitudinem pro acceptâ Dei gratia per* obedientiam *declararet. Porrò dum Auctor obedientiam nominat, simul ostendit, Abelem verbum Dei habuisse de offerendo sacrificio.* Εὐαρεστηκέναι *enim Deo non placent,* & obedientia mandatum præsupponit. *Vide D. Quistorp. ad Gen. IV. 4. D. Fried-*

lib. Theolog. Exeg. V. T. fol. 34. q. 92. inprimis D. Gerh. in Gen. p. 132. 133. quæst. 5. (c) *velut ad unicam normam sive regulam cultus divini.* (d) *Confer Ebræor. XI. 4.* (e) *scil. ex iis qui nati ex parentibus fuêre. Neque enim Adamus & Eva excludi, ex N. Testamenti membris possunt. N. B. Rabbini, Calzinus, Piscator, aliique nonnulli statuunt, Cainum & Abelem fuisse* gemellos. *Sed improbat hanc opinionem D. Friedliebius fol. 34. q. 90. & fol. 23. putat, natum fuisse Cainum anno ætatis Adæ 15. Abelem verò anno 30. ex Nauclero. Lutherus existimat, interfectum esse Abelem anno ætatis 40. sed Augustinus arbitratur, factum id fuisse anno ætat. 70.*

5. SETHUS

SETHUS (a) tertius (b) Adami filius, *maximum parentis* afflictissimi *solatium* fuit, cùm enim alterũ cæde, alterum fugâ amisisset, hujꝰ ortu (c) *recreatꝰ mirificè* est, & magis delectatus eo, quòd, cùm Cainus *omnem pietatem contumaciter & securè contemneret, & contraria promissioni divinæ dogmata* propagari à suis pateretur: hic Sethus *disciplinâ* patris *sanctissimâ imbutus, à verbo Dei puro non recessit.* Vixit annos noningentos & duodecim, (d) & post Abelem & Cainum solus, ex Adami filiis, (e) nomine exprimitur, quia solus *promissionis defensor acerrimus, & caput* (f) *Ecclesiæ nascentis* (g) *fuit. Inter viros* primæ *Ecclesiæ laudatissimos meritò numeratur.* (h)

ANNOTATIONES.

(a) EBr. שֵׁת *Scheth. LXXII.* Σήθ. (b) *si scilicet eos saltem numeremꝰ, quos Scriptura nominat. Philo in antiq. & Epiphanius hæres. 39.* duodecim *Adami filios*

lios tribuunt, Comestor & Beda in collectan. triginta *filios ac* totitem *filias eidem adsignant. Sed haec incerta sunt.* (c) *h. e. nativitate.* (d) *Gen. V. 6. 7. 8.* (e) *quos plures genuisse creditur Adamus, licet neq; numerum, neq; nomen certò scire liceat.* (f) *sed non eo sensu, quo Papam Papæi Ecclesiæ caput vocant* (g) *h. e. quæ plantari jam incipiebat.* (h) *Cedrenus & Josephus referunt, Sethum imposuisse nomina septem stellis errantibus, sive Planetis, & motus corporum cœlestium duabus columnis inscripsisse, quarum una* lapidea *fuerit, ne ab aquis: altera* latericia, *ne ab igne corrumpi posset. Epiphanius etiam narrat, quòd haeretici quidam delirarint, Sethum fuisse ipsum Messiam, qui ideò dicti* Sethiani *fuissent. De odio mutuo inter Sethi & Caini familiam, quæ comminiscantur nonnulli, vide in Comment. Hornij ad Sulp. Sev. p. 8.*

6. ENOS.

ENos filius Sethi, *ea, quæ de Deo,* ab avo atque patre intra parietes (a) *didicerat extra domum longiùs extulit, & cum multis aliis communicavit.* (b) Videns enim *Ecclesiæ Cainicæ magnitudinem & prophanitatem,* (c) de Messiâ venturo, de sacrificiis, de verâ invocatione, de *vitâ cœlesti & beatâ,* non modò suam instituit familiam, verùm etiam in vicinià conventûs egit, (d) veros ritus (e) docuit, iis contrarios refutavit: tum (f) Cainicæ vanitati & hypocrisi, *doctrinam promissionis certam & incorruptam* opposuit, *contraque diaboli furores, & hostium adversantium potentiam,* cœpit *invocare nomen Domini.* Vixit annos non ingentes (g) & quinque (h)

ANNOTATIONES.

ENOS, *Ebr.* אֱנוֹשׁ *Enosch. LXXII.* ἐνὼς, *Vulg. Lat. Enos* [a] *scilic. domesticos sive privatos* [b] *Descriptio Doctoris publici.* (c) *Rectiùs* profanitas *per F. quam per PH. scribi videtur. Formatur enim juxta plerosq; à nomine* fanum. (d) *Gen. IV. 26. Confer explicationem Gerh. Comm. in Gen. pag. 157.* (e) *scil. invocandi & colendi Deum* (f) *h. e. præterea, insuper &c.* (g) *plerique malunt scribere* nongenti, *quam* noningenti (h) *Gen. V. 11.*

7. ENOCHUS.

ENOCHUS (a) Jaredi (b) filius, trinepos Sethi, *doctor Ecclesiæ veræ*, & propheta excellentissimus, *nullis corruptelis abduci aut potentiâ flecti à simplicitate verbi Dei potuit.* Ideò *in* falsos promissionis *interpretes* severè *invehitur*, (c) omnemque *mundi fastum & securitatem liberrimè reprehendit.* In concionibus suis duplici modo impios terruit, cum exemplis præsentibus: ut exilio Caini, & pœnis aliorum: tum verò etiam minis futuri judicii, (d) in quo & de *factorum proter vitate atq; licentiâ*, & de doctrinæ corrupti one sermonibusq; blasphemis rationem sint Deo reddituri omnes peccatores impii. Cùm *sincerè & integrè coram Deo in suo munere versaretur*, (e) solâ ei fide placuit (f) & *jamjamè vivis excessurus*, per fidem mortem non sentit: sed ipso corpore *ad vitæ melioris gaudia transfertur:* (g) exemplo manifesto posteris relicto, alias superesse *sedes, in quibus ipsi vitâ svavi & quietâ perpetuò sint fruituri.* (h)

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a] Lutherus scribit Henoch. LXXII. ἐνώχ. Ebræum est חֲנוֹךְ Gen. V. 18. [b] LXXII. habeat Ἰάρεδ. Ebr. est יֶרֶד vel, ob accentura יָרֶד Munsterus in versione sua expressit per Jared. [c] invehi in aliquem est, quodam sermonis impetu in aliquem ferri aut moveri. Adverbia quæ subjiciuntur, sunt potissimum sequentia: acerbè, apertè, asperè, graviter, vehementer &c. [d] Epistol. Judæ §. 14. 15. Vide & officin. Bibl. Waltheri §. 1308. vel. p. 1176. Hottinger. Thesaur. Philol. lib. 1. c. 2. sect. 2. p. 85. 86. [e] Genes. V. 22. 24. Targum Onkelos locum citatum exponit: Ambulavit Chanoch in timore Domini. Expositionem ad Auctoris mentem, & in fontibus fundatam vide apud D. Gerh. in Gen. p. 162. [f] Videtur auctor respicere ad versionem LXXII. loc. cit. εὐηρέστησεν Ενὼχ τῷ θεῷ, & Ebr. XI. 5. [g] Gen. V. 24. [h] idem sentiunt Theodoretus, Augustinus, ac Tertullianus apud Gerh. l. c. 167. q. 6.

8. LAMECHUS IMPIUS.

LAMECHUS [a] filius Methusaëlis, (b) de Caini stirpe, *membrum Ecclesiæ hypocriticæ*, cúm publicè *contaminata* esset ab ipsis majoribus *salutaris doctrina*, ipse quoque *domesticam violat honestatem, duorumq; animorum conjunctionem*, (c) *quam inter virum atque fœminam Deus constituerat, in plures amores divulgat*, primusq; uno tempore, contra decretum divinum, duas uxores petulanter ducit. (d) Filii ejus homines ingeniosi, & *voluptatibus inescati*, ac

ac *quæstui servientes*, instrumenta musica, & *artes fabriles* varias, & *apparatum ciborum* excogitârunt. (*e*) Lamechus tandem tritavum suum Cainum jaculo trajecisse incautus dicitur. (*f*) Cujus *cædis atroci dolore, & pœnæ imminentis formidine vexatus, uxoribus importunus, & in familiam crudelis* est: nec *vitam aut incolumitatem suam ulli* hominum, ne propinquorum quidem, ausus fuit *committere*.

ANNOTATIONES.

[*a*] Ebr. לֶמֶךְ, *& propter accent.* לָמֶךְ *LXXII.* Ἀμεχ. [*b*] *Gen. IV. 18.* [*c*] *in qua consistit conjugium.* [*d*] *Gen. IV. 19. seqq.* [*e*] *ibid. v. 20. 21. 22.* [*f*] *Vide, quæ notavimus ad Hist. 3. lit. k.*

9. LAMECHUS PIUS.

LAmechus filius Mathusale, [*a*] nepos Enochi: Patre [*b*] *nemo mortalium vitam vixit longiorem, avus* [*c*] unà cum corpore ad immortalem [*d*] migravit. Lamechus *digna summorum virorum* [*e*] *proles*, in eorum *rectis vestigiis ambulavit constanter*, pariter *spiritu prophetico venerabilis*. [*f*] Ejus temporibus neglectione promissionis, & veritatis verbi Dei, *audacia scelerum & intemperantia libidinum* adeò fuerunt aucta, ut *locus emendationi nullus* foret. Quapropter in seculi depravati impunitate *vitam duxit acerbè*; nec prius animo acquievit, quam natus sibi esset Noa filius: quem generi humano novum fore solatium putavit. [*g*] Vixit annis septingentis septuaginta septem. (*h*)

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a] Ebr. מְתוּשֶׁלַח Genes. V. 25. (b) scil. Mathusala. (c) scil. Enochus. (d) scil. vitam. (e) scil. Patriarchum. [f] videtur auctor respicere ad Gen. V. 29. (g) Usus erat Lamech informatione & conversatione Adami per dimidium seculum, Sethi ultra sesqui seculum; Enosi, Cainanis, Mahaleelis, Jaredis, proavi, Mathusalæ parentis per annos 180. circiter; Henochi avi ultra interum seculum: atque in side horum Patriarcharum iisq; Magistris ac Præceptoribus θεοδιδάκτοις, ac Spiritu Prophetico instructis, de Semine benedicto, à puero ad annum ætatis, quem centesimum & octogesimum tertium, quum Noam gigneret, agebat, assatim instructus, summo desiderio Semen illud benedictum expectans, cum Cainitarum malitia ad ἀκμὴν perveniret, serpensq; in fernalis caput suum maxumè erigeret, postquam jam ante 70. circiter annos avum Enochum in cœlum translatum, & 56. annos ultra millenarium jam à promulgatione Evangelij primi transiisse viderat, filio sibi recens nato, adesse jam è cœlis contritorem capitis serpentini, cœlumq; omnibus reseraturum, credidit, eaq; de causa tam divinum nomen filio imposuit. Ita Dn. D. Calovius in tract de fide Veterum pag. 69. 70. (h) ibid. v. 31.

10. NOA.

NOA Deo carus, *mortalium miserrimus*, quo nemo *contemptum Dei* majorem & magis *nefarium* conspexit: *homines* enim coram Deo *corruptissimi*, filii Dei coram hominibus haberi volebant: (a) *specie & simulatione sancti, amore, metuq; Dei plane vacui.* Ante diluvium, *ægro animo fert* impii

impii Lamechi libidinem, *insolitam hominum levitatem & lasciviam*, Gigantum [b] immanium ferocitatem, *vulgi perditissimam licentiam*. Post diluvium [c] *perfert ludibrium* Chami filii, [d] tyrannidem experitur Nimrodi, aversatur temeritatem ædificantium [e] turrim, deplorat confusionem lingvarum, exhorrescit dissipationem gentium. *Justitiæ Dei fidelis præco*, [f] calamitatem venturam impiis denunciat, non solùm verbo & doctrinâ, verùm etiam extructione navigii, [g] quo conscenso cum uxore, tribus filiis, totidem nuribus, *contuetur iram cœlestem*, & *rerum conditarum omnium interitum, & supra ruinas orbis terrarum, annum integrum navigat*. [h] Inde egressus aram Deo pro suâ salute extruit, [i] & pro totâ posteritate accipit signum clementiæ divinæ, *arcum cœlestem*. [k] Agrum rursus colit, [l] & plantat vineas, veterem quoque legem connubiorum instaurat, novam de homicidio sancit: [m] & de venturo liberatore *usque ad extremum vitæ spiritum* concionatur. Vixit annos noningentos & quinquaginta, [n] *qui & prioris mundi amœnitatem & lætitiam & alterius undis dilacerati vastitatem & miseriam ingemuit*.

ANNOTATIONES.

NOA, *Ebr.* נֹחַ *Noach, Gr.* Νῶε. *Vulg. Lat. Noë.* [a] *confer gloss. marg. Lutheri ad Gen. VI. 2. Sulpitius Severus Lib. 1. per filios Dei Gen. VI. 2. intelligit Angelos. Idem sentit Josephus, Philo, Justinus, Tatianus, Proclus, Athenagoras, Tertullianus, Lactantius, velut observat Drusius ad Sulpit. In Pircke Eliezer ita: Angeli*

geli delapsi è cœlo viderunt filias Cain, quæ illo tempore nudæ incedebant, oculos stibio pingentes, more meretricum. Et in Medrasoth R. Hanina: Viderunt filij Dei, Aza & Azaël, qui duo Angeli fuerunt, filias hominum &c. At alibi apud Rabbinos: Duo Angeli Aza & Azaël concupiverunt filias terræ. [b] *Genes. VI. 4. Gigantes, ut habet Latinus Vulg. ex Græcis, Ebraicè h. l. dicuntur* נְפִילִים *Quàm variè autem nomen istud exponatur, vide apud D. Gerhard. l. c. pag. 179. 180. Horum Nephilim dicunt Judæi fuisse* sexaginta *idque consequentia prorsus ridicula probare nituntur ex illo Cant. III. 7. sexaginta potentes circum eam &c.* [c] *quod contigit A. M. 1656.* [d] *Gen. IX. 22. seqq.* [e] *circa A. M. 1757. Confer indicem Chronolog. Bibl. 100. ann. post diluvium.* [f] *2. Pet. II. 5.* [g] *quod vulgò Noa vel* Noachi arcam *dicunt. Dum autem dicit Auctor, Noachum exstructione navigii venturam calamitatem denunciasse, improbat eadem ratione Josephi commentum, qui fabulatur, Noachum in* aliam *provinciam PROCUL ab impiis secessisse, & ibidem struxisse arcam.* [h] *Gen. VII. §. 11 dicitur Noachus ingressus fuisse arcam anno ætatis 600. & quidem mense secundo, die 17. egressus autem inde fuit ann. ætat. 601. mense secundo die 27. Gen. IIX. 14. 15. sequitur annum itaq; & decem dies consumsit in arca.* [i] *Gen. IIX. 20.* [k] *h. e. itidem. Gen. IX. 12. 13. 14.* [l] *Gen. IX. 20.* [m] *Respicit Auctor ad Gen. IX. 6.* [n] *Gen. IX. 29.*

II. CHAMUS.

CHAMUS, filius Noæ, natu minimus, *turpis apostata & homo facinorosus*, cernens patrem suum *vino obrutum, & corpore nudato jacentem*, ad irridendum

dum ipsum fratres suos advocat: (a) *sese efferens & prædicans*, senis doctorisatque *patris* vitio & *imbecillitati insultans*. Itaque cum peccasset superbâ libertate, servum sefacit merito crimine. (b) Audito ejus scelere pater, *irâ justâ inflammatus*, posteritatem ipsius devovet, & servituti fratrum perpetuæ addicit (c) Gens Chananæa, ab ipso oriunda, ita postmodo deleta est, ut nec agris, nec urbibus, nec pecoribus, nec hominibus, nec solo denique ipsi parceretur. (d) Hic plagam, meridiem versus, inhabitavit, & ab eo magni illi populi, Æthiopes, Ægyptii, Numidæ, Mauri sunt deducti. (e)

ANNOTATIONES.

CHAMUS, *Ebr.* חם *LXXII.* χάμ. *Vulg. Lat. Cham, Luther* Ham. [a] *Gen. IX. 22.* (b) *Respicit Auctor ad verba Noachi Gen IX. 25. 26. 27.* (c) *scil. cum Israëlitæ terram S. occuparent.* [d] *confer Gen. X. 6. seq. NB. Plura de Chamo vide in comm. Hornij ad Sulpit. p. 20.*

12. JAPHETUS.

JAPHETUS Noæ *maximus natu filius* [a] patrem senem reveritus, ejus *errori ignoscit*, & imbecillitati parcit. Itaque *pietatis suæ fructus tulit præstantes*, [b] locum in Ecclesiâ Dei, [c] & possessionem terrarum amplissimarum [d] & dilatationem promissionis. Ab ipsius posteritate gentes hæ bellicosæ, *Medi, Scythæ, Sauromatæ, Græci, Thraces, Germani, Itali, Iberi*, descendunt; qui sedes in *Occidende & Septentrione* potentissimas fixerunt. [e]

ANNO-

ANNOTATIONES.

JAPHETUS, *Ebr.* יֶפֶת, *vel, ob accent.* יֶפֶת, *LXXII.* Ἰάφεθ. [a] *Gen. IX. 18. v. 32. VI. 10. X. v. 1. tertium locum inter Noachi filios occupat. Unde quidam colligunt, fuisse illum natu minimum. Eundem ordinem observat etiam Paraphrasis Chald. Sed ex Gen. X. 21. rectius statuit Auctor, fuisse maximum natu. Idem D. Gerh. probat ex Gen. XI. 10. Vide ipsum p. 169. n. 4.* [b] *quinam sint illi fructus statim subjicitur. Nihil enim aliud per fructus illos intelligit Auctor, quam locum in Ecclesia, &c.* [c] *Gen. IX. 27.* [d] *Gen. X. 2. 5.* [e] *vide Chytræum in cap. X. Genes.*

13. SEMUS.

SEMUS alter Noæ *filius*, *Dei patris q. observans*, fratri majori auctor est, ne dedecus patris, in quod imprudens senex inciderat, exagitet. Itaque ad nudum ambo, Semus & Japhetus, facie aversâ accedunt, & *pallio superinjecto ipsum velant.* (a) *Noa à vino somnoq. experrectus*, (b) facto filiorum cognito, *optima precatur Semo*, (c) Dei cultori, & ejus benedictionis facit participem Japhetum. (d) *In Chamum* autem *diras jacit*, & servum fore fratrum reliquorum prædicit. (e) Chami hæreditas, solum videlicet Chananæorum, tandem posteris Semi (f) traditur, qui in eo sedem Ecclesiæ & regni constituerunt. Ab ipso Semo populi Orientales, homines sapientissimi, *Chaldæi, Assyrii, Persæ, Syri, Armenii, Phœnices, Bactriani* (g) ortum trahunt; inter quos popu-

los Ecclesia Dei longo tempore hospitium habuit. Vixit Semos annos sexcentos. (*b*)

ANNOTATIONES.

SEMUS, *Ebr.* שם *Schem. LXXII.* Σήμ. *Vulg. Lat. Sem.* [*a*] *Gen. IX. 21. seqq.* [*b*] *ibid.* §. 24. [*c*] §. 26. [*d*] §. 27. [*e*] §. 25. 26. 27. [*f*] *h. e. Israëlitis.* [*g*] *Gen. X. 21. seqq.* [*h*] *Gen. XI. 10. 11.*

14. NIMRODUS TYRANNUS.

NIMRODUS. (*a*) Chusi filius, (*b*) Chami nepos, vir audax & strenuus, Babylonem ædificat, (*c*) armaque ad subjugandos alios primus capit. Parentum enim auctoritate neglecta, quæ *mitissima dominatio* fuit, *omnis honestas & gravitas inter homines concidebat*, crescebatque *scelerum & flagitiorum impunitas*. Ideo Nimrodus *vi obedientiam extorquet, & pœnis statuendis dominatum contra rebelles occupat*. Dictus sermone multitudinis, (*d*) *venator coram Deo*, quia *violentus & injurius* erat, & ad agendum secundum suas leges, minus potentes sine respectu atque discrimine cogebat. Ab eo initia facta sunt Monarchiarum, quas Deus texit, [*e*] ut in iis maneret *aliquis nidulus Ecclesiæ*, qui præsentiâ Dei defenderetur, etiamsi servitute *variisq; æruminis inter imperia sæva & superba* (*f*) *homines innocentes & pii premerentur*.

ANNOTATIONES.

[*a*] E*Br.* נִמְרֹד LXXII. Νεβρώδ. *prout habet codex Vati-*

Vaticanus, & Editio Londinensis ann. 1653. vel Νεμβρώδ. *ut legunt Biblia Hamburg. Wolderi. Josephus,* Ναβρώδ. *Vulg. Lat. Nemrod.* [b] *Gen. X. 8.* [c] *Vid. Gerh. p. 257. n. 3. & 4.* [d] *h. e. vulgi. Confer Gen. X. 9.* [e] *h. e. servavit, defendit, tutatus est.* [f] *scil. Nimrodi & aliorum tyrannorum, qui secuti illum fuerunt. Prolixè de Nimrodo isto disserit D. Chr. Matthias Theatr. Histor. Monarch. I. p. 11. 12. 13. usque ad 19. Cedrenus scribit, turrim Babylonicam, subito vento disjectam ruina illum oppressisse; Berosus lib. 4. refert, eum translatum à Diis,* [scil. Ethnicis sive Diabolo ipso] *& non amplius comparuisse.*

15. EBER.

EBER, pronepos Semi, *suis majoribus*, viris sanctissimis, *non dissimilis, doctrinam de Deo*, & ejus filio venturo, *purè castèq. tradidit, & pro eâ liberrimè* (a) *propugnavit.* (b) Hunc feritati (c) Nimrodi se opposuisse, *verò consentaneum* (d) est, qui ad stabilendam singularem potentiam, (e) non in quosvis modò homines, sed in ipsa *Dei membra* (f) *vim exercebat.* Quia verò *excellenti fide, animi præsentia* (g) dignitate Eber *fuit*: ideò qui *de salute animorum recte sentirent & sese ad piam Ecclesiam aggregarent*, ab ejus nomine, multis sunt seculis Ebræi denominati. [b] Vixit annos quadrigentos sexaginta quatuor. [i]

ANNOTATIONES.

EBER, *Ebr.* עֵבֶר *LXXII.* Ἔβερ. *Vulg. Lat. Heber. Luth. juxta Ebr.* Eber. *Gen. X. 21. 24.* [a] *h. e. usus παῤῥησίας, cum magno animi robore, & invicta fidei*

constantia, [b] *velut* ὑπερθαρσὴς *imperterritus*. [c] *feritas est naturæ quædam asperitas*, Cicero 1. de Divin. *conjungit feritatem & immanitatem agrestem. Et ferus à fera sive bestia dictus, qui ferinum habet animum.* [d] *h. e. veri simile, probabile &c.* [e] *qualem ante ipsum nullus habuerat.* [f] *h. e. in pios & fideles homines, Christi membra.* (g) præsentia animi *Græcis uno nomine dicitur* θάρσος, *vel* θάρσημα, *h. e. impetus animi fiducia præditi; unde* θαρσαλεοὶ *sunt* animosi *ac fidentes. Dicitur etiam* animus præsens *apud Terent. Phorm. V. 8.* (h) *est hæc* communis opinio. Vide quæ *Buxt. habet in Lex. Ebr. p. 527. ad vocem* עִבְרִי, *& adde, quæ Münsterus habet ad cap. XI. Gen. litterad. Et rectè scribit Auctor cum Luth.* Eber, *non* Heber. *Cum enim ignoremq valorem litteræ Ajin, tutiùs illa omittitur, quam per H exprimitur.* (i) *Gen. XI. 16. 17.*

16. PHALECHUS.

Phalechus (*a*) filius Eberi, paternæ avitæque (*b*) doctrinæ auditor, eo tempore natus scribitur, & facto nomen ejus convenit: quo Deus, linguis confusis, dissipavit agmen Nimrodicum, in turri Babylonica exstruenda, propter virium ostentationem, & *famæ suæ memoriam* occupatum. *Maxima* tum *cladis* (*c*) *illata* Ecclesiæ *est*, & passim crevit superstitio multiplex. Quemadmodum autem homines, pœna confusionis linguarum, in varias genteis ex una urbe distracti sunt: ita dono intelligentiæ linguarum, omnes nationes & populi in unam civitatem, quæ est Ecclesia, rursus sunt congregati. (*d*) Vixit annos ducentos triginta novem. (*e*)

ANNO-

ANNOTATIONES.

RECtius *Phalegus, vel Phelegus, Ebr. enim est* פֶּלֶג, *vel*, *ob accent.* פֶּלֶג. *LXXII.* Φαλέκ, *non* Φαλέχ. *Vulg. Lat. Phaleg, non Phalech. Luther.* Peleg. (*b*) *ab avis, aliisq; majoribus acceptæ.* (*c*) *Hanc vocem nonnulli à Græco* κλαδέυω. *h. e.* amputo, frango, *derivant. Joseph. Scalig. in Con. Clades dicebatur furculorum detritio, &c. clades autem Ecclesiæ infertur, quando per tyrannidem membra quædam, velut furculi ab illa avelluntur, & ipsa in angustias redigitur.* (*d*) *Respicit Auctor donum linguarum, quo Deus Apostolos aliosque in Ecclesia primitiva instruxit. De hoc Pelego vide Gen. X. 25.* (*e*) *vide Gen.* XI. *18. 19.*

17. THARA.

THARA. (*a*) trinepos Eberi, pater Abrahami, in Chaldæorum civitate, cui ab igne nomen fuerat inditum, (*b*) habitavit inter impios, & *speciosâ illorum religione in errorem* quidem *inductus*, sed non planè seductus est: diis autem alienis servivit, (*c*) & *in illâ majorum veritate liquidâ* (*d*) *& simplice firmiter non perstitit.* E Chaldæa migrat cum filio, (*e*) nuru, (*f*) & fratris filio (*g*) in Mesopotamiam: & in urbe Haran (quam posteri Charras nominârunt) hospes *vitâ defungitur*, anno ætatis centesimo quadragesimo octavo. [*h*]

ANNOTATIONES.

(*a*) SCribi *posset Tarachus vel Therachus, Ebr. enim*

est תֶּרַח *vel propter accentum* תָּרַח. *Vide Gen. XI. 24. 26. 27. LXXII.* Θάρρα. (*b*) *Subinnuit Auctor Ur, civitatem Chaldæorum. Gen. XI. 28. 31.* (*c*) *disertè hoc dicitur Josuæ XXIV. 2.* (*d*) *h. e. clarâ, perspicuâ, dilucidâ &c.* (*e*) *h. e. Abrahamo.* (*f*) *h. e. Sarai, Abrahami uxore.* (*g*) *h. e. Lotho. Vide Gen. XI. 31. Cùm verò Lothus fuerit Haranis filius, & Haran Tharachi filius, non frater; capere non possum, quo sensu auctor h. l. dicat, Tharachum migrâsse cum fratris filio.* (*h*) *Gen. XI. §. ult. NB. Tharachum istum statuarium fuisse, tradunt Rabbini, ut Hornius ait comm. in Sulp. p. 25.*

18. NACHOR.

NACHOR alter Tharæ filius mansit in Mesopotamiâ, (*a*) & illâ *verâ & excellente doctrinâ eruditus* à fratre suo Abrahamo, de promisso *Messiâ*, qui *mundo salutem daturus* sit, aliquid retinuit, & in vicinos sparsit. (*b*) Ex ejus nepte, Rebeccâ, Jacobus natus est, filius Isaci. (*c*) Nonnulli prophetam (*d*) Bileamum, qui Moabitis de stellâ, in familiâ Jacobi oriturâ, vaticinatus est, (*e*) ex ejusdem progenie ortum volunt. (*f*)

ANNOTATIONES.

NACHOR, *Ebr.* נָחוֹר *LXXII.* Ναχώρ. *Luther.* Nahor. *Gen. XI. 29.* (*a*) *Vide D. Gerh. pag. 248. q. 4.* (*b*) *velut semen. Vera enim doctrina passim in Scripturæ semini comparatur.* (*c*) *Genes. XXIV. & XXV. 21. seq.* (*d*) *h. e. vatem, vaticinatorem, augurem &c. Vide Reinoldum prælect. 201, 202. Basilius epist. 80. dicit,*

Bile-

Bileamum scientiâ Dæmonum divinâsse, & Chrysost. homil. 21. in Genes. atque Augustinus serm. 103. statuunt illum uti solitum arte dæmonis. Justinus quæst. 2. vocat ipsum ariolum. *Sed Josephus eum pro vero propheta habuisse videtur. lib. 4. antiq. cap. 6. Plura vide infrà Hist. 67.* [e] *Numer XXIV. 27.* [f] *vide D. Friedlieb. in Numer. fol. 241. col. 2. class. 6.*

19. ABRAHAMUS.

ABRAHAMUS è patriâ Chaldæâ vocatu [a] Dei, in oras ignotas proficiscitur, & ex idolatrâ pater fit credentium: [b] cui Deus *inter multas exiliorũ ærumnas*, aliquoties promissionem repetit, de ipsius videlicet semine eum proditurum, in quo sint benedicendi omnes populi terrarum: [c] ad quam confirmandam, terra illi Chananæa promittitur, [d] non ut sedes firma & perpetua, sed ut *hospitium Christi nascituri*: fœdus quoque circumcisionis cum eo sancitur, non ut justitia coram Deo, sed ut *justitiæ fidei signaculum.* (e) Uxorem habet *annis & sterilitate emortuam*, & ipse decrepitus: filium, ex eâ miraculosè editum, jubetur occidere, [f] & *Dei mandato obtemperâsset*, nisi fuisset ab angelo prohibitus. [g] In Chananæâ excepto *sepulchro inquilino*, nihil proprium possidet: tamen sub spe contra spem credit, (h) & quæ non videt, statuit præsentia, Deumque veracem esse & omnipotentem *sibi certissimò persuadet.* Servatur à Deo inter Chal-

dæos, Mesopotamios, Chananæos, Palæstinos, (*i*) & Aegyptios: angelos vitæ custodes, & mensæ suæ convivas habet: (*k*) reges Babylonis, Assyriæ, Persiæ, & Ciliciæ ad alterum Jordanis fontem cum *manu servorum exiguâ* spoliat: populo Sodomæo libertatem, fortunas, patriam restituit: partâ de hostibus victoria, bonorum suorum decimas liberaliter offert, & lætitia gratulantis sibi regis & sacerdotis (*l*) triumphat. Discedentibus à se duobus angelis convivis, cum Dei filio loquitur, (*m*) eique pro urbibus perdendis, sexies supplicat: (*n*) *homo Deo quasi intimus, pater magnus plurimarum gentium, vir ante alios omnes gloriâ insigni præstans:* gestivit videre adventum Messiæ; fide vidit; (*o*) & *spe suâ lætatus est.* A duobus filiis in Hebrone, anno ætatis centesimo septuagesimo quinto, cum honore sepelitur. (*p*) Filios Abrahæ scriptura usque ad finem mundi eos nominat, qui Dei promissionibus credunt. (*q*)

ANNOTATIONES.

ABRAHAMUS *primùm dicebatur* אַבְרָם *Gen.* XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. *deinceps* אַבְרָהָם *Gen.* XVII. 5. *LXXII. nomen prius exprimunt per* Ἀβραμ. *posterius per* Ἀβραάμ. [*a*] *Nomen* vocatus, ûs, *occurrit etiam apud Virgil. XII. Æneid.* (*b*) *Rom. IV. 11. ubi dicitur* πατὴρ πάντων τῶν πιστευόντων. [*c*] *Gen. XII. 3. XXII. 18. seqq.* [*d*] *Confer. Gen. XV. 8. seqq.* [*e*] *Rom. IV. 11.* [*f*] *Gen.* XXII. *1. 2.* [*g*] *ibid. v. 11. 12. Quò verò anno Isaacci istud contigerit, discrepant*

pant Auctores. Quidam enim dicunt, ipsum fuisse XII. *quidam* XV. *quidam, inprimis Josephus,* XXV. *quidam ex Ebræis,* XXXVII. *annorum. Vide Gerh. Gen. p.* 438. (*h*) *Rom. IV. 18. seqq.* (*i*) *vulgò Philistæos,* Philister/ *qua voce Lutherus utitur in versione sua* (*k*) *Gen.* XVIII. *2. seqq.* (*l*) *h. e. Melchisedeci, quem nonnulli* Semum, *Melchisedeciani* Spiritum Sanctum, *Didymus & Origines* Angelum *aliquem, Cunæus non hominem, sed* Messiam, *fuisse, sine omni fundamento comminiscuntur. Gen.* XIV. (*m*) *Gen,* XIX. *16. seqq.* (*n*) *ibid. v. 22. ad fin.* (*o*) *Conf. Johan.* VIII. *56.* (*p*) *Gen,* XXV. *8. 9.* (*q*) *Galat. III. 7. NB. Vita Abrahami describitur à Philone Byblio, Artapano, Eupolemo-Demetrio apud Eusebium, & à Berosò apud Josephum.*

20. SARA.

SARA uxor Abrahami, *patriâ dulci, & propinquis optatissimis relictis, virum sponte in exilium sequitur:* propter eximiam formam bis rapta, semel in Ægypto, (*a*) iterum in Palæstina: (*b*) deducta in regia gynæcèa Deo custode, salva pudicitia restituitur. Ancillam propter spem promissionis marito despondet, prolis causa: (*c*) sed eam, suscepto filio superbientem, domo exigit. (*d*) Ipsa tandem *præter naturam* fide filium parit. (*e*) Denique vaticinium, quòd riserat, (*f*) vanum non fuisse comperit, mater facta anno ætatis nonagesimo. *Decus matronarum, propter pietatem: & sexus sui ornamentum, propter mariti observantiam* fuit: quem ut dominum suum nullo loco deserit, omni tempore co-

lit & veneratur. A Paulo Apostolo credentium & Ecclesiæ typus prædicatur: (g) *à Petro exemplum omnibus mulieribus proponitur* ne magis auro, cincinnis, vestitu placere studeant, quàm sanctitate, lenitate & beneficentia (h) obiit anno ætatis centesimo vigesimo septimo, quam maritus luxit, & honorificè sepelivit. (i)

ANNOTATIONES.

SARA, *Ebr. primùm vocatur aliquoties* שָׂרַי Gen. XI. 29. *deinde verò* שָׂרָה Gen. XVII. 15. LXXII. *primò* Σάρα, *deinceps* Σάῤῥα *vocant, Et ita vocatur etiam in N. T. Rom. IV. 19.* IX. 9. *& alibi. Quid nonnulli ex adjectione litteræ Ro ineptè colligant, vide apud Hieronymum, quæst. in Genes.* [a] Gen. XII. 14. *seqq.* [b] *cap.* XX. 12. *seqq.* [c] XVI. 2. *seqq.* [d] *ibid.* [e] XXI. 2. (f) XIIX. 12. *seqq.* (g) *Gal. IV. 22. seqq.* (h) *I. Pet. III. 3. 6.* (i) Gen. XXIII. 1. *seqq.*

21. LOTHUS.

LOTHUS, filius Haram, [a] Tharæ nepos, Saræ frater, patrui sui Abrahami *comes individuus, bona cum eo malaque tolerat.* Auctus gregibus & armentis, propter servorum importunitatem [b] & loci angustiam, regionem ad pabula ampliorem quærit, & in agro Sodomæ lætissimo considet [c] In ejus urbis direptione ab Assyrio regibusque sociis captus, [d] patrui [e] virtute reducitur. Sodomæorum ausu & procaciâ crescente, *videndis audiendisque* eorum *facinoribus excruciatur* cotidiè. Angeli duo, qui ab ejus patruo

truo discesserant, apud eum divertunt: vitam ipsius, pudicitiam conjugis & filiarum tuentur, civibus excidium imminens prædicunt. Ipse cum suis manu angelorum (g) educitur incolumis: *bona ejus omnia incendio communi conflagrant:* uxor contra mandatum respiciens, in statuam vertitur: [h] oppido Zoari propter ipsum parcitur: [i] facto filiarum stuprо (k) *totâ ætate suâ excarnificatur*, & vitio atque errore suo exemplum timoris atque fidei toti posteritati reliquit. Ab hoc *Moabitæ & Ammonitæ, nominis Ebræi hostes sempiterni*, procreantur. (l)

ANNOTATIONES.

LOTHUS, *Ebr.* לוֹט LXXII. Λὼτ. *Vulg. Lat. Lot. Lutherus aspirationem addens scribit* Loth (a) *vel Haranis, ab Haran. Gen.* XI. 27. *Lotum Saræ fratrem cum Auctore etiam Menochius statuit.* (b) *Gen.* XIII. 7. (c) *ibid.* §. 10. (d) *Gen. VIII.* 12. (e) *h. e. Abrahami.* (f) *Gen. XIX.* 10. *seqq.* (g) *ibid.* §. 16. (h) §. 26. *intelligе* statuam Salis, *constantem ex sale durabili & solido. Gerh. Genes. p.* 401. *Nota hic versus Tertulliani carm. de Sodom.*

Ipsaque imago, sibi formam sine corpore servans,
Durat adhuc, nunquam pluviis nec diruta ventis:
Quin etiam, si quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex sese suggestu vulnera complet.
Dicitur & vivens alio jam corpore sexus
Munificos solito dispungere sanguine menses.

NB. Quidam codices in primo versu legunt.

Ipsaque in agro &c. [i] *Gen.*

(i) *Gen. XIX. 20. 23.* (k) *ibid. à v. 30. ad 36.* (l) *ibid. §. 37. 38. Quam injurii sint Rabbini, & R. Salomo inprimis in Lotum, quem Spiritus S. commendat. 2. Pet. II. 7. Vide apud Lud. de Dieu Animadv. in N. T. p. 350.*

22. AGAR ANCILLA.

AGAR [a] Ægyptia, in domo Abrahami *servit servitutem, juncta* domini *thalamo* procreat ei Ismaëlem filium. (b) Cùm autem ancilla adversus heram, verna (c) contra filium herilem (d) *agerent proterviùs* sibi promissionem (e) arrogantes, detrahere studentes eam Isaaco, Deus *arbiter intervenit*, & expelli ex ædibus ambos (f) curat. Agar ab angelo in fugâ, consilium: in exilio, *solatium accipit:* qui & fugitivæ suadet reditum, & de potentiâ nascituri filii *optata denunciat*, (g) *vaganti in solitudine*, ne *perire* filium *inediâ* cerneret, quem sub arbore abjecerat, aquæ fontem demonstrat. Domus Abrahami hospitium Angelorum fuit, qui cum ipso, cum conjuge, cum ancillâ sunt locuti. Huic ancillæ & ejus filio populus legis à Divo Paulo comparatur. (h)

[a] EX *LXXII. & Vulgato Latino. Rectiùs Lutherus* Hagar *cum aspiratione scribit* [b] *Ebræum n. est* הָגָר *Gen.* XV. *13.* [c] *h. e. Ismaël.* Verna *est gen. comm. qui vel quæ ex ancilla nascitur, servus, vel serva.* Puer verna *occurrit apud Horat. 1. Sermon. sat. 2.* [d] *h. e. Isaacum.* [e] *h. e. bona à Deo promissa.* [f] *h. e. Hagarem & filium Ismaëlem Gen.* XXI. *12. seqq.*

[g] Gen.

[g] *Gen.* XVI. 9. *seqq.* [h] *Galat. IV. 24. seqq. Hanc. ancillam volunt quidam Abrahamo ab Ægypti regina datam fuisse. Sic Chronicon Regum Arabiæ apud Hornium in Sulpit. p. 32. Chrysostomus à Pharaone donatam dicit.*

23. ISMAEL.

ISMAEL è servâ, filius Abrahami, cui hoc nomen Deus imposuit. (*a*) Adultus cùm insolesceret, *hæreditate* injustè quæsitâ *excidit, & è domo patris* divino permissu *ejicitur: abundantiâ* tamen *bonorum fortunarumque non caruit.* In deserto expositus à matre, plorans exauditur à Deo, (*b*) & Angeli præsidio conservatur. Adolescentiam in montibus & silvis Arabiæ transigit, (*c*) donec ex Ægypto uxorem duceret, (*d*) è quâ principes duodecim (*e*) generat: *aliis robore & audaciâ formidabilis, ipse nullius metuens vires aut potentiam.* Ad patris *Ecclesiam se adjungit*, & *funus* ejus unâ cum fratre *procurat.* (*f*) Ab hoc Midianitæ, (*g*) & Arabes, & postea *Christiani nominis hostes acerrimi, Saraceni*, (*h*) ducere se prosapiam gloriantur, & *religionem Christianæ adversam* defendunt, *discipuli crudeles Mahometi.* (*i*)

ANNOTATIONES.

ISMAEL, *Ebr.* יִשְׁמָעֵאל *Ischmaël LXXII.* Ισμαήλ. *Vulg. Lat. Ismahel.* (*a*) *Gen. XVI. 11.* (*b*) *Gen. XXI. 15. 16. 17. &c.* (*c*) *ibid. §. 20.* (*d*) *ibid. §. 21.* [e] *XVII. 20.*

20. [f] XXV. 9. [g] *ibid.* §. 2. [h] *Rectius Hagareni, ab Hagar ancillâ. Notat autem auctor Turcas. Etsi autem vel maximè Saraceni dici malint, origo tamen vocis non est nomen* Sara, *sed* סרק *h. e.* furatus est, *quia Saraceni* λῃστικοὶ *fuerunt, ex sola rapina viventes. Lex. Buxt. Jun. pag.* 1558. *Adde Lex. Philol. Martin. in* Saracenus. [i] *Varii autem impostoris illius nomen scribunt. Invenimus enim scriptum* Machomed, Machomet, Mahomet, Mohammæd, [*quomodo CL. Hackspanius semper scribit*, & Muhammed, *quæ scriptura est CL. Hottingeri. Vide ipsum de hoc nomine eruditè discurrentem in Thes. Philol. lib. 1. cap. 1. sect. 9. p. 58. Varietatis ratio videtur in eo sita, quod punctum vocale* Damma & o & u *Latinorum respondeat, & littera Hha quibusdam per Ebræum* ח, *aliis verò per fortem saltem aspirationem exprimatur.*

24. ABIMELECHUS. REX.

ABIMELECHUS Rex Palæstinorum [a] in Geraris, [b] primum *uxorem* Abrahami, [c] deinde Isaaci, [d] utriusque sororem esse arbitratus, *in suam familiam transtulit:* sed errore suo cognito, maritis sine infamiâ atque morâ, non tamen sine exprobratione simulationis & silentii noxii, eas reddidit. *Tempore difficilimo famis, hospes & nutritor Ecclesiæ* hic rex mansit, & qui à servis suis, propter obrutos & ademptos fontes [e] offensi viri Sancti erant; ne *injuriam vindicarent*, cum

cum utroque, pro se suisque posteris, *fœdus religiosè sancit*. Deum in somnio habuit concionatorem. [f]

ANNOTATIONES.

ABIMELECHUS: Ebr. אֲבִימֶלֶךְ *Abhimelech*. LXXII. Αβιμέλεχ. [a] *seu Philistæorum* [b] *ex* LXXII. *qui* Gen. XX. 1. *pro Ebr.* בִּגְרָר *habent* ἐν Γεραροις. [c] Gen. XX. 2. [d] *Abimelechum Isaaci uxorem in familiam suam transtuliſſe*, Gen. XXVI. 8. *ſeqq. quò reſpicit Auctor, non legimus.* [e] Gen. XXXI. 15. *ſeqq.* Gen. XXVII. 24.

25. MAMBRES ET EPHRON.

MAMBRES (a) Amorrhæus, & Ephron (b) Hethæus, hospites Ecclesiæ Dei, & auditores ac socii Abrahami: *parati* ac liberales *ad vitam & facultates ponendas pro suo doctore* atque amico. Mambres enim cum ipso pugnavit contra reges latrones: (c) Ephron ei agrum suum dono obtulit, (d) Abraham verò *ne ingratus aut gravis esset, fidis sibi conjunctisque hominibus:* prædæ partem ex hostium spoliis Mambri ejusque ambobus fratribus concedit, (e) & Ephroni pro agri modo debitum appendit precium. (f)

ANNOTATIONES.

SIC *scribit Auctor & Vulg. Lat. &* LXXII. *Græc. Ebræum est* מַמְרֵא, *quod Pagninus & Lutherus exprimunt per* Mamre *sine b. Mentio fit illius Geneſ.* XIV.

XIV. 13. & in ejusdem planitiè ac ditione campestri habitavit Abrahamus, juxta locum ex Genesi citatum. Vide & Gerh. Gen. p. 302. quæst. 3. sub fin. [b] *Ebr.* עֶפְרוֹן LXXII. Ἐφρών. *Hujus fit mentio Gen.* XXIII. 9 [c] *Videtur Auctor respicere ad Gen.* XXIV. 24. [d] *Genes. XIII. 11.* [e] *Gen.* XIV. 24. [f] *Gen.* XXIII. *16.*

26. ELIEZER.

ELIEZER [a] Damascenus, servus atrienſis & procurator domûs Abrahami, propter *sterile* domini *conjugium*, benedictionis & bonorum ejus [b] vel per adoptionem, vel per alias vias particeps fieri cogitavit. Sara ad illum impediendum, ancillam Agarim marito collocat. (c) Abrahamus cûm *prole* duplici *auctus* esset, servus eam *cogitationem deposuit*, est que *modestè herum suum reveritus* & ab eo amandatus in Mesopotamiam, ad quærendam filio uxorem, eâ *legatione perfungitur singulari pietate, fide, industriâ.* (d)

ANNOTATIONES.

[a] VEl *Elieser, ut Lutherus habet, Ebræos fontes secutus. Nam Ebr. est* אֱלִיעֶזֶר. *Et litera* ז *juxta Trostium & Buxtorf. nata S leniſſimum. Sed Ludovicus de Dieu in Gramm. Harm. exprimit per Ds. vel* ζ. LXXII. ἐλιέζερ. *Gen.* XV. 2. *Quis autem fuerit iste Elieser, vide apud Munster. in annotat. ad* XV. *Gen. lit. b.* [b] *scil. Domini sive Abrahami* [c] *Gen.* XV. 2. [d] *Gen.* XXIV.

27. BA-

27. BATHUEL.

BATHUEL Syrus, filius Nachoris, (*a*) Rebeccam, *filiam, non educavit delicatè aut in otio: sed laboribus assuefecit domesticis.* Eam Eliezer filio Abrahami sponsam cùm peteret, (*b*) Bathuel (*c*) *conditionem accipit*, sed eam ferre non vult, non exploratâ prius puellæ voluntate: quæ cùm propinquis verecundè annuisset, adolescenti agnato despondetur absens, & *peractis magnificè sponsalibus*, (*d*) cum nutrice Debora (*e*) & ancillis pedissequis, (*f*) in Chananæam deducitur.

ANNOTATIONES.

[*a*] FRatris Abrahami. Gen. XXIV. 15. [*b*] Gen. XXIV. 33. seqq. [*c*] vel Bethuel, ut Luth. scribit, Ebr. בְּתוּאֵל. Sed LXXII. βαθθήλ, quos Vulg. Lat. & Auctor imitantur [*d*] Sponsalia orum. Speton. in August. Ulpianus tamen in Ablat. habet sponsalibus, quem Auctor sequitur. Sponsalia ergò videntur imitari Bacchanalia, Vulcanalia &c. quæ partim ad secundam, partim ad tertiam Declin. referuntur. Vide Grammaticos. [*e*] Nomen nutricis Rebeccæ, cujus fit mentio Gen. XXIV. 59. fuit Debora Gen. XXXV. 8. LXXII. Δεβόρρα. (*f*) confer. Gen. XXV. 6i.

28. ISAACUS.

ISAACUS è *corporibus emortuis, præter naturæ atque ætatis rationem & ordinem, nascitur:* in adolescentiâ patri suo *usque ad jugulum* (*a*) paret, & impositus rogo *vibratum in cervices*

suas acinacem non expavescit. Promissiones à Deo non minùs amplas, quàm pater, accipit; sed cùm esset in solo promisso hospes, *fide declaravit, aliam se patriam certiorem & beatiorem expectare.* In Geraris habitantem, rex Abimelechus invidiâ, regii ministri injuriâ expellunt. (*b*) *Privatam* verò *quietem illi* (*c*) *turbant*, Esavus, *filius importunus*, & Hethææ impiæ nurus: [*d*] ad quas acerbitates accessit in peregrinatione sedes incerta, in senectute cæcitas. [*e*] Reditus filii Jacobi è Mesopotamiâ, cum nuribus piis [*f*] illi quidem solatium attulit, sed mox & propter nepotum flagitia *affectus tristitiâ* fuit: & propter orbitatem Rachelis (*g*) & raptum Josephi, (*h*) *vehementer doluit.* A filiis suis duobus in patrio monumento conditur, anno ætatis centesimo & octuagesimo. (*i*) Hic typus electionis & salvationis proponitur à Paulo. (*k*)

ANNOTATIONES.

ISAACUS. *Ebr.* יצחק *Jitzchak vel Jidschak:* XXXII. Ισαάκ *Vulg. Lat.* Isaac. (*a*) *h. e. ad mortem vel internecionem. Genes.* XXII. *1. 10.* (*b*) *Gen.* XXVI. *14. 16.* (*c*) *Dativus scil, Isaaco.* (*d*) *Gen.* XXVI. *34.* (*e*) XXVII. *1.* (*f*) *Etsi ergò Isaacus Gen.* XXVII. *1. 2. videbatur morti vicinus, vixit tamen ab eo tempore scil. ann. Mund. 2176. usque ad A. M. 2229. adeoq; 43. ann. post benedictionem Jacobo datam. Unde utiq; vixit adhuc, cùm Jacobus rediret. Vide indicem Chronolog. Bibl.* (*g*) *h. e. propter Rachelem mortuam in puerperio, quod contigit A. M.*

A. M. 2215. ann. 14. ante obitum Isaac. [b] *Raptus fuit Josephus A. M. 2217. anno 12. ante mortem Isaaci.* [i] *Gen. XXXV. 28. 29.* [k] *Gal. IV.*

29. REBECCA.

REBECCA, uxor Isaaci, *multæ virtutis & formæ luculentæ virgo: domi obsequendo parentibus, & rem curando familiarem, vixit in timore Dei:* juncta viro, cùm fuisset annos viginti sterilis, (a) mariti precibus, & fide ardente prolem impetrat, *unoque partu gemellos enititur.* (b) Divinum autem attentè observans oraculum, (gravida enim Dominum consuluerat,) à *natu majore filio* (c) primatum & benedictionem *astu fraudulento* avertit. Hæc *matrona optima* virum senem & cæcum curavit fideliter, filium periclitantem (d) servavit piè, nurus acerbas (e) *longo tulit tempore moderatè, familiam copiosam gubernavit prudenter:* suæ domûs columen, & totius Ecclesiæ lumen.

ANNOTATIONES.

REbecca Ebr. רִבְקָה *Riphkah. XXXII.* Ρεβέκκα. [a] *Gen. XXV. 21.* [b] *ibid. v. 24.* [c] *h. e. Esavo.* [d] *h. e Jacobum* [e] *h. e. Esavi uxores Hethæas. Genes. XXVI. 34. NB. quâ ratione Rebecca oraculum, de quo Genes. XXV. 22. acceperit, vide apud Gerh. p. 502. q. 3. Fried. lib. fol. 98. q. 7.*

30. ESAVUS.

ESAVUS, Isaaci filius, corpore pilosus (*a*) & ruffus, ideoque Edom cognominatus: *moribus truculentus & vehemens*, studiis venator & agricola, *victu luxuriosus* & ferox, Patris *animum simulatione ita sibi devinciit, ut ipsi esset charissimus.* Rediens ex agro pulverulentus & fessus primatum sacerdotii atque regni, hominis profani & impuri animo vendit, & pro objecto pulmento abligurit: (*b*) ad honores ereptos cum lacrymis aspirans denuò, (*c*) eos non recipit. *Frendens indignatione & odio*, fratri mortem minitatur: (*d*) in contemptum matris, filias gentilium connubio jungit, (*e*) *patris cæci auget ægrimoniam*, (*f*) ad quem leniendum aliam sibi uxorem quærit, patrui sui (*g*) filiam: in familia parentum *imperitat superbè, & cum maleficio.* A fratre, redeunte è Syria, placatur muneribus, (*h*) cui pacificus occurrit, & eidem locupletato sedem relinquit in Chananæa. Ipse fugatis Horræis (*i*) loca montana Seiris vi occupat, à quo *gens Idumæorum, populo Dei semper infesta*, nomen atque opes comparavit.

ANNOTATIONES.

ESAVUS *Ebr.* עֵשָׂו *Esav, non Esau. LXXII.* ἡσαῦ. *Sic scribit & Paulus Rom. IX. 20. Cognomeu* Edom *est ab* אדם ruffus fuit. *Gen. 25. 30.* (*a*) *Gen.* XXVII. *11. 23.* [*b*] *Genes.* XXV. *31. seqq. quale autem fuerit pulmen-*

mentum, patet partim ex §. 30. partim verò, & inprimis §. 34. D. Gerh, p. 501. putat fuisse lentes Ægyptias, *de quibus Gellius agit. lib.* XVII. *c.* 8. [*c*] *Genes.* XXVII. *388. Ebr.* XI. *20.* [*d*] *Gen. XXVII. 41.* [*e*] *Gen.* XXVI. *34.* [*f*] *ibid.* §. *35.* [*g*] *h. e. Ismaëlis. Genes,* XXIIX. *9.* XXX*VII. 3.* [*h*] *Gen.* XXXIII. *13. ad 21.* (*i*) *de quibus vide infra Hist. 379.*

31. JOBUS.

JOBUS (*a*) è posteritate, ut alii Nachoris, (*b*) ut alii Esavi, (*c*) inter Idumæos infideles *innocenter:* inter Usitas (*d*) impios sine reprehensione vivit. *Oculus cæcorum, pes claudicantium, tutor pupillorum, pater pauperum.* (*e*) Privatur uno die liberis universis, ruina domûs: (*f*) spolitatur per Arabes & Chaldæos omnibus pecoribus & jumentis. (*g*) *Traditus Satanæ vexandus, ulcere tetro & pruriente, toto corpore affligitur*, oppressusque *immensis & animi* & membrorum *doloribus*, subsannatur ab uxore, exagitatur ab amicis. Inter mala tot tantaque vincitur, quidem non nihil impatientia, (*h*) sed absolvitur divino judicio, (*i*) quia *malitiam Diaboli superbam fide humili superabat. Exemplum integritatis & perseverantiæ* proponitur Ecclesiæ à Prophetis atque Apostolis. [*k*] Tandem *ærumnarum liber & vacuus*, Deo propitio, ea bona, quæ amiserat, dupliciter recipit, & *sobole formosiore augetur*, non tamen, ut in cæteris bonis, duplicata; prior enim in Dei adhuc manibus vivebat quamvis fuerat extincta mundo. [*l*]

ANNOTATIONES.

[a] Quidam scribunt Hiobus. *Coccejus in Comm. Franck. anno 1644. edito scribit* Ijobus *ab Ebr.* איוב *LXXII.* Ἰώβ. *Luther.* Hiob. [b] *Gerh. in Gen. p. 455. q. 2. Itaquidam censet, Jobum fuisse ex familiâ Nachoris, cum dicatur fuisse ex terra Uz, à Nachoris primogenito denominata: & Elihu, amicus ejus, è regione Bus., Job. XXXII. 2. à secundo genito Nachoris appellatum. Sed hoc incertum. Hæc Gerh.* [c] *ita statuunt, qui Jobum eundem esse cum Jobabo putant. Et inclinare in hanc sententiam R. Gerhardus videtur, in Comm. pag. 665. & Exeges. Loc. 1. de Script. §. 134. nec non Isagog. disp. I. cap. VI. §. 14. D. Schickardus tradit, à Persis in Tarich Jobum constituit filium Esavi, qui filius erat Isaaci. Sed hoc fieri sine fundamento, quis non videt?* [d] *vel Uzitas,* [e] *hæc Jobus ipse adserit c. XXIX. 15. 16.* [f] *Job. I. 18. 19.* [g] *ibid. §. 13. seqq.* [i] *cap. XLII.* [k] *Confer. Jacob. V. 11. Jezech. XIV. 14. 20.* [l] *Sepultus dicitur in urbe Astaroth Carnajim, ejusq; sepulcrum hodieque ostenditur, ceu referunt Sebastianus* Franck *& Bernhardus* von Breitenbach. *Vide Promptuar. Bibl. Crellii fol. 498. col. 3. Adde etiam Thes. Philol. Hotting. à pag. 503. ad 509.*

32. LABAN.

LABAN Syrus, Jacobi avunculus, *homo turpis avaritiæ, abominandus calliditate, improbus perfidiâ, nullo lucro satiatur, nullâ copiâ expletur, nullo beneficio mitigatur,* Sororis (*a*) filium, (*b*) greges suos curantem, propter fidem & dili-

diligentiam, *generum legit*, eumque & in collocanda filia, & *in mercede numerandâ* semper *fraudat*. Abjecta agnati, soceri, patris, avi affectione, amitinos & *affines inter se committit* deinde etiam *fratrum* sororum *animos conjunctos distrahit*. Jacobus ab eo *plurimos annos despicatui habitus* Deo jubente (*c*) furtim cum sua familia aufugit: (*d*) quem socer turmis armatis persequens, (*e*) retracturus ut mancipium erat, nisi monitu Dei cohibita fuisset præceps insania. (*f*) Post *acerbas expostulationes* (*g*) *fœdus* inter se *feriunt*, (*h*) & extructo aggere (*i*) in monte Gileado, in perpetuum illius vinculi testimonium, *locum novo nomine designant*.

ANNOTATIONES.

LABAN. *Ebr.* לבן *Labban. LXXII.* Λαβαν [*a*] *h. e. Rebecca.* (*b*) *h. e. Jacobum. Gen. XXIX. 13. seqq.* (*c*) *Gen. XXXI.* (*d*) *Gen. XXXI. 17. seqq.* (*e*) *ibid. §. 23. seq.* [*f*] *ibid. §. 24.* [*g*] §. *26. seq.* [*h*] §. 44. [*i*] §. *45. 46.*

33. LIA.

LIA [*a*] Labanis impii honesta filia, amitino suo Jacobo *astutè* est *conciliata*, *fraudulentè tradita* (*b*) Hæc propter lippitudinem, [*c*] minus chara marito: propter fœcunditatem, sorori invisa est. [*d*] ipsa verò *minimè morosa aut querula, à matronæ patientis & modestæ officio non recedit, contemptumque & invidiam fert sub-*

missè. Mortua ad tumulos Saræ & Rebeccæ colligitur, (*e*) Mater Judæ (*f*) fuit, à quo & tribus peculiaris, & tota gens Judæa appellatur, (*g*) & ex ejus sanguine atque stirpe tandem Messias Christus nascitur. (*h*)

ANNOTATIONES.

(*a*) LIA, *Ebr.* לאה LXXII. Λεία, *& Vulg. Lat. Lia, quem sequitur Auctor. Sed Munsterus & Pagninus ex Ebræo habent Leah. Lutherus neglecto* ה *quiescente in fine, Lea* (*b*) *Genes.* XXIX. *23.* (*c*) *Genes.* XXIX. *17.* (*d*) *Genes. XXX. 1.* (*e*) *Genes. XLIX. 31.* (*f*) *Gen. XXIX. 35.* (*g*) *vide & Histor. 39. lit. f.* [*h*] *Genes. XLIX. 10.*

34. DINA.

DINA Liæ filia, *annis atque formâ tenerrima, extra domum maternam die solenni obambulans*, spectandarum virginum & festivitatis gratiâ, ab *adolescente regio* visa, rapta, stuprata est. (*a*) Pater adolescentis, *deprecatus pro culpâ* filii sui, (*b*) eam conjugem à Jacobo patre impetrat, (*c*) Fratres Dinæ simulato fœdere, paulò pòst *injuriam ulciscuntur*, & urbe regiâ funditus eversâ sororem eripiunt. Dina *levitate puellari seipsum pudicitiâ*, multos morales vitâ *spoliat*. Hanc suo (ut D. Hieronymus) agnato Jobo, datam posteà conjugem, Philo scripsit: *iniquam erga virum miserum atque afflictum* fuisse, è sacrâ constat historiâ.

ANNO-

ANNOTATIONES.

DINA. Ebr. דִּינָה Græc. Δείνα. [a] Gen. XXXIV. *seq.* [b] *ibid.* §. 8. [c] *D. Gerh. in Gen. p. 634. n. 3. hanc rem ita exprimit: Chamor precibus filii locum dans, Dinam matrimonio ipsi (filio) conjungere* parat *i. e. conatur, &c. Sanè Scriptura nusquam dicit, Jacobum dedisse Dinam Sichemo in matrimonium. Qui ergò Pater Sichemi dicitur, eam conjugem à Jacobo impetrâsse? Et Gerh. loc. cit. p. 640. q. 2. In Scripturis sacris, inquit de Dinâ nihil commemoratur, an postmodum nupserit, nec ne? Chaldæus Paraphrastes & Philo in antiq. Bibl. eam Jobo posteà fuisse elocatam referunt. &c. Quibus subscribere videtur Auctor h. l.*

35. RACHEL.

RACHEL filia altera Labanis, *& facie & moribus puella præstantissima*, pecoris paterni custos. Hanc primo aspectu Jacobus amare incipiens, pro ipsâ annis servit quatuordecim. (a) *In matrimonio*, quod sorori invideret, diu est *infœcunda:* sed ipsius tandem Dominus misertus, eam filio præclaro [b] ornat. E domo patris cum marito clàm discedit, & ejus simulachra & penates asportat, [c] & commento muliebri [d] eos investigantem eludit & moratur, non sine vitæ periculo. Migrans è Bethele in Bethlehemam, partûs difficultate in itinere moritur: [e] cui conjunx eodem in loco & lacrimas dedit, & titulum posuit. [f] Invaluit mos apud Ebræos,

cúm fausta precaturi essent nubentibus, ut felicitatem sororum Rachelis & Liæ precarentur. (g)

ANNOTATIONES.

RACHEL *Ebr.* רָחֵל *Gr.* Ραχήλ. *Pagninus. Rahel.* [a] *Gen. XXIX. 16. 30.* [b] *scil. Josepho. Gen. XXX. §. 22. seqq.* [c] *cap. XXXI. 19. seqq. inprimis §. 30. seqq. De simulacris illis sive penatibus, quos Scriptura Teraphim vocat, peculiarem Disp. edidit Dn. Dilherrus, quæ est tom. nov. vel secundo num. XIII. dignissima quæ videatur.* [d] *Gen. XXXI. 34. 33.* [e] *Gen. XXXV. 16. 17. 18. 19.* [f] *ibid. §. 20.* [g] *Confer. Ruth. IV. 11.*

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER SECUNDUS.

Ecclesiæ per miseriam propagatæ.

36. JACOBUS.

JACOBUS Isaaci filius, *homo placidus & simplex, observans Dei, suorum amantissimus.* A fratre securo jus primatus (a) emit, & sedulitate matris benedictionem consequitur. (b) Mirum hic patriarcha Ecclesiæ Exemplum, pulsus domo, fratris sui minis, noctu in agro

agro dormiens, conspectu Dei fruitur: *pressus servitute* ab avunculo soceroque *Deum sibi præsentem esse sentit*: revertens in patriam, cum ipso Deo luctatur & vincit: (*e*) in quo certamine *luxatur femore*, sed triumphat fide: in suis itineribus non semel agmina Angelorum obvia habet. *Vir Deo* tàm *charus & propè familiaris*, luget uxorem Rachelim, ereptam morte, (*d*) Bilham ignominiâ. (*e*) Deplorat filiæ Dinæ violentum stuprum; Filiorum Simeonis & Levi sæva homicidia, (*f*) Rubenis (*g*) & Judæ (*h*) turpes incestus, omnium simul in vendendo fratre *sceleratum odium*. Cruciatur patris, cæcitate, (*i*) obitu Liæ raptu Josephi, (*k*) vinculis Simeonis, (*l*) orbitate Benjaminis. (*m*) Ad extremum *inedià pressus & fame, migrat in Ægyptum*: (*n*) In externâ provinciâ amatur à rege, honoratur à plebe, alitur à filio. Confectus senio, filiis suis & duobus nepotibus ventura prædicit, dira reis, bona precatur melioribus. (*o*) Moritur anno ætatis centesimo quadragesimo septimo, transportatur magnificè ab Ægyptiis (*p*) susçipitur reverenter à Chananæis, & *ad avi patrisque monumenta colligitur*, cum quibus de nascituro Messiâ ex ipsorum lumbis, promissiones lætas & amplissimas audiverat in quibus Dei filius Silo (*q*) apellatur, novo nomine. Unde Deus ipse omnipotens, se Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi nominat, cùm suam magnificentiam

& ve-

& veritatem hominibus vult declarare. Hic vir ex iis unus est, qui *ærumnas maximas protulerunt fide, superarunt patientiâ.*

ANNOTATIONES.

JACOBUS, *Ebr.* יעקוֹב *Græc.* Ιακωβ [*a*] *vulgò primogenituram. Gen.* XXV. *31. seqq.* [*b*] *Genes.* XXVII. [*c*] *Genes.* XXXII. *24. 28.* [*d*] *Gen.* XXXV. *19. 20.* [*e*] *ibid.* §. *22.* [*f*] *Gen.* XXXIV. [*g*] *vide & repete locum litt. e. notatum* [*h*] *Gen.* XXXVIII. *15. 18.* [*i*] *Genes.* XXVII *1.* [*k*] *Gen.* XXXVII. [*l*] *Gen. LXII. 24.* [*m*] *Gen. XLIII.* [*n*] *Gen. XLVI.* [*o*] *Genes.* XLIX. [*p*] *Gen.* L. [*q*] *Gen.* XLIX. *10. De voce illâ exstant integri propè tractatus. Vide disp. Philol. D. Dilherri tom. 1. Disp. 14. num. 8. p. 438. Thesaur. Philol. Hotting. p. 161. & 452. Buxtorf. Lex. Ebr. p. 811. inprimis exercit. D. Waltheri.*

37. RUBEN.

RUBEN, primus Jacobi filius è Lia, [*a*] excellentiâ donorum atque imperii, inter fratres præcipuus: sed propter thorum patris inquinatum, [*b*] & dona effundit, & amittit imperium. [*c*] Josephum adolescentem cùm fratres occisuri essent, [*d*] illorum *facinori nefario* solus *obstitit*, & mittendum in cisternam suasit, [*e*] eo consilio, ut viventem eriperet, & patri restituens, *gratiam sibi ejus* quantum posset, *reconciliaret. Pœnam* incestûs, cum Bilhâ commissi. *luit in totâ posteritate*, nam tribus illa, numero semper exigua, & *viribus minùs potens cæteris* fuit. Nati

ex

ex hâc tribu sunt propheta Johel, (*f*) & vidua Judith, (*g*) victrix Olofernis.

ANNOTATIONES.

Ruben, *Ebr.* ראובן *Reubben. Gr.* Ρουβήν. (*a*) *Gen. XXIX. 32.* (*b*) *Gen. XXXV. 22.* (*c*) *Genes. XLIX. 3. 4.* [*d*] *cap. XXXVII. 20.* [*e*] *ibid. §. 21. 22.* [*f*] *vide Hist. 233.* [*g*] *quid de hâc opinione ex Vulgato* Lat. *deprompta, sentiendum, vide infra Hist. 266. lit. b.*

38. SIMEON ET LEVI.

Simeon & Levi, Jacobi & Liæ filii, *homines audacissimi & petri suo obstinatè adversi*, nimiâ iracundiâ stuprum sororis crudeliûs vindicant, quàm ipsos decebat. [*a*] Fœdere enim quod astutè pepigerant, violato, regem Sichemitarum occidunt, *urbem depopulantur*, bona possident. In fratre Josepho *occidendo primas immanitatis partes ferunt*, (*b*) & veste, quæ tabo hircino polluta erat, ad patrem delatâ, senem miserrimum *tantùm non jugulant*. Eorum posteritas inops (*c*) & vaga perpetuò fuit: Simeon partem possessionis in tribu Judæ consecutus est: (*d*) Levi *proprium omninò nihil habuit*, sed sors ejus ad fratris Josephi filium Manassem transfertur. E tribu Simeonis censentur propheta Zephonias, (*e*) & Ozias dux Bethulienfium. (*f*) E *tribu* Levi *despicatissimâ* Deus sibi ministros & sacerdotes legit: & ex eâ celebrantur prophetæ, Moses, Samuel, Jeremias, Nahumus, Hezechiel, Zacha-

Zacharias, Johannes Baptista. *Deus suâ sponte miseretur omnium, neque cuiquam obstant ad gratiam majorum flagitia: neque quemquam cœlo excludit indignitas* (g) *sua.* Post hos filios Jacobus pater nulli amplius imprecatur, quia misericordia Dei præponderat judicio.

ANNOTATIONES.

SIMEON, *Ebr.* שִׁמְעוֹן *Schimeon Gr.* Συμεών. *Levi, Ebr.* לֵוִי *Gr.* Λευί. *Horum nativitatem vide* Gen. XXIX. 33. 34. [a] Gen. XXXIV. 25. [b] *sic arbitrantur ac referunt Rabbini, à quorum sententia non videtur abhorrere* D. Gerh. *in* Gen. p. 979. q. 4. [c] *Inde est proverbium apud Rabbinos ortum:* Non est mendicus, nisi è tribu Simeonis. [d] *Josu.* XIX. §. 1. [e] *de quo vide Hist.* 238. (f) *de quo vide Hist.* 268. (g) *scil. quam ex nativitate aut à natalibus habet.*

39. JUDAS.

JUDAS, quartus Jacobi filius, fratrem Josephum, ne occideretur, servavit: [a] fratrem alterum Benjaminem *suæ vitæ periculo liberare servitute* voluit. [b] Duxit uxorem Hiræ Cananæi filiam nomine Suam, (c) *è quâ* malam *progeniem sustulit.* Nam duos ejus filios *ætate nondum juvenili Deus extinxit.* Mortuâ uxore nurum suam Thamarim insciens opprimit. [d] Judæ *amplissimos honores precatur* pater moriturus, dignitatem inter fratres, victoriam de omnibus ho-

hostibus, sedem primam in Ecclesiâ. [e] Proditurum enim de ipsius semore servatorem Messiam, qui sit futurus populi sui salus, & gentium expectatio. Ab ejus nomine populus universus, Judæi: [f] pars Palæstinæ nobilissima, Judæa est appellata: & tribus Judaicæ regnum usque ad tempus Christi venturi duravit. Ex hac tribu sunt Jacobus & Johannes Apostoli, & Jacobus frater Domini dictus à Luca, [g] & ejusdem fratres Judas Lebbæus, & Simon Cananæus.

ANNOTATIONES.

Judas, *Ebr.* יְהוּדָה *Græc.* Ἰούδας. *Nativitatem ejus vide* Gen. XXIX. 35. [a] Gen. XXXVII. 26. [b] Gen. XLIV. 33. [c] *Aliquid humani passus h. l. videtur Auctor, dum ex* LXXII. *& vulgato* Latin. *putat, nomen uxoris fuisse* Sua. *Hoc enim nomine non Judæ uxor, sed ejus (Judæ)* socer *fuit. Unde sequitur, Hiramum seu Chiramum fuisse quidem Judæ hospitem, sed non socerum. Vide fonteis Ebræos & Gerh. in* Gen. *p. 686. Adde & Lutheri Versionem* [d] Gen. XXXIIX. 18. *opprimere a. h. l. est sturpare vel vitiare.* [e] Gen. XLIX. 8. *seqq.* [f] *Quando Israelitæ cœperint vocari* Judæi, *incertum est. Quidam enim denominationis istius incunabula arcessunt à Schismate Jeroboami. Ut Cunæus de Rep. Ebr. lib. 1. c. 10. alii ad exitum decem tribuum illam adnominationem rejiciunt. Vide Elium in Visb. & Buxt. differt. de orig. ling Ebr. §. 30. & 59. Alii ad tempus solutæ captiv. Babylon. rejiciunt. Adde Causabonum*

num contra Baron. p. 17. [g] *Matth. XIII. 55. Marc. VI. 3.*

40. DAN.

DAN Jacobi filius, è famulâ Rachelis Bilha natus, catulo leonis, & colubro in via comparatur, [a] habitavit in parte Benjaminis, juxta mare. [b] Posteritas ejus felix & potens fuit, & eam tribum illustravit Simson, *dux fortitudine & astutiâ admirabilis.* Ex eadem tribu geniti perhibentur *Maccabæi, patriæ, religionis libertatis vindices interriti.* Tribus ista semel à *Deo desciscens,* idolum quoddam coluit omni illo tempore, quo arca Dei in Silone fuit [c] Hanc tribum Apostolus omittit in libro Apocalypsis, cujus *causam fabulosam* nonnulli [d] reddunt, quod sit ex ea nasciturus Anti-Christus.

ANNOTATIONES.

DAN *Ebr.* דן *Gr.* Δὰν. *Ejus nativitas describitur Gen. XXX. 1. 6.* (a) *Gen. XLIX. 17.* (b) *Josu. XIX. 40. seqq.* (c) *Judic. XIIX. 30. 31.* (d) *h. e. plerique Pontificii. Vide Gerh. in Apoc. cap. VII. p. 52. 53. Sed si ideò ex tribu Dan nasciturus est Anti-Christus, quòd Johannes Apocal. VII. illius tribûs mentionem non faciat, sequitur, Anti-Christum etiam nasciturum ex tribu Ephraim: quia neq; hujus ibi fit mentio. Observavit hoc ipse Bellarminus in hunc locum Apocal. ac Distelmeierus in tract. de Anti-Chr. pag. 93. inprimis verò Ludovicus Alcasar in Apoc. cap. VII. p. 484. seqq.*

41. NE-

41. NEPTALIM.

NEPTALIM (*a*) alter è Bilha filius, cujus tribus regnum Jabini, & Galilæam tenuit superiorem, monti Libano & agro Damasceno contigua: quæ à vicinis Syris *sæpè bello & incursionibus tentata.* Dei beneficio, *tanquam cerva* (*c*) *è laqueis venatorum evasit: & peculiaris liberata, invocationem & gratiarum actionem, eloquia pulcherrima,* non prætermisit. Ex hac tribu Debora (*d*) prophetissa, cujus consilio Sisara Chananæus interfectus: (*e*) *& Tobias, qui & liber in Patria, & in Assyria servus, vitam duxit nulli reprehendendam.* (*f*) Ex eadem Petrus, Andreas, Philippus, Johannes Evangelista, (*g*) quibus addit Africanus Matthiam, in locum proditoris electum.

ANNOTATIONES.

[*a*] Cur *Auctor scribat Neptalim, sine litterâ H. non video. Ebr. est* נַפְתָּלִי *quod Lutherus expressit; V. L. habet Nephthali.* LXXII. Νεφθαλί. *Matth. IV. 13. 15. Apocal. VII. 6. occurrit* Νεφθαλείμ. *Ejus nativitatem vide* Gen. *XXX. 7. 8.* [*b*] *Conf. Josu. XIX. 32. seqq.* [*d*] *Adludit Auctor ad* Gen. XLIX. *21.* [*e*] *juxta Ebr.* Debhorah *LXXII.* Λεβωρρά. *V. L. Debora. Vide Hist. 80.* [*e*] *Judic. IV.* [*f*] *Vide Hist. 221.* [*g*] *vide supra Hist. 39. ubi dixit Auctor, Johannem Apostolum fuisse ex tribu Judæ. Cùm verò Johannes Apostolus & Johannes Evangelista sint unum idemq; supposi-*

positum vel Individuum, non capio, qui conciliari hîc locus cum superiore possit.

42. GAD ET ASER.

GAD & Aser filii Jacobi è Silpa, Liæ ancilla, quorum posteri *viri acres & magnanimi* fuerunt: *de quibus nemo victorias deportavit lætas.* Terræ *solum* possederunt *bonum atque fertile.* E tribu priore oriundus est *doctor excellentissimus*, Elias Propheta: ex altera, Anna Phanuelis filia, [a] prophetissa, quæ Messiam, natum hominem, in templo est amplexata.

ANNOTATIONES.

GAD *Ebr.* גָּד *Græc.* Γάδ. *Ejus ortum Genes.* XXX. 10. 11. *Aser Ebr.* אָשֵׁר *Ascher. Gr.* Ασήρ. *Luth.* Asser. *Vide Gen. XXX. 13,* [a] *Luc. II. 36.*

43. ISASCHAR ET ZEBULON.

ISASCHAR [a] & Zebulon, [b] postremi è Lia Jacobi filii. Posteri Isascharis reliquis tribubus quasi circumvallati, *terramq; amœnissimam* consecuti, *pacis* erant *studiosi*: ideò quietis & tranquillitatis causa, servitutem atque jugum tolerabant facilius. Posteri Zebulonis, quia *loca colebant maritima, otium desidiamq; perosi, vacabant negotiationibus*, & resistebant potentibus vicinis. Hujus tribus alumni. Jonas Propheta, [c] qui Assyriorum imperatori de ira Dei concionatus est urbemq; regiam *ad vitæ & morum emendationem instigavit*; (d) Item Matthæus & Thomas, Apostoli. AN-

ANNOTATIONES.

[a] *Saschar, Ebr.* יִשָּׂשכָר *LXXII.* Ισσάχαρ *Vulg. Lat. Isschachar. Pagninus & Luther. Isaschar. Vide Genes. XXX. 18. XXXV. 23.* [b] *Zebulon, Ebr* זְבוּלֻן *Luth.* Sebulon. *Pagninus: Zebulun.* LXXII. Ζαβουλών. *Gen. XXX. 20.* [c] *vide Histor. 186,* [d] *Jon. III. 1. seqq.*

44. JOSEPHUS.

JOSEPHUS, Jacobi & Rachelis filius, curæ quidem & *solatio patri, sed fratribus odio tædioq; fuit.* Erant *in eo dona excellentia*, fides, pietas, scientia divinandi, obedientia, castitas, patientia. *A Deo, cujus amore sincero flagrabat, in nullo vitæ periculo destituitur.* Sapientia enim Dei eum liberat ab impiis fratribus, [a] consolatur in cisterna, extollit in servitute, custodit à proterva domina, honestat in penuria, exhilarat in vinculis. *Mente cognoscit* magna & præsaga, se fore suorum aliquando principem atq; altorem. In carcere Ægyptiaco aulicis captivis *eventura prænunciat*, (b) regem barbarum, & principes externos de Deo docet: (c) & *sapientiâ cœlesti instruit*, pater Pharaonis, & servator Ægypti nominatur, (d) *ornatus byssô, & auro & curru insigni vectus*, locum à rege secundum, & *annuli curam accipit*, anno ætatis suæ trigesimo. *In summâ dignitate non superbit, regem observat, multitudini prospicit, inimicis ignoscit*, patrem alit, fratres ditat, in Ecclesiæ provinciam regnum Ægypti redigit:

verissimus vates, sanctissimus doctor, optimus princeps, suæ gentis ornamentum, alienæ firmamentum Christi inter latrones imago in carcere, & mox ejusdem resuscitati, in dignitate, Moriturus filiis & fratribus mandata de ossibus suis reliquit: (*e*) quæ Moses exÆgypto transtulit, (*f*) Josu a sepulchris majorum in Chananæa intulit. (*g*) Reges Israëlis, qui tenuerunt Samariam, à stemmate ipsius sunt propagati.

ANNOTATIONES.

Josephus, Ebr. יוֹסֵף LXXII. Ιωσήφ Gen. XXX. 23. 24. [*a*] *Genes. XXXVII.* [*b*] *cap. XL.* (*c*) *Ps. CV. 22.* (*d*) *Gen. XLI. imprimis §. 43. Vide duas peculiares Disp. Dn. D. Joh. Ernest. Gerh. de voce illa* אברך. *De loco à rege secundo vide Genes. XLI. §. eod. 42. de annulo autem §. 42.* (*e*) *Genes. L 24. 25.* (*f*) *Exod. XIII. 19,* (*g*) *Josu. XXIV. 32. Josephi nomen mutavit Pharao in aliud, scil. Zophnat paaneach Gen. XLI. 45. Vide & Glass. in Gramm. S. p. m. 840. & Cornel. à lap. in Gen. XLI. fol. 287. 2. D. Potipharis officium exprimitur verbis* שַׂר טַבָּחִים *Genes.* XXXVII. *36. Buxt. in Lex. Ebr. p. 279. vertit* princeps *vel* præfectus satellitum *q. mactatorum, quodq. mactarent fontes. Targum* רבקטוליא *h. e.* magistro cæsorum *qui præfectus erat illis, qui juxta regis decretum fontes plectebant. Schindlerus in* Lex. *pentagl. col. 685. A. Aliis est* rerum capitalium præfectus. *Et Cornel. à lap. in* Gen. *fol. 273. col. 1. B. vertit:* principem occidentium *vel jugulantium.* LXXII. *& Josephus exponunt per* δεκι-

μαγε-

μάγειρον, *quos sequutus Ambrosius transtulit per* principem coquorum. *Sulpitius Severus vocat Præpositum & curatorem Regium. Ineptas aliorum interpretationes vide apud Hotting. in Analect. pag. 324. 325. Josephum* πολύγλωττον *fuisse, & ab Archangelo Gabriele ita institutum, ut* LXX. *linguas calluerit, Talmudici nugantur. Vide Hotting. in Smegm. lib. 1. p. 63. ubi plurima invenies.*

45. BENJAMIN.

BENJAMIN, *minimus natu* Jacobi filius, non in Syriâ, ut fratres cæteri, sed in Chananæâ natus est: *in cujus enixu Rachel moritur.* (*a*) Obses in Ægyptum mittitur, patris *dolore ingenti: pro eo patri* dimittenti *spondet* Ruben, (*b*) fratri (*c*) retinere cupienti se obligat Judas, (*d*) Posteri ejus propter libidinem *pænè internecione delentur:* (*e*) in distractione regni, ea tribus judicio gravissimo Judæ adhæsit, (*f*) *& secundum leges divinas optimorum majorum exemplo vixit.* In eâ hospitium habuerunt in Mispâ Samuel, (*g*) in Anathato Jeremias, (*h*) in Ciriathbahal Zacharias. Ejusdem tribus alumni Ehudus, tertius à Josuâ princeps (*i*) Saulus rex Ebræus, [*k*] & Mardachaius aulicus Assyrius, [*l*] & *Paulus gentium doctor,* (*m*) *& maximus inter Apostolos,* quem etiam David [n] in suo elegantissimo vaticinio prævidit.

ANNOTATIONES.

BEnjamin, *Ebr.* בִּנְיָמִין *Gr.* Βενιαμὶν *Genes. XXXV.*

18. [a] Gen. XXXV. 17. 18. [b] videtur h. l. esse memoriæ lapsus. Non enim Ruben patri pro Benjamino spondet, sed Judas. Gen. XLIII. 8. 9. [c] h. e. Josepho. [d] Gen. XLIV. 23. 24. [e] Judic. XX. 31. 35. 44. 46. XXI. 6. &c. [f] 1. Reg. XII. 21. [g] 1. Sam. VII. 5. 6. (h) Jer. I. 1. XI. 21. 23. (i) Judic. III. 15. (k) 1. Sam. IX. 1. Actor. XIII. 21. (l) Esther. II. 5. (m) Rom. XI. 1. Philipp. III. 5. (n) fortassis Auctor Jacobum nominare voluit, adlusitq; ad Gen. XLIX. 27. de quo loco Gerh. in Gen. p. 856. ita Christiani interpretes referunt ad Paulum Apostolum, qui MANE, h. e. initiò instar lupi Ecclesiam Christianam est persecutus, tandem a. SPOLIA DISPERSIT, h. e. Evangelii doctrinam prædicavit, Psalm. LXIIX. 13. Sed si vel maxumè Auctor Davidem in animo habuit, respexit fortassè ad illud Psalm. LXIIX. ubi per Benjaminum adolescentulum den Kleinern Benjamin / multi interpretes Paulum (q. pusillum, parvulum Benjaminitam) Apostolum intelligunt. Vide Bibl. Osiandri ab h. l.

46. MANASSES.

Manasses ex Josephi Asenetha, conjuge Ægyptiâ, filius, [a] ortu quidem prior fratre Ephraimo, sed *dignitate longè inferior:* non minus tamen ab avo (b) ipse quoque *adoptatur in filiorum propriorum hæreditatem.* (c) Nam Levi exauctorato stirps Josephi succedit. *Multâ felicitate & gloriâ honestati sunt* Manassæ posteri, qui cùm *propter* nobilitatem, & *opes ingentes superbirent, & cultum Dei sanctissimum nihil curarent,* in servitutem perpetuam rediguntur.

In

In tribu illâ domicilium fuit Samuelis in Ramathâ, (*d*) Eliſæi in Dothana, (*e*) Joſephi decurionis, (*f*) qui CHRISTO de ſuo monumento ceſſit in Arimathæa.

ANNOTATIONES.

MAnaſſes *Ebr.* מְנַשֶּׁה Μανασσῆς (*a*) *Gen.* XLI. 50. 51. (*b*) *h. e. Jacobo.* (*c*) *Gen.* XLIIX. 13. *ſeqq.* XLIX 22. *ſeqq.* (*d*) 1. *Sam.* VII. VIII. *&c.* (*e*) 2. *Reg.* VI. 13 (*f*) *Vulgatus Lat. Marc.* XV. 43. *hunc Joſephum* decurionem *vocat, quem ſequitur Auctor. Sed Gr. eſt* Βϑλευτὴς, *quod vi etymologiæ eſt vel* conſul *vel* conſultor *aut* conſiliarius *&c. Lutherus & Beza* Senatorem *vertunt, quibuscum ſentit Syrus interpres. Confer Luc.* XXIII. 57. *ubi huic Joſepho non tam decurionis, quàm Senatoris vel conſultoris partes tribuuntur. Caſaubonus quidem conatur defendere Vulgatum Lat. Sed reſpondet ipſi partim Ludovicus de Dieu ad Marc.* XV. *partim Walæus comm. in eundem locum. Adde Cornel. à lap. in Matth.* XXVII. 59.

47. EFRAIMUS.

EFRAIMUS (*a*) alter Ioſephi filius, patre renitente, primogenita (*b*) ab avo adipiſcitur, & excepto Juda *omnium exiſtit florentiſſimus, potentiâ* tamen *& amplitudine imperii plurimùm ſuperat.* Ejus poſteri *gloriâ famâq; majorum elati,* & impatientes ſervitutis Ægyptiacæ, & ſuis excutere viribꝰ jugum tentantes, terrã ſibi promiſſam injuſſi invadunt; [*c*] ſed *Deo adverſo prœliantes,*

clade magna sternuntur, & præda illis pecorum hominumque omnis adimitur. Temporibus sequentibus pari ausu Gideoni (*d*) & Jephthæ (*e*) *ducibus se per tumultum opponunt.* Tandem *regnum* Samariæ constituunt, (*f*) quod quidem *legibus, disciplinâ, institutis* fuit *cum sapientissimis atque optimis conferendum:* sed *sustinuit* cum aliis tribubus novem, quæ sese illi adjunxerant, *corruptæ religionis infamiam.* Ad instaurandum placentem Deo cultum, in id regnum mittuntur prophetæ præter alios eximii: Elias, qui annos circiter viginti Elisæus, qui septuaginta: Hoseas, qui octoginta docuit. Viros illos Dei cùm feri & impii reges, & pars multitudinis maxima sperneret, regnum illud Assyrii *funditus evertunt:* regem, principes, nobilitatem, populum, sine ulla spe libertatis, in colonias barbaras ultra flumen Euphratem dispergunt. (*g*) In exilio nullus ampliùs propheta illis missus est, & doctrina cœlestis in familiis paucis mansit: quales Tobiæ & Raguelis memorantur. (*b*)

ANNOTATIONES.

[*a*] E *Br.* אפרים *Ephraim.* LXXII. & *N. T.* ἐφραΐμ. *Joh.* XI. 54. *pro Græco* Εφραΐμ. *Vulg. Lat. habet* Ephrem, *sicut pro Jerusalaim Jerusalem scribi solet. Vide Walæum in loc. allegatum. Adde Cornel. à lap. in eundem loc. f.* 426. [*b*] *h. e. ejus & privilegia primogenituræ. Confer. à Gen.* XLIIX. 13 *seqq.* [*c*] *Videtur Auctor respicere ad Num.* XIV. 39. *seqq. ad Deut. I.* 41. *seqq.* [*d*]

Judic. VIII. 1. seqq. [e] *Judic.* XII. *1. seqq* [f] *1. Reg.* XII. *25. seqq.* (g) *2. Reg.* XVII. *7. ad 23.* [h] *in libr. Tob. Vide Histor. 221. & 224.*

48. THAMAR.

THAMAR Chananæa, (a) *maritis* duobus (b) *absque prole defunctis*, in domum patris remittitur, (c) donec ad *ætatem justam adolesceret tertius Judæ filius:* (d) cui secundum legem successionis, & suscitandi seminis vidua despondebatur. Ipsa *oblitum promissi* Judam socerum *cupiditate prolis, non libidine juventutis*, ingenio doloque muliebri circumvenit, ex eoque nesciente atque agnato fit gravida, (e) *Rumore dilato*, quòd *uterum ferret*, Judas *pœnâ* eam *publica afficere*, & rogo imponere statuit: (f) sed sui facinoris, arrabone (g) signisque (h) ipse convictus, se incusat, nurum absolvit. Exactis mensibus certis parit gemellos & inrer mulieres exteras prima Christi avia numeratur. (i)

ANNOTATIONES.

[a] *Genes.* XXXVIII. *1. 6. Ebr.* תָּמָר *Gr.* Θάμαρ. [b] *quorum prior GER erat, posterior ONAN. ibid. §. 6. 9.* [c] *ibid. §. 11.* [d] *scil. Sela. ibid.* [e] *ibid. §. 18. 24. seqq.* [f] *§. 24.* [g] *h. e. annulo.* [h] *h. e. armillâ & baculo. §. 18. & 25.* [i] *Matth. I. 3.*

49. PERES.

PERES Judæ filius è Thamari, primatum fratri Zaræ in utero materno eripit, [a] obstetricis si-

gno [b] & testimonio. Tanta ejus fuit *integritas in moribus, & in cæteris donis eminentia*, ut posteri gratulaturi novis conjugibus, domus Peris felicitatem optarent, (c) ab eo Perezitæ (d) nominati. Ejus filius Esromus, nepos Aramus, pronepos Aminadabus, in genealogia Davidis & Christi collocantur.

ANNOTATIONES.

PEres Ebr. פֶּרֶץ Gen. XLVI. 12. vel ob accentum פָּרֵץ Gen. XXXIIX. 29. LXXII. Φαρές. V. L. Phares. (a) Gen. XXXIIX. 28. 29. (b) h. e. filo rubro. (c) Ruth. IV. 12. (d) (d) Numer. XXVII. 20.

50. POTIPHAR.

POTIPHAR Ægyptius, e regiis curatoribus præcipuus, Iosephum emit à mangonibus Ismaëliticis: (a) cujus ingenio, industria, integritate explorata, rem suam familiarem omnem adolescenti committit. Quamvis autem & in domo, & in agris, Iosepho procurante, domini bona augerentur plurimùm: (b) tamen, præter panem, homini gnavo servoque spectato aliam nullam mercedem præbuit; accusatum ab uxore procace crimine falsò (c) in carcerem aulicum detrusit. [d] Tandem & ipsè crudelitatis, & uxor lasciviæ pœnas dederunt. Deus enim Iosepho & contra oppressores potentiam tribuit & ejus calumniatores, celebri innocentiæ testimonio, mendacii convicit.

ANNOTATIONES.

POtiphar, Eb. פּוֹטִיפַר LXXII. ποτιφρής. Gen. XXXIX. 1. Vulg.

f. Vulg. Lat Phutiphar. (a) Gen. XXXVII. 36. XXXIX. 1. (b) ibid. §. 3. 4. 5. 6. (c) ibid. §. 14. 17. (d) §. 20. Vide quæ addidimus in hac editione ad Histor. 44.

51 PHARAO PIUS

PHARAO Amosis, rex Ægypti eximius nullum è Magis inveniens *verum conjectorem aut somniorum interpretem*, Josephum è vinculis, in quibus annos jam *tredecim* exegerat, educit. (a) Adolescentem *prudenter respondentem* honoribus afficit: benè consulentem audit: *præmiis maxumis extollit*: mundi servatorem, & patrem suum nominat: (b) gubernationem omnium provinciarum ei committit: summi sacerdotis Heliopolitani filiam (c) conciliat. Ejusdem consilio & arbitratu imperans, doctrinam cœlestem discit & propagat, [d] reditus & immunitatem sacerdotibus constituit, (e) nationes vicinas famis tempore sustentat, piis advenis [f] agrum vertilissimum dividit: nutritius & hospes Ecclesiæ liberalissimus. Doctoribus duobus hic rex usus est, Josepho & Jacobo: Illius sapientiam admiratur, hujus benedictionem amplectitur, *factis q. demonstrat, nihil sibi in terris illâ principe doctrinâ de DEO charius esse & optatius.*

ANNOTATIONES.

PHarao, Ebr. פַּרְעֹה Phar-oh, Gr. Φαραώ. Unde nomen

nomen istud, prolixè exponit Cornel. à lap. in Exod. I. fol. 341. col. 1. Adde Ludov. Viv. in XVI. August de Civ. Dei. Gerh. tom. VI de Mag. Pol. §. 9. Gregor. in Lex. *Sanct. num. LII.* [a] *Gen. XLI. seqq. ostendia D. Gerhardus in Gen. p. 716. Josephum per* triennium *saltem in carcere detentum fuisse. Vide illum & Cornel. à lap. in Gen.* XL. *fol. 281.* [b] *ibid. §. 43.* [c] *ibid. §. 45. Vocabatur illa juxta fonteis Ebr.* Asenath. *Quando autem Auctor socerum Josephi vocat summum sacerdotem Heliopolitanum, sequitur Vulgatum Lat. interpretem. Ebr. est* princeps On. *Est verò* On *juxta Gerh. p. 720. oppidum Ægypti, præfecturæ Heliopolitanæ metropolis. Et* כֹּהֵן *non solùm sacerdotem, sed & in genere* virum primarium *ac principem (vide versionem Pagnini) significat, sive Ecclesiastico, sive Politico fungatur is officio, velut probat Gerh. p. 723. Neq; est verisimile, ait ibid. Gerhardus, quod idololatrici sacerdotis filiam duxerit Josephus.* [d] *Psal. CV. 22.* [f] *h. e. Patri Jacobo, & fratribus.* [g] *Gen.* XLVII. *11.*

52. PHARAO IMPIUS.

PHARAO Cenchres seu Busyris, [a] à Davide propter insolentiam dictus Superbus, rex Ægypti, animadvertens mirabile populi Israëlitici incrementum, [b] ejusq; vires & defectionem veritus: totam illam gentem cogitavit exinaniendo perdere. Variis tentatis viis, *spe suâ delusus*, mandat obstetricibus, [c] ut infantes masculos in nixu interficerent, quod, cum illæ *facere horerent*, mandato edicit, ut in Nilum nati masculi

sculi projicerentur, (*d*) quod totis annis *triginta* factum est. *Populum* præterea *oneribus non tolerandis pressit*, ergastulis & *verberibus coërcuit*, *servitute durissima afflixit*. Admonitus portentis & prodigiis, (*f*) seipso fit contumacior. Deus cum liberare suos, & *levare ærumnas Ecclesiæ* vellet: ab Ægyptiis auro, argento, & velle preciosâ mutuò sumptâ [*g*] fugere suos jubet, ultra sexcenta armatorum millia, exceptis uxoribus & liberis, & servitiis se illis adjungentibus. [*h*] Eos Pharao cum *selecto exercitu*, & cupidâ vindictæ gente insequens, & mare rubrum, quod populo Dei ex utroq; latere, quasi in montes erectum, viam præbuerat, ingressus: cum copiis omnibus, ne uno quidem homine superstite, æquoris procellâ & impressione, funditûs obruitur, atque submergitur. (*i*)

ANNOTATIONES.

(*a*) VIde *Chemnit*, *in fascic. hist. sacr.* & *Dornavium in Synops. hist. p. 15. Sed juxta Josephum ac Tostatum Pharao iste* appellatus *fuit* Amenophis. *Alias opiniones vide apud Cornel. à lap. in Exod. I. fol. 338. 2. fin.* (*b*) *Exod. I. 7. 8.* (*c*) *ibid. §. 18.* [*d*] *ibid. §. 22.* [*e*] *ab edicto regio, quod juxta Calvisium post A. M. 2369. prodiit, usq; ad nativitatem Josuæ, quæ incidit in A. M. 2408. juxta eundem Calvis. elapsi sunt anni 37. vel 38. Videtur autem tempore nati Josuæ abrogatum fuisse edictum illud regium. Aliàs ab edicto illo usque ad exitum Israëlitarum, qui incidit in A. M. 2453. effluxerant anni fere 84.* Neque unus tantum *Rex vel Pharao per*

hos

hos Annos regnavit, sed quatuor *illorum numerantur. I. Pharao* Misphragmutosis, *qui legem de abjiciendis in Nilum puerulis tulit, regnavitque ann. 26. II. Pharao* Thutmosis, *qui regnavit ann. 9. III. Pharao* Amenophis, *qui regnavit ann. 31. & IV. Pharao* Orus, *qui anno regni 39. exstinctus fuit in mari. Vide Calvis. Scriptura q. de* uno *loquitur, quia* omnes *eodem animo infesti Israëlitis erant.* (*f*) *Exod. VII. & seqq. capp.* (*g*) *Exod. XI. 2. XII. 35. 36.* (*h*) *ibid.* §. 37 (*i*) *Exod. XIV. 19. seqq.*

53. SIPHRA ET PHUA.

Siphra & Phua obstetrices, [*a*] matronæ optimæ & cultrices Dei, cum propositis præmiis infantes Ebræos, in utero enitentium, suffocare juberentur, cum ipsarum matrum ingenti periculo; *ab edicto crudeli abhorrent, magisq. Deum omnipotentem, quàm regem minabundum, pertimescunt.* Accusatæ mandati neglecti, verbis simulatis regem decipiunt, (*b*) *& suam ipsi excusationem prudenti oratione probant.* Itaq; *Deus* fœminas humanissimas à tyrannide defendit, & *earum* æstimationem atq; *opes* posteris quoq; ipsarum benignè faciendo, *mirandis modis auxit.* (*c*)

ANNOTATIONES.

Siphra, Ebr. שִׁפְרָה Gr. Σεπφώρα. Vulg. Lat. Sephora. Phua, Ebr. פּוּעָה Gr. Φωά. V. L. Phua. Luth. Pua. [*a*] *quarum fit mentio Exod. 1. 15. Non est autem verisimile,* duas *tantùm in Ægypto obstetrices fuisse,*

esse. Itaque nonnulli arbitrantur, duas istas fuisse reliquis perfectas, vel, utpote peritiores, libentiùs ab Israëlitarum fœminis adhibitas, Friedlieb. Theol. Exeg. V. T. in Exod. 1. q. 5. (b) Exod. I. 19. (c) ibid. §. 20. 21.

54. AMRAMUS.

AMRAMUS, filius Caathi, nepos Levi, amitam suam Jochebedam uxorem ducit; [a] è quâ Aaronem [b] & Mosen [c] filios procreat. Pressus unâ cum civibus aliis servitute regiâ, Mosen filium trimestrem, à matre absconditum, cælare diutius non potuit, sed eum Mariæ [d] filiæ suæ dedit exponendum. Hæc infantem in *fiscellam scirpeam*, pice bitum in eq; oblitam inclusum, in papyreto fluminis Nili deponit, [e] eo tempore atque loco, quo regis filia ibidem inambulare & levare consueverat; [f] Maria expositio infante *procul observat, & eventum solicitè expectat.* (g) Quem filia Pharaonis vagientem audiens, ex undis effert, & officio Mariæ usa alendum matri propriæ committit. [h] Moses ab aquis nomen accipit, & in aulam adoptatus, filius filiæ Pharaonis [i] appellatur.

ANNOTATIONES.

AMramus, Ebr. עמרם, Gr. Αμβράμ, in edit. Romanâ & Londin. Αμβράμ, in edit. Hamburg. (a) Exod. VI. 18. 20. Num. XXVI. 59. (b) A. M. 2369. juxta Calvisium [c] juxta eundem A. M. 2372. Ante Christum natum 1576. [d] vulgò, ex Ebr. Mirjam. (e) Exod. II. 3. [f] ibid. §. 5. [g] ib. §. 4. 7. [h] §. 7 seqq. [i] hanc Josephus Thermutidem, alii, Meri-

Merin vocant. *Philo ait, eam unicam fuisse Pharaonis hæredem, & sine prolibus, licet diu nupta fuisset. Barradius tom. V. Harmon. vel Concord. Evangel. fol. 17. col. 2. etiam* Yhermutem *vocat. De Nilo vide prolixè differentem Eliam Schedium de Diis German. p. 93. 94. 95. 96. 98. Quod auctor* papyretum *vocat, id Vulg. Lat.* carectum *dicit, Pagninus* juncetum. *Fuit autem locus palustris & stagnans ex aquis Nili, septus juncis & caricibus. Errat ergò Josephus, dum narrat, arcam Mosis projectam fuisse in medium flumen, ac deportatam ab aquis; filiam verò Regis missis natatoribus jussisse arcam ex aquis extrahi &c. Adde Cornel. à lap. in Exod. II. fol. 347. 1. D.*

55. AMINADABUS.

AMINADABUS pronepos Peris, (*a*) nobilitate domûs Judæ, & affinitate domûs Levi, celebris. Nam Aaroni, filio Amrami primogenito *filiam suam* Elisebam *in matrimonium collocat*, (*b*) inter eos igitur, qui & *generis claritate*, & promissionis fiduciâ *excellerent atque probarentur*, habitus fuit præcipuus.

ANNOTATIONES.

A*Minadabus* עַמִּינָדָב *unde Luther.* Ammingdab. LXXII. Αμιναδάβ. (*a*) *Vide histor. 49.* (*b*) *Exod. VI. 23.*

56. NAASSON.

NAASSON, Aminadabi filius, Aaronis affinis, dux tribûs suæ à Deo eligitur. (*a*) In deserto Sinaico ab tabernaculi aræque dedicationem, dona loco

loco principe offert. (b) *In suo magistratu vir utilis Ecclesiæ est*, annos duos de quadraginta: utrùm in finibus regionis Moabiticæ, ad quos ex Balachus, vatis Biliami consilio, speciosissimas quasque puellas prostituerat: ipse cum aliis, nec à gentilium sacris & fornicatione abstinuit: (c) nec populum, ut abstineret, auctoritate avertit. Quo circa cum undecim tribuum reliquarum principibus, lata à Deo sententia, *in crucem agitur.* (d) Ejus filius Salomon, [e] Josuæ explorator fuisse perhibetur, [f] qui hospitiam suam Rachabim Hierichuntinam ducit uxorem. [g]

ANNOTATIONES.

NAasson, *Ebr.* נַחְשׁוֹן *Nachschon. Gr.* Ναασσών. *Lat Nahasson. Luther.* Nahesson. [a] *Numer. I. 7. II 3. VII. à §. 12. & 17.* [b] *vide locum jam ex Numer. VII. laudatum* [c] *Confer Numer. XXV: per totum* [d] *ibid. §. 4.* [e] *ex LXXII. qui Ruth IV. 20. scribunt* Σαλμών. *Sed juxta Ebr. est* Salmah. [f] *Josu. II. 1. seqq.* [g] *quod colligitur ex Matth. I. 5.*

57. JETHRO.

JETHRO, dictus alio nomine Reguel, (a) sacerdos Midianitarum, Mosen *exulem hospitio accipit*, ejusque virtute atque eruditione perspecta, Ziporam *ei filiam, uxorem jungit.* Vocato in Ægyptum Mose, filiam ad se recipit, quam ad generum cum potentiâ reverentem, gratulabundus adducit, & pro ejus salute holocausta & hostias Deo offert: [b] præterea saluta-

re consilium eidem impertit, ut sibi *viros sapientes, pios, veritatis amantes, & incorruptos* adjungat, quò facilius *onus administrationis sustineret:* (c) cui Moses obsecutus, (d) novos magistratus civiles creat, & munera publica distribuit, & in classes populum dividit, ut multitudo tantò minore molestiâ gubernaretur, & singulorum commodis magis consuleretur: ipse res ad Deum pertinentes, expediret, (e) & *summa administrationi præesset* quietius.

ANNOTATIONES.

Jethro, Ebr, יִתְרוֹ, LXXII. Ιοθόρ. *Vulg. Lat. & Lutherus* Jethro. (a) *Exod. II. 18.* Qui Auctori dicitur Reguel, Ebr. vocatur רְעוּאֵל Rëuel. LXXII. Ραγουήλ. *Ex Auctoris mente* Moses binominis *fuit, dictus videlicet Jethro & Reguel vel Raguel. Sed alii existimant, Reguelem fuisse patrem Jethronis. Vide Schindler. Lex. pentagl. col. 10. ubi monet, Ebræum* בָּא *Exod. II. 18. notare* avum, *eò, Rëuel pater Jethronis fuerit. Plura in hanc sententiam idem Schindlerus habet. Col. 977, in* חתן. *Consentit suo modo D. Friedlieb. fol. 144. col. 2. Theol. Exeg, V. T. dum inquit: Jethro fuit Sacerdos in Midian.* Adfinis *Mosis, quem profugam ex Ægypto Raguel, Pater Jethronis susceperat, ipsiq; filiam Ziporam elocaverat. Cumque idem revocaretur in Ægyptum, ad tempus* sororem (Ziporam) *sibi reservat, eandemque in occursum Mosi jam Israëlitas educenti adduxit &c. Hæc Friedlieb. Sed Exod. II. 1. Jethro non* affinis, *sed* socer *Mosis dicitur,*

citur. *Interim in eo differt D. Friedlieb. à Schindlero, quòd ille Jethrorem statuat Ziporæ fratrem, hic verò patrem. Plurima de Jethrone coacervavit Cornel. à Lap. in Comm. Numer. fol. 802. 803. ad cap. X. Num.* [b] *Exod. XIIX. 1. 12.* [c] *ibid. §. 18. seqq.* [d] *ibid. §. 24.* [e] *ibid. §. 26.*

58. ZIPORA.

ZIPORA, Jethronis sacerdotis filia, Mosis uxor, propter religionem patriæ falsam, & Deo vero & marito, viro sancto, adversatur. [a] Natum sibi filium circumcidere noluit. (b) Quare cùm & *Dei mandatum non curaret*, & celerem mariti profectionem tardaret: in itinere angelus Dei Mosi occurrit, ipsumque in diversorio cessantem, & *conjugi impotenti indulgentem*, voluit occidere. [c] Zipora calamitate præsente territa, filium patitur circumcidi, sed propter sævitiam legis convicium marito faciens, eum deserit, & in domum patris repedat. [d] Moses, cùm ex Ægypto rediret, triumpho inaudito, uxor ad eum cum filiis duobus reducitur, & auctoritate patris eidem reconciliatur. [e]

ANNOTATIONES.

ZIpora, Ebr. צִפֹּרָה *Zipporah. LXXII.* Σεπφωρα, *Vulg. Lat. Sephora. Luther.* Zipora. [a] *quomodo adversata Zipora fuerit, statim subjicit auctor, dum ait, illum noluisse circumcidere filium, &c.* [b] *Exod. IV. 24. 25. 26. adde Glossam Luheri.* [c] *ibid. §. 23. 24.* (d) *quod inde patet, quia demùm Exod. XIIX. adducta*

iterum ad Mosen fuit. [e] *Vide cit. scil. Exod. XIIX. Plura de Zipporâ vide apud* Ludov. *de Dieu in adnot. V. V. p. 97 167. inprimis Hotting. in Smegm. Orient. p. 314. 413* [Patitur circumcidi] *Immò ipsa circumciait, uti probat Gerh. tom. IV. de Circumcis. §. 12. fol. 197.*

59. OBABUS.

OBABUS. (a) Jethronis filius, [b] nomine alio dictus Cinæus, cum Mose affine per desertum proficiscitur: [c] quem abire à se parantem [d] magnis pollicitationibus retinet. [e] *Relictâ* igitur *domo suâ atq; gente, populum Dei sequitur*, eiq; *hominum locorumque gnarus*, non parùm commodat, in itinere difficili & longo. Ex hujus stirpe fuit Heber, Jahelidis maritus, (f) quæ Sisaram Chananæum clavo ferreo occidit dormientem. [g] Gens Cinæa, Obabi hujus posteritas, à Saule rege conservatur, jussu Dei, cùm populum Amalechitarum deleturus esset: (h) tandem cum decem tribubus in servitutem abigitur ab Assyriis, [i] quod vates Bileamus multos ante annos denunciaverat. [k]

ANNOTATIONES.

[a] VEl Hobabus ab Ebr. חבב *hobbabb. Græc.* οβδε. Luth. & Vulg. Lat. Hobab. (b) D. Friedlibius *l. c. fol. 219, q. 46. ait, illum fuisse fratrem, Ziporæ, & filium non Jethronis, sed Reguelis vel Raguelis, quod adseritur etiam Numer. X. 29.* [c] *ibid.* [d] *ibid. §. 30.* (e) *ibid. §. 32,* (f) *Confer. Judic. I. 16. & IV. 17.* [g] *tempori Siseræ Joël clavum infixit: an verò dormierit Sisera, Scriptura ibi non dicit. Et vix credibile*

est

est, ipsum in tanto discrimine. Interim tectus *à Jaële dicitur. Vide Judic. IV. 21. V. 24, 25. 26. 27. h) 1. Sam. XV. 5. 6. (i) 2. Reg. XVII. 6. 23. (k) Num. XXIV. 22.*

60. MOSES.

MOSES è tribu Levi infans in ripâ Nili repertus, à Pharaonis filiâ, hoc nomen accipit, (*a*) dictus à parentibus Joachimus, (*b*) ut Clemens (*c*) auctor est: sed nomen patrium (*d*) amisit, miraculosum retinuit. In domo regiâ *delicatè nutritur*, & *in omni* Ægyptiorum *sapientiâ præclarè instituitur.* (*e*) Habitus illustris in aulâ cùm populo Dei *malis affici* maluit, quàm bonis perituris cum peccato frui: (*f*) majores ratus divitias probrum Christi, quàm thesauros Ægyptiorum, ut epistola ad Ebræos loquitur. (*g*) Ad populum liberandum evocatus (*h*) ex agro, multa & inusitata in Ægypto edit prodigia. Eo duce Deus stare fecit aquas, sicut montes: (*i*) & populum per mare rubrum comitatus est, & insequentes hostes in profundo tanquam plumbum demersit. In deserto *agitatus seditionibus* domesticorum, agnatorum, tribulium, & petitus (*k*) lapidibus à vulgo, *Dei potentiâ semper defenditur, ab omnibus adversariis invictus.* Pro populi salute expungi vult è libro vitæ, (*l*) & novis miraculis Dei præsentiam probat, (*m*) & cum Deo quasi familiaris colloquitur: humano corpore, in Orebo & Sinâ montibus: cœlesti facie, in monte Thabore *sermones* cum Christo

confert.(o) *Censum populi* in deserto *agit* bis, semel cum Aarone, iterum cum Eleazaro, [p] *Legem* Dei *promulgat*, ritus sacrorum docet, formam judiciorum constituit : annis totis quadraginta fungitur moderamine, quanto nullus unquam mortalium functus est. In locum promissionis non venit, [q] ita uti ad cœlum lex deducit neminem : sed tamen regionis Chananæ situm amœnum, Deo procul monstrante, videt in monte Nebo : in quo *morte sublatus*, à Deo ipso sepelitur. Pro ejus corpore contra Satanam certavit Michaël Angelus. [r] Hic *vir moribus mitissimus*, in suo imperio afflictissimus, *Deo hominibusq; carus*. nec eum sequitur propheta alius, qui viderit Deum magis præsentem, [s] nec *ante ipsum* alterius *scriptæ* nota sunt Ecclesiæ, *in quibus omnis sapientiæ & doctrinæ fontes continentur, omniaq; divinæ voluntatis testimonia*, & ab ultimo principio omnis antiquitatis veritas extat. In officio & munere prophetico demonstrator Christi est : in suo *proprio*, mortis & damnationis minister rectè appellatur. Vixit [t] annos centum viginti. Trigesimo die antè, quàm Josua Chananæam ingrediretur, à Deo subtrahitur & transfertur, in regione Abari, terræ Moabiticæ. [u] Lingvæ fuit impeditæ, (x) quia lex apertè satis non loquitur.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Moſes, Ebr. מֹשֶׁה LXXII. Μωυσῆς. *In N. Teſt. frequenter* Μωσῆς. *Putat quidem Vir magnus quidam in Officin. bibl. §. 635 in N. T. nunquam Moſis nomini inſeri* Τὸ υ *ipſilon vocalem Græcam. Sed contrarium liquet ex Act.* XV. *1 5. 2 Tim. III. 8. Ebr.* IX. *19. Act VI, 14, VII. 37, & 37,* [a] *Exod. II. v. 10. Joſephus exiſtimat, Moſen dictum fuiſſe ab Ægyptio vocabulo* MO, *&* YSES *h e ſervatus. Cum Joſepho faciunt Clemens Alex & Philo lib. 1. de Moſis vita, nec non Procopius & Rabanus. Urgent autem iſti, quod* LXXII. *ſcribant* Μωσῆς. *Sed hanc etymologiam, ut ſpuriam, rejicit & refutat D. Waltherus in offic. bibl §. 635, Vide quoque Hotting. in Smegm. lib. 1. p. 39. & 57. §. 103. & Glaſſ. Gram. S. lib. IV tract. 3, p. m. 792. & Paſorem in Etymol. Nom. propr.* [b] *ſeu Joakim. Verba Clementis vide apud* Liebentantz *in Diſſertat. de facie Moſis cornutâ cap. 1. §. 3 ubi & plura nomina recenſentur. Adde Hotting. Hiſt. Orient. lib. 1. cap. 3. p. 52.* [c] *ſcil. Alexandrinus lib. 1. Strom. Rabbini docent, Moſen dictum fuiſſe* Melchi, *poſtquam adſumtus fuit in cœlum. R. Aben-Ezra & R. Abraham, ab Ægyptiis appellatum eſſe* Monion, *perhibent. Sed nullo argumento idoneo id probant. Nomen illud ſcribitur* מְנִיוֹס. *Junius in adnotat: metuit, ut Aben-Ezra fallatur, quum dicit, Moſis nomen ſcriptum eſſe in libro quodam de* cultu terræ, *ex Ægyptiacâ linguâ in Arabicam translato, & in libris Sapientum Græcorum. Putat autem Junius, Moſen dictum Ægyptiis fuiſſe* Mneves; *idque ex Dio-*

doro lib. 1. & Justino Martyre adfirmat. (d) In circumcisione scil. à patre inditum. (e) Actor. VII. Philosophum igitur excellentissimum Hottingerus vocat in Pentade Dissert pag. 97. Et Heidmannus in Palest. pag. 104. num. 32. artibus pacis ac belli ab ineunte ætate instructum fuisse adserit, quas etiam Ægyptiis in bello contra Æthiopes probaverit. (f) Ebr. XI. 24. 25. 26, vide, quid ad hunc locum notet Lud. de Dieu animadv. in N. T. p. 322. ad epist. Ebr. (g) loc. lit. cit. (h) Exod. III. Evocatus autem fuit per filium Dei, uti probat D. König in Vindic. Sacr. p. 275. 278. seqq. In monte Nebo de quo vid. Gerh. in Deut. p. 248. (i) Exod. XIV. 21. 22. [k] vel potiùs petendus. Vide Num. XIV. 10. inprimis Exod. XVII. 4. [l] Exod. XXXII. 32. [m] cap. XXXIII. 9. seqq. & alibi. (n) cap. XXIV. (o) Matth. XVII. 3. seqq. (p) Num. XXVI. 63. 64. [q] Deut. I. 37. Num. XX. 12 XXVII. 13. 14. Deut. XXIV. 4. [r] Deut. XXXIV. 1. seqq (s) epist. Judæ §. 9. Vi Vide Disp. D. Chemnitii, P. P. & Superint. Jen. de loco isto scriptam. (t) Num. XII. 8. 8. (u) Deut. XXXIV. 7. (x) ibid. (y) Exod. IV. 10. NB. Locus, ubi Moses miracula edidit in Ægypto, quibusdam videtur fuisse Tunis urbs. Ebr. Zoan. Heidm. pag. 104. dicit, in ea urbe pervetusta, & septem annis post Hebronem condita, Josepho teste lib. 1. antiq. 9. Reges Ægyptios, sedem, suam, atque aulam Mosis ævo, & ante eum, Jacobi nimirum in Ægyptum descendentis tempore, habuisse. Eò etiam fratres Josephi frumenti emendi causa missos à Patre fuisse. Nec ante ipsum alterius scripta nota sunt.] Itaque nonnulli, Mosen primum scribendi artificium à Deo accepisse, contendunt, nec quidquam characteribus litterarum

rum ante Mosen scriptum fuisse. Vid. J. H. Ursinus in Analect. pag. 327. & in tract. de Hermet. Zoroastro &c. Tandem, an Mosis rectè pingatur cornutus, *edisserit, & negat D. Dilherrus tom. Disp. Philol. p. 723. Errandi occasionem pictoribus dedit. V. L. Exod.* XXVI. *29. Errorem ex fontibus in versione Lutherus sustulit. Confer &* LXXII. *& Marianæ Scholia ad locum Exodi citatum, inprimis verò D. Quistorp. ad eundem locum &* Liebentantz *loc. cit. item Ludov. de Dieu in Epist. Paul. pag. 299. 322.*

61. POPULUS IN MARI.

JACOBI posteritas *jugo pœnè intolerabili pressa* ab Ægyptiis est, fodiendo bitumine & *bessalibus laterculis ducendis.* (*a*) Rex Pharao prodigiis & Plagis insolitis decies territus, quos dimittere rogatus (*b*) noluerat, vi tandem extrudit. (*c*) *Liberatus ex ergastulis* populus, auro & supellectile [*d*] Ægyptiorum, quæ mutatus fuerat, ditatur, & mercedem à Deo accipit, quàm hostes negaverant. (*e*) Id *indignissimè ferens* Pharao, ut deleret universos, omni nobilitate, omnibus opibus, fugientes insequitur. (*f*) Erat à tergo hostis iratus, à lateribus *alta montium præcipitia*, à fronte *mare impenetrabile.* In tantis angustiis populus quiritatur, & accusat ducem Mosen, [*g*] qui *magno animo ipsos consolatur, & Dei fretus numine atq; clementia*, eventum optabilem pollicitur. [*h*] Noctu inter castra Israëlitica & Ægyptia, filius Dei (*i*) egit excubi-

as: die insequente, siccato profundi alveo, populum cum uxoribus & liberis, & impedimentis, (*k*) incolumen traducit, quod Pharao cernens, *furiosus insequitur*, cum equitatu & curribus: sed rotas detrahit [*l*] filius Dei, & Ægyptiorum equitatum fluctibus undarum clade internecinâ obruit. *Armis ejectorum* in litus corporum, populus Israëliticus *accingitur*, & *spoliis triumphans lætatur.*

ANNOTATIONES.

[*a*] *Bessales laterculi apud Vitruvium sunt lateres, qui octo pollicum longitudinem habent, ait CL. Buchnerus in Thes. Fabri. Vide & Budæum lib. 1. de Asse. Confer. Exod. V. 7. 8. seqq.* (*b*) *Exod. V. 3.* [*c*] *Exod.* XII. *33.* [*d*] *cap.* XI. *2.* XII. *35,* [*e*] *Vide D. Friedlieb. fol. 154. classi. 2 num. 5.* (*f*) *Exod.* XIV. *5. seqq.* [*g*] *ibid.* §. *11.* (*h*) *ibid.* §. *13.* [*i*] *ibid.* §. *19. 20. per Angelum vero illum intelligi Filium Dei, vide apud D. Friedlieb. l. c. fol. 155. classi. 3.* [*k*] *impedimenta h. l. non sunt, quibus impedimur: sed res necessariæ ad profectionem. Comprehendunt autem non solùm sarcinas, sed etiam jumenta. Vide For. Rom. & Fabri Thesaur. edit. Buchnerianæ* [*l*] *Exod. XIV. 24. 25.*

62. MARIA.

MARIA [*a*] Amrami filia, Mosis soror, fratrem infantem exponit, [*b*] & matri alendum jussu reginæ [*c*] reportat: Spiritu prophetico prædita, post submersum Pharaonem, cum aliis mulieribus, quæ salvæ cum suis *undas maris & terro-*

terrorem vicerant, Deo cecinit epinicion. (*d*) Hæc *contra fratrem*, propter uxorem ejus Tharbim Æthiopissam, *insolenter & acerbè loquitur:* (*e*) quâ temeritate offensus Deus, *ipsam scabroso lepræ morbo deformat*, quæ diebus septem exclusa à multitudine, preces fraternas, *pristinæ valetudini & nitori restituitur.* (*f*) In vicinâ urbis Cades mortem obit, (*g*) & in deserto Sine, (*h*) tumulum accipit, anno egressûs ex Ægypto quadragesimo: ætatis suæ centesimo vigesimo sexto.

ANNOTATIONES.

(*a*) E *Br.* מִרְיָם *Mirjam: ita & Luth. scribit* LXXII. Μαριάμ. *Vulg. Lat. Maria* (*b*) *Exod. II. 3. 4. seqq.* [*c*] *is. e. Pharaonis filiæ.* (*d*) *Exod. XV. 20. seqq.* [*e*] *Numer.* XII. *1. seq.* (*f*) *ibid.* [*g*] *Num.* XX. *1. seqq.* [*h*] *Ebraicè* Zin.

63. AARON.

AARON frater Mosis, propter eloquentiam, *os fratris* [*a*] balbutientis dictus, coram Pharaone prima edidit prodigia. [*b*] Mose absente & loquente cum Deo, vitulum conflat & erigit aureum, [*c*] populi clamoribus adactus: eam ob causam extinctus fuisset à Deo, nisi, fratre deprecante *gravem evasisset interitum.* Sacerdotium perpetuum cum suâ progenie obtinet: [*d*] & factione arrogante (*e*) & inimica prodigiosè deletâ, (*f*) & virgâ sive pineâ

sive

sive amygdalinâ [g] sicca, florem nucesq; emittente, Dei testimonio confirmatur: *ornatu* etiam *insigni*, quo pulchrior in nullâ usquam gente fuit, *decoratus est*. (*h*) Fratri suo adversatur aliquoties, [*i*] filiosque [*k*] sibi rursus habuit adversantes. Terram Chananæorum & ipse vidit è monte Hore, sed in itinere moritur, natus annos centum & viginti tres. [*l*] Lugetur toto mense, à multitudine universâ. [*m*]

ANNOTATIONES.

AAron, *Ebr.* אַהֲרֹן *Aaron. LXX.* Ααρὼν. [*a*] *Exod.* IV. *16.* (*b*) *cap.* VII. (*c*) *cap.* XXXII. (*d*) *cap.* XXIIX. *1.* (*e*) *Num.* XVI. *1. seqq.* [*f*] *ibid.* §. *20. seq. 31. 32. 33.* [*g*] *probabilius est, fuisse amygdalinam, quia protulit amygdala. Num.* XVII. *8.* [*b*] *Exod.* XXIIX. [*i*] *Num.* XII. 1. [*k*] *Levit.* X. *1 seqq. scil. Nadabo & Abihu, de quibus vide Hist. seq. 64.* [*l*] *Num.* XX. *23. seq.* [*m*] *ibid.* §. *29. Vid. Carpzovii Jun. disp. Philol. de vest. sacerd. Aaron. Jenæ habitam, & M. Vicii disp. de Urim & Thumm. cap.* I. *De pectorali Aaron in spec. vide Lud. de Dieu in V. Test. pag. 61. seq.*

64. NADABUS ET ABIHUS.

NAdabus & Abihus, filii Aaronis natu majores *patris boni & excellentis prava & ambitiosa soboles*. (*a*) Eorum manus erant repletæ abundantiâ & consecratione ad functionem sacerdotii, [*b*] & *ipsis commissa totius religionis & di-*

& disciplinæ cura. Viderunt claritatem majestatis Dei [*c*]in nube serena & cœrulea sese ostentantis, cùm essent adjuncti senibus septuaginta, [*d*] in montem Sinam ascendentibus ad audiendam vocem Domini. Atqui & pietatis, & muneris sui, & gloriæ Domini obliti, *patris auctoritatem spernunt*, & contra legem Dei, munus indebitum usurpant. [*e*] Sua igitur contumacia & superbia vetitum in deserto ignem adolentes, [*f*] igne repentino cœlitûs immisso, miserabiliter consumuntur. *Intereunt sine liberis*, cadavera extra castra projiciuntur: [*g*] tum patri & fratribus, ob eorum mortem, luctus interdicitur. [*h*]

ANNOTATIONES.

N*Adabus, Ebr.* נָדָב *Nadhabh. LXXII.* Ναδάβ. *Abihus, Ebr.* אֲבִיהוּא *Gr.* Αβιούδ. *Vulg. Lat. Abiu. Luth.* Abihu. (*a*) *Lev. X. 1. seqq.* [*b*] *Exod.* XXIIX. *41. ubi Lutherus ex fonte Ebræo :* Und ihre Hände füllen. *Quid hoc sit, ipse in glossâ marginali exponit. Mariana in Schol. ad h. l. inquit : implere manus est, dare illis hostias, quas offerant &c. Juxta Chald. Earaphr. est :* [*offeres scil. illis Aharonis filiis*] *oblationes eorum* [*h. e. ab illis Deo offerendas.*] *Vide inprimis Schindler. Lex. Pentagl. in* מלא *col. 1001. C. D. Minus adcuratè Vulg. Lat. hunc locum transtulit.* (*c*) *Exod. XXIV. 9. 10. seqq.* (*d*) *ibid.* §. *1.* (*e*) *Levit.* X. (*f*) *ibid.* §. *2.* [*g*] §. *4.* (*h*) §. *6.*

65. ELEAZAR.

ELEAZAR, tertius Aaronis filius, *paternâ obedien-*

dientiâ humilis, & *sui ordinis decus ingens* princeps principum Levitarum creatur, *Dei cultum diligenter cognoscit: cognitum* à patre & patruo *per omnem vitam intrepidè defendit.* Cum Mose & Josua *res magnas & Ecclesiæ saluberrimas gerit*, & cùm utroque *in gubernatione difficillima versatur sine reprehensione & scandalo.* Exercitatus est multipliciter, in deserto, in bellis, in agendo censu populi, in distribuendis reguis hostilibus. Ad honorem sacerdotii vocatur à Deo, consecratur à patruo: vita defungitur in Gabaath, sepelitur à filiis. *Custos doctrinæ cœlestis, & legis avitæ defensor, & doctor populi vigilantissimus.*

66. PINEHAS.

PINEHAS Eleazaris filius, Aaronis nepos, patris avique (*a*) imitator: zelo, *fortitudine, prudentiâ, nemini inferior.* Zambrium (*b*) è tribu Simeonis principem libidinosum, & *ad* gentilem *mulierculam impudenter commeantem*, sua manu in ipso facinore interficit: (*c*) indignatus est, & non peccavit: telum contorsit, & Deo placuit: petulantes occidit, & pœnam à populo universo avertit. Factum ejus alii juvenes pii atque fortes imitati, (*d*) ad hominum quatuordecim millia sternunt, qui *se libidinibus* peregrinis *inquinaverant.* Est præterea insignibus sa-

cer-

cerdotii perpetuis cũ posteritate sua honoratus. (e) Missis dux contra Midianitas, *terram* eorũ *depopulatur*, agros incendit, reges quinque superat. (f) Functus legatione ad tribus socias trans Jordanem, propter extructam in ripâ aram maximam, rectè sentit, fortiter facit gratias Deo præclarè agit: (g) *vir* utiq; *malis timendus, bonis venerabilis.*

ANNOTATIONES.

PIneas *Ebr.* פִּינְחָס *Pinechas Gr.* Φινεές. *Vulg. Lat. Phinees*, (a) h. e. *Aharonis*, (b) *ex* LXII. *qui habent* Σαμβρί. *in Ebr. fonte est* זִמְרִי *Simri, quod Lutherus habet. Num.* XXV. 14. (c) *Num.* XXV. 1. *seqq. inprimis* §. 14. [d] *Num.* XXXI. *inprimis tamen cap.* XXV. 9. *ibi verò mentio fit non* 14000. *sed* 24000. [e] *Num.* XXV. 13. (f) *Num.* XXXI. [g] *Josu.* XXII.

67. BILEAMUS.

BILEAMUS Syrus, Bæoris [a] filius, è Nachoris posteritate, [b] sacerdos pius, & propheta celebris. [c] Tempore egressus populi Dei ex Ægypto, à rege Moabitarum Balacho, ad Israëlitas devovendos, precio conducitur. [d] In itinere angelus veniens obviam, (e) eum impedit: & jumentum [f] hominis vocem edens, dementiam ejus arguit. Locutus coram rege impio malè non est: [g] pro diris enim auspicata, pro detestationibus bona verba profert, divinum sermonem de Messiâ venturo orditur, [h] & vaticinia certa de multorum populorum occasu depromit. [i] Tandem *corruptus mer-*

cede

cede iniquâ, & illectus auro, ut regem barbarum haberet amicum, *tecto & calido ipsum consilio instruit*, [*k*] ut productis mulierculis formosis, earum pulchritudine *& animus & ferrum populi hebetaret*: factus avaritiâ suo jumento similis. Rex [*l*] ei obsecutus, sacrificiorum prophanitate, & *libidinum lasciviæ provocat* Israëlitas, ut Deum horribiliter offenderent. Quòd ipse regi impio adulatus fuerat, inter populum impium, ferro occiditur, [*m*] & à Petro Apostolo exemplum proponitur doctori execrabilis. [*n*]

ANNOTATIONES.

B*Ileamus*, *Ebr.* בלעם *Bilam Gr.* Βαλαάμ. *Vulg. Lat.* Luth. Bileam. *Num.* XXX. 5, [*a*] *Rectius Beoris*, *à* בעור *LXXII*, Βεώρ. *Loco τȣ Scheva, quod in Ebræo occurrit, vix poni potest Diphtongus Æ. 2. Pet. II. 15. pro BXXII.* Βεώρ *legitur* Βοσόρ, *juxta glossam Lutheri ad Num. XXII. 5. & versionem Bezæ, Erasmi &c, unde D. Quistorp. ad 2. Pet. II. adserit, Bileami patrem fuisse* binominem. *Vide etiam D. Friedlieb. Theol. Exeg. N. T. fol. 333. & Scholia Mariana, inprimis Glasi. Gramm. S. p. m. 770. 771,* [*b*] *Repete, quæ supra ad Hist. 18. notavimus.* [*c*] *Præterea, quæ supra loc. cit. monuimus, addi possunt, quæ Crellii Promtuar. Bibl. suppeditat fol. 110. col. 1. ubi hæc reperies: Georgius Nyssenus Trin.* und *Basilius epist. ad Eustathium Medicum* halten dafür/ daß Bileam sey ein Zauberer/ Schwartzkünstler und Warsager des Teuffels gewesen/ verstehen auch durch das Wort GOtt und HErr/ den

er

er umb Rath gefraget / den Teuffel / welcher *homonymicè* also genennet wird. *&c. Vid. D.* König *in Vindic. sacr. p. 370. §. 10. seqq.* (*d*) *Num. XXII. ferè tot.* (*e*) *ibid. §. 22.* (*f*) *§. 28. per jumentum intelligit Auctor* asinam (*g*) *Num. XXIII. 8. seqq.* (*h*) *Num. XXIV. 17. seqq.* (*i*) *ibid. §. 18. 19,* (*k*) *vide supra Hist. 56. Præ cæteris vide Hotting. in Exercitat. Anti-Morin pag. 109.* (*l*) *h. e. Balak.* [*m*] *Num. XXXI. 8. Josu. XIII. 21. 22.* [*n*] *2. Pet. II. 15.*

68. CHORES.

Chores [*a*] pronepos Levi, *invidiâ & ambitione perditus, & gratiæ alienæ captator fraudulentus:* cum Mose & Aarone, patruelibus suis, de primatu superbè contendit, [*b*] & tanquam non ferenda esset fratrum singularis potentia, proceres synagogæ *in perversam adducit sententiam.* Moses *flectere* insanos ab *instituto* conatur (*c*) benevolentiâ & minis, sed cùm neque *monendo*, neque accusando quidquam efficeret, *& ab opibus humanis planè destitutus* esset: suam causam Deo precibus vehementer commendat, (*d*) ut *suum nomen, suamq; dignitatem vindicet*, facilè exorat. Chores *in suâ amentiâ & cæcitate pergens*, & cum factione turbulentâ incensum adolens, inspectante populi multitudine, *fundamentis terræ dehiscentibus*, vivens absumitur. (*e*) Floruerunt è posteris ejus viri lectissimi quorum hymni inter Davidis carmina leguntur, (*f*) magno solatio omnium,

mnium, Deum esse clementem & propitium, si qui parentum malorum vestigia perversa filii non sequantur.

ANNOTATIONES.

(a) VEl, *juxta Ebr.* קֹרַח, *Korachus, Græc.* Κορέ *Vulg Lat. Core Luther.* Korah. [b] *Num. XVI.* [c] *ibid. §. 8. seqq.* [d] *ibid. §. 15. seqq.* [e] §. 31. 32. [f] *Tribuuntur enim Koritis Psalm. 42. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 84. 85. 87, 88. &c. Crellius ad hoc nomen f. 58. Adde etiam Num. XXIV. 11. Sunt tamen non pauci, qui Psalmorum istarum auctoris non filios Core, sed Davidem ipsum agnoscunt, istos autem Psalmos exhibitos tantùm Core filiis à Davide fuisse, ut illos publicè canerent. Ethorum sententiæ favere videtur versio Græca* LXXII. *qui non Genitivum* τῶν υἱῶν, Κορέ, *sed Dativum adhibent* υἱοῖς Κορέ, *&c.*

69. DATHAN ET ABIRON.

DATHAN & Abiron filii Heliabi, nepotes Rubenis, propter patris primogenita superbientes, contra Mosen *conspirant & cum* Chore *se conjungunt:* (a) in quâ conspiratione tribules fuerunt, ducenti & quinquaginta, (b) qui partim è consiliariis fuerunt, partim è magistris synagogæ, *operum* videlicet *arrogantiâ spectabiles.* Cùm essent unanimi consensu incensa oblaturi, Moses à Deo petit, ne ad ipsorum sacrificia respiciat, (c) & populo deinceps præcipit, [d] ut qui salvus esse velit, longe ab eorum tabernaculis discedat, quod contumacibus & sacrilegis *pœna ingens & insolita immineret.* Itaque omni populo

pulo ab ipsis segregato, *perduntur impetu iræ Dei.* Terra enim aperta, ipsos cum uxoribus, liberis, servis supellectile, tentoriis, in profundum absorbet. [e] Hoc modo ex hominibus *exemplo inusitato auferuntur, viventesq; ad infertos horribili pœnâ descendunt.*

ANNOTATIONES.

Dathan. Ebr. דָּתָן *Græc.* Δαθάν. *Abiron. Ebr.* אֲבִירָם *Græc.* Ἀβειρών. *Vulg. Lac. Ahiron. Luth. ex font.* Abiram. *(a. Num. XVI. (b. ib. §. 2. (c. ib. §. 15. (d. ib. §. 25. seqq, (e. ib. §. 31 32. seqq. quomodo hic locus cum Num. XXVI. 11. conciliari possit vide apud D. Friedlieb. fol. 225. adde etiam pro loci illustratione ejusdem quæst. 27. fol. 230.*

70. FILIUS SELOMITHIDIS.

SELOMITHIDIS Ebrææ filius, è tribu Danis patre Ægyptio genitus, in jurgio cum Israëlitâ *voces maledicas in sanctum Dei nomen effutit:* (a) quo facinore ad Mosen delato, illum *in vincula conjicit,* & Dei sententiam explorat. Jussus à Deo blasphemum *de vitâ tollere,* è castris eum producit, damnatumque ore testium, multitudini objicit lapidandum. [b] Nomen impiorum perit, [c] & hujo maledici expressum nomen non est *matres* verò *indulgentes,* filiorum vel infamia, vel turpi obitu, tandem *inluctum conjiciuntur.*

ANNOTATIONES.

[a] *Levit*, XXIV. 10, *ita autem rectè Auctor exponit. Ebr.* וַיִּקֹּב אֶת־הַשֵּׁם, *&c. ut & Luther.* er läſterte den Nahmen. *Nam* נקב *non ſolùm eſt* nomine tenus *expreſſit, ſed &* maledixit, *cum ignominia nominavit.* LXXII. ἐπονομάσας κατηράσατο τὸ ὄνομα. *Perperam itaque Judæi ex h. l. & ſeq. §. 16. probare conantur, nomen Jehova eſſe* ἀνεκφώνητον. *Vide D. Friedlieb. fol. 198. & 204. ubi in quæſt. 26. & Judæorum & Judaizantium ſtrophas.* [b] *Levit*, XXIV. 13. 14. *ſeqq.* [c] *Epiphonema.*

71. POPULUS IN DESERTO.

POPULUS in deſerto peregrinatus, *duci ſuo*, ſæpiſſimè *fit contumax* propter impatientiam: [a] ideò *in multas ærumnas vitio ſuo incidit. Deum* tamen *nunquam non præſentem & miſericordiam ſentit:* qui ut *ſitim ſedaret*, è fontibus amaris dulces facit: (b) ut *famem* (c) *reprimeret*, coturnicibus eum ſatiat: [d] ut *querelæ cauſam tolleret*, pane cœleſti [e] annis quadraginta alit, & aquis è ſaxo percuſſo demanantibus reficit: [f] ut *morbo mederetur triſti*, ſævientibus ſerpentibus, ſolo aſpectu ſimulacri (g) erecti curat. *Veſtes* ambulantium non *detritæ*, calcei rupti non ſunt. [h] Pugnantibus contra ſe Amalekitis vincit Moſis precibus, & manibus levatis in altum. (i) *Audaciâ uſus contra* Chananæos fugatur, (k) *& tranſitu prohibetur* ab Idu-

Idumæis, (*l*) *& dementatur libidine* à Midianitis, [*m*] Viam sibi aperit per regna Seonis [*n*] & Oggi, [*o*] & Midianitas ferro rursus ulciscitur. [*p*] Ex illa multitudine ingenti, qui ex Ægypto exierant, Calebus tantum & Josua Jordanum transeunt: [*q*] reliqui in deserto omnes extinguuntur, & promissis beneficiis eorum perfruuntur filii, qui ut ultra Jordanem pervenerunt, non manna amplius, sed agrorum præda ubere atque locuplete, sustentantur. [*r*]

ANNOTATIONES.

(*a*) Exod. XV. 24. XVI. 2. XVII. 3. *Num.* XIV. 2. 27. [*b*] *Exod.* XV. 23. *seqq.* (*c*) *vel potius carnis desiderium pravum.* (*d*) *Exod.* XVI. 12. 13. *Num.* XI. 18, 31. *Ps.* LXXIIX. 29. (*e*) *Psal. eod.* §. 24, *Exod.* XVI. 14. *seqq.* (*f*) *Exod.* XVII. 6. [*g*] *h. e. serpentis Ænei. Num.* XXI. [*h*] *Deut.* XXIX. 5. [*i*] *Exod.* XVII. 11. [*k*] *Num. XIV.* 40. *seqq.* [*l*] *Num. XX.* 14. *seqq.* [*m*] *Num. XXV.* 1. *seqq.* [*n*] *juxta Ebr. Sichonis. LXXII. habent* Σηων. *Vulg. Lat. Sebon. Vide Num.* XXI 21. *seqq.* [*o*] *ibid.* §. 33. *seqq. Ebr. est* עוג [*p*] *Num.* XXXI. 2. *seqq.* [*q*] *cap.* XVI. 30. *Addendus videtur. Eleasarus Josu.* XIV. XXIV. 33. *Adde quæ notavimus ad Histor.* 75. *litt. c.* [*r*] *Josuæ V.* 12.

72. ACHANUS.

Achanus, judæ, è Zarâ, (*a*) filio, abnepos in direptione Hierichuntis, (*b*) de anathemate pallium purpureum, auro intertextum, (*c*) & argenti prædam placitam tulerat, & terræ in castris infoderat. Josuâ interim adversus Haitas pugnante, *cohortes* ejus *fugatæ fusæq; sunt*: (*d*)

cujus cladis causâ auditâ & Achano per sortem deprehenso, [e] furtumque confitente: [f] ipse cum filiis & filiabus lapidibus cooperitur, [g] suppellex, tabernaculum, armenta, rapina flammis traduntur. Iram Dei placari, & populus fortunari alio modo non potuit. Moses aggesta lapidum, in valle Achore, *in pœnæ monimentum*, longo tempore permansit.

ANNOTATIONES.

ACham, *Ebr.* חָכָן *LXX. II.* Ἄχαρ (*a*) *juxta Ebr.* Serach *Josu. VII. 1. 18. ubi LXXII. habent* Ζαρὰ, *quos Auctor sequitur.* (*b*) *apud LXXII. & in Nov. Test.* ἐγκρύπτω *est indeclinabile.* [c] *Ebr.* אַדֶּרֶת *propr. notat togam magnificam, qualem etiam reges gestare solent, ceu patet ex Jon. III. 6. ubi Luth. vertit* seinen (des Königs) Purpur. *Vide autem pro Auctoris illustratione Jos. VII. 21.* [d] *ib.* §. 4. 4. [e] *ibid.* §. 18. [f] §. 2. [g] §. 24. *seq.*

73. RAHAB.

RAHAB [a] Hierichuntina, cauponariam exercens, [b] duos Josuæ exploratores [c] *hospitio excipit*, eosque inquirente sollicitè abscondit: nève *in manus hostiles incideren*t, per noctem funibus de muro pacificè demittit, & *viæ ignaros consilio instruit*. Urbe ipsâ per miraculum captâ, ita ut cum hospitibus convenerat, funiculum de fenestrâ coccineum suspendit. [d] Rahab igitur, quia per fidem [e] benigna fuerat

rat hospita Ecclesiæ, servatur cum suâ omni propinquitate, & viri præstantis Salomonis potitur conjugio. (f) In Christi genealogiâ è mulieribus extraneis loco secundo ponitur, regis Davidis tritavia.

ANNOTATIONES.

(a) Juxta Ebr. רָחָב & Matth. I. 5. scribendum foret Racchabh [b] sequitur Auctor Chaldæum Paraphrastam, & Josephum lib. V. c. 1. qui adserunt, mulierem illam non meretricem vel scortum publicum, cauponariam fuisse. Consentit Pagninus in versione Jos. II. 1. & in Thesauro suo; multi quoque Ebræi Buxtorf. in Lex. Ebr. ad radicem רחב Schindlerus in Lex. pentagl. 476. B. C. Avenarius in Dictionar. fol. 199. Pasor in Onomastico edit. Herborn. p. 99. Flacius in. Clav. col. 647. Versio Bibl. Tigur. German. in 4. Versio Gallica apud Marianam. Confer etiam Fesselii Adversar. sacr. lib. II, cap. 27. Cum Luthero tamen, qui vertit eine Hure, faciunt LXXII. Vulg. Lat. Dietenberg, Munsterus, Arias Mont. aliique, &, quod caput rei est, ipse Spiritus S. in N. T. Ebr. XI. 31, Jacob. II. 25 (c) Josu LI. 1. seqq. [d] Jos. VI. [e] Ebr. XI. 31. [f] vide, quæ supra notavimus ad Histor. 56. lit. g.

74. GABAONITÆ.

GABAONITÆ, [a] urbium vicinarum, Hierichuntis & Hai, clade & eversione territi, in castra Josuæ veniunt, *vestitu lacero & calceis dissutis*, portantesque utres vini veteres & panes duros, è regione longinquâ se adesse simulant; cum di-

cerent, itineris longitudine consumta vesti-menta, ruptos utres, & panes situ obductos. (b) Quo *dolo pacem impetrant, & vitam lucrifaciunt.* Populo indignante, quod incolumitas illis concessa esset, (c) Josua eos addictos servituti, calones & lixas esse imperat, (d) & in fidem semel susceptos, contra reges vicinos, ne furore illorum delerentur, suâ potentiâ defendit. (e)

ANNOTATIONES.

(a) RECtius *Gibbonitæ ab Ebr.* יִשְׁבִּי גִּבְעוֹן *Auctor* LXXII. *& Vulg. Lat, sequitur, quorum illi vertunt:* κατοικοῦντες γαβαών: *hic verò qui habitabant in Gabaon.* (b) *Josu. ix. 1. seqq.* (c) *ibid. §. 18.* (d) *ibid. v. 21.* [e] *cap. X. à v. 1. ad 14.*

75. CALEBUS.

CALEBUS, filius Jephonæ, Cenizæus, de tribu Juda, (a) *vir egregius & præstans;* cujus vegetæ corporis vires ne senectute quidem sunt deminutæ. [b] Amandatus in Chananæam explorator, *terram* esse *rerum abundantissimam* refert: *vincibilem* (c) quoq; contra socios incredulos, tantâ animositate affirmat, ut à populo seditioso lapidibus peteretur. (d) *Dei omnipotentis veritatem semper defendit,* nec Dei auxilio unquam destituitur: solus in terram promissam, quàm verè laudaverat, venit cum Josuâ. (e) In eadem terrâ præmium, quod ipsi Mosespollicitus fuerat, obtinet, [f] & urbes Gigantum Hebrone

brone habitantium expugnat & possidet, duces Gigantum tres [g] superat & obtruncat: suâ felicitate posteritati demonstrans, quàm sit bonum sequi dominum.

ANNOTATIONES.

[a] Num. XIII. 7. Ebr. dicitur כָּלֵב Gr. χαλέβ. Pagn. Chaleb. Luth. & Vulg. Caleb. [b] Jos. XIV. 11. [c] Num. XIII. 31. XIV. 6, 7. 8. [d] ibid. §. 10. [e] juxta verbum Dei Num. XIV. 30. Vide & Sirac. XLVI. 9. quomodo verbum istud Dei sit intelligendum, D. König in Vindiciis sacris pag. 528. docet, ubi ex professo hanc materiam tractat, ostenditq; Eleasarum & hujus filium, præter Josuam & Calebum, intrasse &c. vide & suprà Hist. 71. lit. q. [f] Jos. XIV. 13. XV. 13. seqq.

[g] ibid. v.

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER TERTIUS.

Ecclesiæ à ducibns gubernatæ.

76. JOSUA DUX.

I.

JOsua, [a] qui & Hosea, [b] Nuni filius, Ephraimites, *Mose summo duce, & maximo prophetà dignus minister ac discipulus*; à cujus latere nullo loco aut tempore discedit.

dit. Explorator missus in terram hostilem, *periculum non horruit*, & magnifica certaque renunciavit: socios suos proditionis se arguentes sprevit, populum *terrore perculsum animavit*, *fremitus iniquorum non sine vitæ periculo compescuit*. (c. Mosis factus successor auctoritate divinâ (d. insignia accipit ab Eleazare: hæreditatis promissæ terram, è sexcentis hominum millibus superstes, uno socio Calebo ingreditur. (e. Temporibus adversis invocat Dominum excelsum ad preces ejus fluvius stetit Jordanes, ad imperium sol & luna cursum tenuerunt. (g. Jordane per miraculum trajecto, populum circumcidit, (h. & necatis uno & triginta (i. regibus urbes eorum sorte dividit. Sacerdotibus per tribus singulas dispertit domicilia, (k. fugitivus tuta constituit asyla. (l. In vitâ suâ, de sempiternis Dei in populum beneficiis perpetuò, & ante mortem *gravissimâ oratione concionatur*: (m. *vir ingenti fide, præsentissimo animo, tolerantiâ singulari spectatissimus*. Obiit anno imperii sui secundo & trigesimo, ætatis decimo & centesimo. (n.

ANNOTATIONES.

[a. VEl *juxta Hbr.* יְהוֹשֻׁעַ *Jehoschüa autem Græc.* Ιησῦς *Lat. Vulg. JOSUE. Pagn. Jehosua. Luth.* JOSUA. (b. *Num.* XIII. 17. 11. *Nehem.* IIX. 17. *dicitur* מטיא יְשׁוּעַ (c. *hæc omnia vide illis in locis, quos ad Historiam præcedentem laudavimus.* (d. *Jos.* I. (e. *repete quæ*

quæ monuimus ad Historiam præcedentem. (*f. Jos. III. 23. seqq.* (*g. cap. X. 11. seqq.* (*h*) *cap. V. 2. seqq.* [*i. hæc summa colligenda est ex toto libro.* [*k.* Josu XXI. *8. seqq.* (*m. Jos.* XXIV. *per tot.* (*n. ibid. v. 29.*

77. OTHONIEL, DUX II.

OTHONIEL Cenezi, fratris Calebi, filius, de tribu Juda, *adolescens animi excelsi*, qui Josuæ successit in imperio. Post expugnatas urbes Gigantum, cùm sola Debria restaret, Calebus ei præmium proposuit, qui eam urbem expugnasset. Othoniel cùm *nihil in expugnabile viro forti* existimaret, sua virtute Debriam subigit, & belli mercedem Achsam, Calebi filiam, accipit uxorem. Cui cùm dotem adjecisset socer vicos montanos, & *agros, propter aquæ inopiam, hispidos:* Achsa patrem marito svadente orat, ut *loca* etiam *campestria & irrigua* daret: id ipsa commodè potens, patre lubente & facili, exorat. In suo imperio Chusanem regem Mesopotamiæ compescuit, & jugum externæ dominationis à populi cervicibus fortiter avertit. Anno suæ gubernationis octavo moritur.

78. EHUDUS DUX III.

EHUDUS (*a.* Benjamites, [*b.* Geræ filius, Jemînis nepos, *regi* Moabitarum Egloni *munera nomine publico obtulit*, ejusque *legationis princeps*

ceps fuit. (*c.* Impetu divino incitatus ad patriam liberandam, *magnum animo facinus concipit*, & ex itinere reversus in regiam tanquam rem arcanam nunciaturus, ad Eglonem *arbitris remotis*, admittitur: (*d.* quod cùm sine suspicione esset factum, *manus sinistrâ*, *quam solam expetitam habebat*, regem in conclavi transverberat, [*e.* & sicam cum capulo adactam, quam retrahere non poterat, in hominis obesi abdomine relinquit. Elapsus inde loco abdito & opportuno, Efraimitas conclamat: [*f.* quibo factum suum & terrorem hostium exponit, & certam victoriam fide non dubia pollicetur. Itaque vada Jordanis occupat, [*g.* iterque hostibus insequentibus intercludens, decem hominum selectorum occidit. Vita defungitur [*b*] anno imperii sui octogesimo.

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. אהוד Gr. Ἀώδ. *Vulg.* Lat. *Aod. Lutherus & Pagn. Ehud. Vide Judic. III. 15.* (*b. vel Benjaminites.* (*c. Judic. III. 16. seqq. A. M. 2591.* (*d*) *ibid. v. 19. 20.* (*e. ibid. v. 21.* (*f. v. 27.* (*g. v. 28.* (*h. ib. v. 30.*

79. SAMGARUS DUX. IV.

SAMGARUS, Anathi filius, [*a.* populo Dei, à Philistinis oppresso, fortè *in agro armenta duxit*, [*b.* & cum cohortes Philistinorum prædæ causa *excursiones fecissent*, *& agros spoliarent*: Deus magnos ei spiritus immittit, ita ut solus ipse

ipse pedo pastorali, armis videlicet pro tempore oblatis, latrones sexcentos posterneret, præda potiretur, genti suæ modo miraculoso quietem pareret. Tempora hujus ducis in suo cantico Debora accusat tanquam turbulenta, [c. celebrat, quibus Deus rursus cœperit per viles homines agere res memorandas.

ANNOTATIONES.

SAmgarus Ebr. שַׁמְגַּר *Schamgar. Gr.* Σαμεγάρ. *Vulg. Lat. Pagninus & Luth. Samgar.* [a. *Jud. III. 31.* [b. *D. Friedliebius Theol. Exeget. V. T. f. 300. de hoc viro ita: Samgar, ut erat ad opera ruris succinctus*, aratri parte *ac* sude in usum teli *conversâ, velut alter Hercules, latrocinantibus occurrit &c. Judic. V. 6.*

80. DELBORA, PROPHETRIA ET DUX V.

DElbora [a. è tribu Nepthalim [b. prophetria, tribulem suum Baracum belli ducem advocat, [c. cum Jabinus rex Chananæus, qui Hazorem [d. antiquam regum sedem, in tribu illa adhuc tenebat, urbes reliquas eripere Ebræis vellet, duce Sisara, *viro impigro & magnanimo.* Is cùm nongentos currus armasset, & castra locasset ingentia prope torrentem Cisonem, [e. contra ipsum de cœlo dimicatum est, [f. & sidera ipsa radios suos desuper in eum jecerunt, donec exercitus visu privatus & dissipatus deleretur. Sisara pedes fugiens, (*g. sudore sitique enectus,* ad Heberem hospitem antiquum divertit: cujus

uxor.

uxor. Jahelis nomine *pluris faciens Deum, quàm regem*, & salutem populi præferens necessitudini hospitii: dormienti Siſaræ, virò fœmina, clavum perfrontem & cerebrum malleo transadigit, & caput impium deminuit, terræque affigit.[*b*. Delbora belli auctor, Jahelisque victoria, populo libertatem, & Ecclesiæ lætitiam comparant. Diuturna Chananæorum potentia consilio manuque muliebri frangitur. Auctoritas Delboræ summa fuit, ejusque dominatus annos quadraginta, duravit gloriosè. [*i*. Vaticinata est in agro sub palma arbore, & in monte Efraimo habitavit.

ANNOTATIONES.

[*a*. Quare *Auctor hoc loco, & alibi scribat* Delbora, *non ad sequor divinando. Ebræum nomen est* דְּבוֹרָה Debora. *Vulgatus Lat. habet* Debora. *LXXII.* Δεββῶρα, *edit. Rom. ac Lond.* Δεββορα, *edit. Hamb.* [*b*. *Vide supra Hist.* 41. [*c*. *Judic. IV.* 4. 6. [*d*. *ib. v.* 7. [*e*. *ib. v.* 7. [*f*. *cap. V.* 20. [*g*. *Judic. IV.* 17. (*h*. *ib. v.* 21. *cap. V.* 24. *& seq.* [*i*. *cap. V. v.* 31. *&c.*

81. GIDEON. DUX VI.

GIDEON, Joæ [*a*. filius Manassæus, *homo rusticanus*, dum *frumentum in horreo excutit*, populi dux ob Angelo designatur, & miraculo confirmatur cœlitus.[*b*. Initio imperii aram & lucum Baalis in domo patris evertit, unde Jerobaal cognominatur: [*c*. tùm contra Midianitas, per tribus vicinas, *classicum canit*. (*d*. Habito copiarum

rum delectu, [e. viros tantum trecentos [f. eligit, ut hominum paucitate vincens, gloria Dei fieret manifestior. Castra hostium uno comitatus socio, ipse explorat, [g. & prælium novo quodam genere militiæ inchoat, & clangore tubarum, strepitu fictilium lampadum fulgore, clamore militum hostes ita terret, ut mutuis se conficerent vulneribus, eorumque centum & triginta quinque millia oppeterent. [h. Duces Midianitarum Orebum & Sebum [i. comprehensos Ephraimitæ interficiunt: Zebam & Salmanam captos trucidat Gideon. [k, Post eam victoriam Sochotenses & Phanuelitas, qui *ipsum procaciter irriserant*, spinis tribulisque conterit. (*l. Regium nomen atque sceptrum, ad se delatum, sponte detrectat*, antiquam civibus libertatem relinquit. [m. E præda hostili conflat idolum, idque in patria sua dedicat: [n. quæ *profanatio divini cultus*, ipsi liberisque ejus *cessit in perniciem & ruinam.* Populo *præest singulari virtute & moderatione* annos quadraginta, ex agresti princeps, ex homine humili victor gentis maximæ effectus. Præconio Isaiæ prophetæ celebris. [o.

ANNOTATIONES.

GIdeon *Ebr.* גִּדְעוֹן *Gidhton, Gr.* Γεδεών. *V. L. Gedeon Pagnin. Gidon. Luth.* Gideon [a. *vel Joasi. Vide Judic. VI, 11. ab Ebr.* יוֹאָשׁ *Joasch. Gr.* Ιωάς [b. *Judic. VI. § 36. seqq.* [c. *ibid. §. 25. seqq.* [d. *Judic. VII.* [e. *ibid.*

(e. *ibid.* §. 4. *seqq.* (f. *ibid.* §. 6. (g. *ibid.* §. 9. (h. *ibid.* §. 15. *seqq.* (i. §. 25. (k. *Judic. IIX. 12. 21.* (l. *ibid.* §. 16. (m. *ibid. a. 24. 27.* (o. *Respicit Auctor Jesa. IX.* §. 4.

82. ABIMELECHUS TYRANNUS, DUX VII.

ABIMELECHUS, Gideonis è concubina Sichemensi filius, *homo audacissimus*, regnum à suis civibus versutia eblanditur, [a. utq; sine timore id retineret, Sichemitarum *argento è reditibus sacris collecto* militem nequam & impium conscribit, [b. & urbem Ephram, [c. in qua fratres ejus septuaginta habitabant, armatus ingrediens, eos omnes in uno lapide obtruncat, [d. præter unum Jorthanem, quem homines fidi obsconderant. [e. Paulò post Sichemitæ, [f. stulti & levissimi homines, duce quodam Gahale, [g. deficiunt à rege. Abimelechus ira percitus *urbem fraude invadit*, [h. seditiosos opprimit, puberes omnes occidit, urbem amplam unum rogum facit & in patriæ ruderibus salem seminat. Cives mille, qui in speculam quandã confugerant, fumo sarmentorum soffocat. [i. Post ea facinora oppidulum Theben [k. obsidet, ad cujus mœnia accedens, à muliere quadam fragmentum molaris desuper jaciente, letaliter feritur, nève fœminæ dextra interiisse dici posset, servo armigero jugulum porrigit. [l. *Tyrannidem exercuit* annos tres, *dedecus gentis & generis, homicida civi-*

tivium, parricida fratrum, everſor libertatis, patriæ incendiarius.

ANNOTATIONES.

A *Bimelechus, Ebr.* אֲבִימֶלֶךְ *Gr.* Ἀβιμέλεχ. *Vulg. Lat. Abimelec. Pagnin. & Luth. Abimelech.* [*a. Judic. IX. 1. ſeqq. Vide Calviſium ad A.M. 2718.* (*b. Judic. IX. v. 4.* (*c. Ebr. OPHRAH,* (*d. Judic. IX 5. 18.* (*e. ibid. videl. v. 18.* (*f. ibid. v. 23.* (*g. v. 26.* (*h. ibid. v. 45.* (*i. ib. v. 49,* (*k. ibid. v. 50. Ebr. eſt* תֵּבֵץ *Tebhez.* (*l. ibid. v. 53. 54. &c.*

83. THOLAS DUX VIII.

THOLAS, (*a.* filius Phuæ, patruelis Abimelechi, de tribu Iſaſchare, viro ambitioſo & crudeli (*b.* ipſe moderatus ſuccedit, *neque è ſuâ libidine, ſed ſecundum leges patrias populum regit.* (*c.* Ejus temporibus nihil memorabile neque domi neque foris geſtum eſt, ſed *pax undique placidiſſima & jucunda ſtornit.* In magiſtratu fuit annos tres & viginti. (*d.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* תּוֹלָע *Thola, Gr.* Θωλὰ. *Vulg. Lat. Pagninus & Luth. THOLA.* (*b. ſcilicet Abimelecho.* (*c. Judic. X. §. 1. & ſeqq.* (*d. ibid. v. 2.*

84. JAIR. DUX. IX.

JAIR (*a.* Manaſſæus ex urbe Gilead, filiorum triginta pater, (*b.* quos civitatum totidem principes conſtituit, quæ Jairis præfecturæ (*c.* longo tempore dictæ ſunt. Sub eo homines bona pacis abuſi à verâ religione deficiunt, &

majorum peccata novis cumulant sceleribus (*d.* adèo ut ipsis petentibus Deus negaret auxilium, [*e.* & à diis gentilium, quos colerent opem petere iratus juberet. (*f.* Tempora igitur imperii ejus facta difficiliora sunt, multæ urbes à Philistinis & Ammonitis miserê afflictæ. Inter has ipsas calamitates Jair moritur, qui *cum potestate fuit annos duos & viginti.* (*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. יָאִיר Gr Ιαΐρ. *Judic. X. 3.* (*b. ibid. §. 4.* (*c.* unde Auctor præfecturas *istas depromserit*, me latet. *Ebræum est* חַוֹּת, *quod V. L. & Pagninus ut* Proprium *nomen retinuerunt. Aliàs, ut Appellativum, notat VILLAS, ut patet ex Num.* XXXII. *41. Deut. III. 14. Lex. Buxt. ad radic.* חוה *p. 221. Schindler. col. 565. ad radic.* חוה. *Avenar. fol. 228. ad radic.* חוות *Lutherus vertit* Dörfer. LXXII. ἐπαύλεις *h. e. casæ, villæ, pagi &c.* (*d. Judic.* X. §. *6. seqq.* (*e.* §. *13.* (*f.* §. *14.* (*g. ibid. §. 3.*

85. JEPHTHA, DUX X.

JEPHTHA, [*a.* Jairis civis & tribulis, è *matre natus infami*, (*b.* domo paternâ propter matris turpitudinem à fratribus ejicitur: (*c.* desertus & spretus à suis *consuetudine latrociniorum* (*d.* & robur militare, & *nomen illustre comparat.* Ammonitis *contra* Gileaditas *arma sumentibus*, civium suorum consensu, *belli dux creatur*: (*e.* quo honore suscepto ad regem Ammoniticum

de

de non infestandis finibus legatos mittit: (*f.* ab eo cùm nihil æqui impetraret, cives armat, pugnam init, fide vincit. (*g.* civitates viginti subigit. (*h.* Voto temerario [*i.* filiam unicam devovet & mactat, luctum ingentem omni populo excitat, seque prole optatissimâ orbat. [*k.* Idem Efraimitas *nobilitate sua semper insolentes, & importunè molestos* coërcet: [*l.* qui cùm ei bellum non necessarium indicerent, duo & quadraginta ex iis prostravit hominum millia. (*m. Rerum patitur* annos tantummodò sex. (*n. consilio & fortitudine non minùs hostibus, quàm sociis metuendus.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Ebr. יִפְתָּח *Jiphthach. Græc.* Ιεφθαε. *Vulg. Lat. Jephte.* [*b. Judic. XI. 1.* [*c. §. 2.* [*d. §. 3.* [*e. §. 6. 9. 10. 11.* [*f. §. 12. seqq.* [*g. Ebræor. XI 32. 33.* [*h. Judic. XI. 33.* [*i. § 30. seqq.* [*k, § 34. us q. ad fin.* [*l. Judic. XII.* [*m. ibid. §. b.* (*n. ib. §. 7. De hoc Jephthâ filiam mactante vide D. Dilheri. tom. 1. Disp. Philol. pag. 145. 146. Ludovic. de Dieu etiam negat mactatam fuisse hanc virginem, & adserit, eam perpetuæ virginitati devotam. Vide ejus Animadvers. in V. T. p. 127. 128.*

86. ABESAN, ELON, ABDON.

DUCES XI. XII. XIII.

ABESAN [*a.* floruit in populo annos septem, Bethlehemites: Elon, (*b.* annos decem, Zebulonites: Abdon (*c.* annos octo, Efraamites. *Primus* inter hos triginta filios & totidem generos in sua domo aluit: [*d. postremus* filios quadraginta, nepos triginta numeravit. (*e.* Fuer. hi *principes & honore*

publico & observantiâ suorum imprimis nobiles & fortunati: &, quæ non parva felicitatis pars est, cum tot liberis ac nepotibus vixerunt in pace publicâ ætatem quietam & venerabilem.

ANNOTATIONES.

(*a.* *Ebr.* אִבְצָן Ibhzan. LXXII. *edit. Hamburg.* Εβεσσών. *edit. Rom. & Lond.* Αβεσσαι. *Vulg. Lat. Abesan. quem auctor sequitur. Vide Judic.* XII. *8.* (*b.* אילון *Gr.* Αιλὼμ *Vulg. Lat. Ahialon. Luth. & Pagninus, Elon. Judic. XII. §. 11.* [*c. Ebr.* עַבְדּוֹן *Gr.* Αβδὼμ. *Vulg. Lat. & Luth. Abdon. Judic. XII §. 13.* [*d. ibid.* §. 9. [*e. §. 11.*

87. SIMSON DUX. XIV.

SIMSON, [*a.* Manoæ filius, (*b.* à tribu, alio nomine Bedan, [*c.* prædicitur ab angelo (*d.* futurus vindex populi, & Deo sacratur adhuc in utero (*e.* materno. *Robore giganteo* fuit, sed qui telis armisvè vinci, & *vinculis constringi* nullus potuit, victus voluptate est. Uxorem ducit Philistinam, (*f.* illusus à sponsâ triginta Ascalonitas interimit: (*g.* repudiatus à socero (*h.* segetes Thamnatensium, caudis vulpium colligatis, inflammat: (*i.* mœnibus Gazensium inclusus portas urbis cum vectibus asportat. (*k.* Catulum leonis, inermi sibi occurentem, manibus discerpit, (*l.* asini maxillâ mille viros interimit, (*m.* ex osse belluæ aquam precibus elicit. (*n.* Amore Dalilæ (*o.* insanus, ejus blanditiis effœminatur, insidiis frangitur, avaritiâ proditur. Captus privatur oculis: (*p.* vin-

vinctus in pistrinum traditur: (*q.* damnatus capitis à Gazensibus adservatur. In convivium, in quo cum uxoribus & liberis satrapæ accubuerant, spectaculi causâ productus, fide Deum invocat, prehensisque columnis, quibus porticus innitebatur, eas evertit, moriensque plures secum occidit, quàm vivens antea occiderat. Perierunt enim illâ ruinâ nobilissimorum sexûs utriusque hominum tria millia. (*r.* *Fuit cum auctoritate annos viginti.* (*s.* Unus se Philistinis omnibus oppositit: neque machinis aut exercitu, sed manu suâ solus pugnavit, & *victorias miraculosas retulit, omnibus formidabilis, suo populo salutaris.* In ejus vitâ Christi imago adumbratur, qui etiam moriendo hostes subegit & oppressit.

ANNOTATIONES.

[*a.* Br. שִׁמְשׁוֹן Gr. Σαμψών. *Vulgat. Latinus Samson.* [*b.* *Judic. XIII. 2. seqq.* [*c.* *Sic Auctor censet cum quibusdam aliis ex 1. Sam. XII. 11. D. Friedlieb. Theol. Exeg. V. T. f.* 340. *q.* 15. *hæc habet: Vulgò per* Bedan 1. *Sam. XII. intelligitur Simson. Osiand. in gloss. marg. ad h. l. Bedanq. d.* in Dan, *i. e. Simsone de tribu Dan. &c. Sic etiam Menochius, Saa, & alii. Verùm Junius de Jairo, septimo judice, exponit, quasi ille fuerit binominis. Huic posteriori sententiæ favet collatio Judic. X. 3. & 1. Chron. VIII. 17. tum etiam judicum ordo. Alioquin enim Simson ultimus proponeretur Jepthæ, qui fuit nonus. Hæc D. Friedlieb.* [*d.* *Judic. XIII.* 3. 5. [*e.* *ib.* §. 4. 5. [*f.*

cap. XIV. 1. seqq. [*g. ib v. 19.* [*h. ib. v. 20. & cap. XV. 2.* [*i. XV. 4, 5.* [*k. XVI. 3.* [*l. XIV. 5, 6.* [*m. XV. 15. seqq.* [*n ibid. v. 18. 18.* [*o. juxta Ebr. Delilah. Vide Judic. XVI. 4.* [*p. ibid. v. 21.* [*q. ib.* [*r. ib. v. 23. 30.* [*s. Judic. XV. 20.*

88. HELI SACERDOS.

HELI (*a.* sacerdos, de stirpe Ithamaris, quarti Aaronis filii, in Silone habitavit, & officio sacerdotis atque ducis functus est. Confectus senio (*b.* Ecclesiam committit filiis, *turpibus & nefariis adolescentibus:* (*c.* de quorum flagitiis cùm multa audiret quotidiè, (*d. oratione castigatos emendare non potuit:* (*e.* vinculis legis coërcere, aut ab officio removere, non sustinuit. Monitus à prophetâ, (*f.* objurgatus â ministro Samuele, (*g.* magis filios, quâm Dominum, honoravit. Factum igitur est, ut pœnas inopinatas lenitatis & indulgentiæ lueret. Primùm enim *populum incessit sterilitas & inedia:* deinde *bellum asperum* est à Philistinis motum, in quo unâ hora filiis ambobus orbatur in prælio, [*h.* & ipse de sella cadens fractis cervicibus expirat, [*i.* anno ætatis suæ octavo & nonagesimo, imperii quadragesimo. [*k.* Pœna impietatis & inobedientiæ diu in ejus familia duravit: nam Achiobus nepos (*l. partu immaturo editur:* (*m.* pronepos Achimelechus [*n.* trucidatur (*o.* temporibus Saulis abnepos Abjathar, *á dignitate removetur,* temporibus Salomonis: (*p.* reliqui posteri *ad ætatem grandem non perveniunt.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a. E Br. עלי Græc. ἡλί. Cum v. ignoremus valorem ע, consultiùs facit Lutherus scribens Eli sine H. Et hunc Calvisius in officio judiciali ponit ante Simsonem. Rationem ejus apud ipsum ad A. M. 2810. Vide 1. Sam. I. 9. seqq. [b. 1. Sam. II. 22. [c. ibid. v. 12. seqq. [d. ib. v. 22. [e. v. 23. seqq. [f. v. 27. seqq. [g. 1. Sam. III. 18. [h. 1. Sam. IV. II. [i. ib. v. 13, 18. [k. ibid. v. 18. (l. scil. Eli, & filius Phineæ ut vocatur. I. Sam. XIV. 3. (m. I. IV. 19. 20. [n. filius Achitobi, I. Sam. XXII. 9. [o. ibid. scil. 1. Sam. XXII. 16, 18. [p. 1. Reg. II. 27.

89. SAMUEL, PROPHETA.

SAMUEL precibus à Deo impetratus, & Deo à puericia dicatus, (a. ab Heli sacerdote instituitur, (b. & custodis ostiarii vice fungitur, & à Deo anno ætatis duodecimo nominatim dormiens vocatur. (c. De latere sui doctoris non abiit, vitam severè instituit, aquam potavit, & cibo omni delicato abstinuit, & de more comam nutrivit. (d. Propheta primarius & fidelis, & Deo ita charus, ut ab eo frustrà nihil unquam petiverit. (e. Ipso orante, Philistini & Tyrii fulmine sternuntur: (f. ipso instigante, Amalechitæ expugnantur, (g. Regnum primus constituit coactus, (h. & reges (i. in gente sua unxit: *Iudos discentium aperuit, & Ecclesias annis singulis perlustravit.* (k. Mandata Dei constanter exequens, Heli & Saulo iram Dei denunciat liberrimè:

(*l.* populum, *regiminis ſtatum mutantem*, objurgat acerrimè. (*m.* regem Amalechiticum cui Saulus pepercerat, interficit fortiſſimè. (*n. A populo exauctoratus* [*o.* non tumultuatur: à Saulo contemtq non iraſcitur: à primatibus propter filios malos reprehenſus [*p.* ſuorum delicta non tuetur. Cæde ſacerdotum, (*q.* & Davidis exilio magnoperè doluit, & vivere privatus maluit, quàm aſſentiri regi hypocritæ. *A nullo unquam homine ullius cupiditatis aut injuriæ convictus eſt:* (*r.* in gravi perſecutione Eccleſiæ *placidè obit, omnium piorum deſiderio:* [*s.* anno imperii ſui quadrageſimo, ætatis ſeptuageſimo. Ab hoc Petrus Apoſtolus prophetarum ducit initium. [*t.*

ANNOTATIONES.

SAmuel *Ebr.* שְׁמוּאֵל *Gr.* Σαμουήλ. [*a.* 1 *Sam. I. II. & 28.* [*b. v. 25. ſeqq.* [*c. cap. III. 4. ſeqq.* [*d cap. I. 11.* [*e. adludit Auctor fortaſſe ad Jerem. XV. 1.* [*f.* 1. *Sam. VII. 7. 10. Pſal. XCI. 6. Sirac. XLVI. 19. 20. 21.* [*g.* 1. *Sam. XV. 1. ſeqq.* [*h.* 1. *Sam. IIX. 5. 6. 22. X. 1.* [*i. i. e. Saulum*, 1. *Sam. X. 1. & Davidem* 1. *Sam. XVI. 12. 13.* [*k.* 1. *Sam. VII. 16.* (*l.* 1. *Sam. III. 18.* XV. *16. ſeqq.* (*m. cap.* IIX. (*n. c.* XV. *33.* (*o. cap.* IIX. 7. (*p. ibid. v. 6.* (*q. quæ deſcribitur I. Sam.* XXII. *19.* (*r.* 1. *Sam.* XII. *3. 4. 5.* (*s. cap.* XXV. *1.* (*t. Actor. III. 24.* NB. *Auctor. Tarich. regum Perſiæ ineptè Samuelem filium facit cujusdam* Uairi *Prophetæ. Lud. de Dieu in V. T.*

90. JOTHANES.

JOTHANES, (*a.* Gideonis minimus natu filius, Abimelechi fratris ſpurii tyrannidem effugit, homi-

hominem fidorum operâ, (*b. adolescens virtute & prudentiâ ornatus, sed infelix & miser.* Ad Sichemitas perfidos de montis cacumine, quod urbi ipsorum imminebat, concionatur, eisque stultitiam & sævitiam exprobrat & de futuro urbis excidio verbis minacibus vaticinatur, quod ei mox accidit. (*c.* In hominum impiissimorum manus ne incideret, sibi locum exilii eligit, (*d.* & ibidem animi dolore vitam obscurus claudit.

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* יותם *Jotham, quomodo Luth. habet Judic.* IX. *5. Gr.* Ιωαθαμ. *Lat. Vulg. Joatham,* (*b. ibid.* (*c. ibid. v. 7. seqq.* (*d. ibid.* §. *21.*

91. NOEMIS.

NOEMIS [*a.* cum marito Elimelecho, & duobus filiis, *ad alendam familiam*, penuriæ tempore, è Judæâ in Moabitarum regionem se contulerat. [*b.* Marito ibidem defuncto, (*c.* filius puellas exteras despondet: (*d.* filiis quoque defunctis ipsa de reditu in patriam deliberat. [*e.* nuribus verò suis, ut ad parentes redeant, conatur persvadere. [*f.* Arpa, nurus altera, in patriâ remanet: (*g.* Ruth autem socrum noluit deserere, sed eam in Bethlehemam sequitur, *eique orbitatem & senectutem suâ pietate & observantiâ efficit leniorem* (*h.*

ANNOTATIONES.

(*a.* I *Uxta Vulg. Lat.* LXXII. *habent* Νοομι, *Ebr.* נָעֳמִי (*b. Ruth. I. 1,* (*c. ibid. v. 3.* (*d. ibid.* (*e. v. 6.* [*f. v. 8. seq.* (*g. v. 14.* (*h. per totum libellum.*

92. RUTH.

RUTH Moabitis, vidua pauperculaſocrum Noëmim *loco matris honorat, & rectè à primo lacte inſtituta,* Deum, ſacra, populum, egeſtatem, tumulum, habere optat cum Noëmi communem, (a. Ideò è patriâ in Judeam migrans, *à gente externâ ſummam gratiam iniit,* cùm propter ſuam in verum Deum fiduciam, tûm, propter conſtantem in egenam ſocrum pietatem. *Viro* autem nobili & locupleti Boozo *juncta connubio,* (b. *fructus ſuæ pietatis magnos & inſperatos percipit.* Facta enim regis Davidis avia eſt, & tertia è mulieribus peregrinis in Chriſti genealogiâ ponitur (c.

ANNOTATIONES.

RUth, *Ebr.* רוּת *LXXII.* Ρὺθ. (a. *Ruth. I. 16. 17.* (b. *Ruth. IV. 10.* [c. *Matth. I. 5. NB. Quis Ruth librum ſcripſerit, ediſſerit Hotting. in Theſ. philol. pag. 491. Chaldæus Paraphraſtes putat Ruth. fuiſſe filiam Eglonis, regis Moabitici, cujus mentio fit Jud. III. 12. Sed nullâ Scripturæ auctoritate id probatur, neq; veriſimile eſt, filio peregrini hominis nubere, & relictâ patriâ & avita regione, panis qværendi cauſa in aliam terram concedere voluiſſe. Qvo verò tempore Ruth vixerit, de eo variant interpretes, Vid. in Exeg. fol. 53. §. 127 & Spanhem. Dub. Evang. p. 1. 13. ſeq. Sandæus, Jeſuita, in themate ſeculari de deferenda Synag. Proteſtantium. d. 17. proteſtantibus per impudentiſſimam calumniam, craſſiſſimamq; mendacium tribuit, quod librum Ruth ſacro Canone ejecerint.*

93. BO-

93. BOOZUS.

Boozus, (*a.* Salmonis filius, *homo potens & magnâ in re*, (*b.* virginem (*c.* advenam, Noëmidis nurum, [*d.* spicas in agro suo colligentem, (*e. benignè habet*, eamque agnitam agnatam lege patriâ ducit uxorem: [*f.* primùm quod *sub alas* (*g. Dei Israëlis, fiduciâ ipsius misericordiæ, confugerat:* deinde quòd *dulci patriâ relictâ*, socrum inopem fuerat secuta. (*h.* Factum Boozi applausu & gratulatione meritâ, (*i.* cives & gentiles ipsius extulerunt, quod non neglexisset pauperrimam, quodque eandem fidem, quam amico præstiterat viventi, nunc exhibuisset defuncto. Filius Boozi Obedus, Obedi Isaius, qui Davidis est pater. (*k.*

ANNOTATIONES.

[*a.* EBR. בֹּעַז *Luther. Boas. LXXII.* Βοόζ. *Vulg. Lat.* [*b. Ruth. II. 1.* [*c. Virgo h. l. non notat fœminam intactam & illibatam, sed* mulierem in viridi ætate ac vigore florentem, *etiamsi virum cognoverit.* *Sic Virg. Ecl. VI. v. 53. de Pasiphaë:*

Ah virgo *infelix tu nunc in montibus erras.* *Vide Taubm. ad h. l. p. 64. col. 2. & Lacerd. f. 120. col. 2. ubi pluves auctoritates inveniens.* [*d. scil. Ruth.* [*e. Ruth. II. 2. 20. III. 10.* [*f. c. IV. 10.* [*g. c.* III. *12.* [*h.* III. *11.* [*i.* IV. *11. 12.* [*k. IV. 21. 22. R. D. Kimchi in cap. I. Ruth. & alii ex Rabbinis, statuunt, Boozum fuisse judicem illum qui Jud.* XII. *8. dicitur Ebhzan, de quo suprà Hist. 86. Vide Gerh. in Exeg. de Scr. Sac. §. 127.*

94. HEL-

94. HELCANAS.

HELCANAS (*a.* in tribu Levi natus, in tribu Manassis domum habuit, *observator legis Dei diligens, ministerium juvit pro suis opibus.* Ut more majorum jussa Deo faceret sacrificia, statis anni diebus Silonem ibat, (*b.* neque solum ipse perfungebatur eo munere atque itinere, verùm etiam ne vacui ante Deum apparerent uxoribus & liberis dona distribuebat. (*c.* Bonus pater fuit, quia *filiis exemplum pietatis extitit*: commodus maritus, quia uxoris alterius morositatem, alterius sterilitatem, patienter tulit, donec *probrum sterilitatis ab* alterâ *Deus* etiam *abstulisset*, ut pater *Samuelis, prophetæ excellentissimi* fieret.

ANNOTATIONES.

(*a.* *Vulg. Latin. & Luther. Elcana, vel Elkana, Ebr.* אֶלְקָנָה *Gr.* ἐλκανά *Rectius sine spiritu aspero. Quia ignotus est nobis valor* ק נ; *ideoq; sine fundamento per aspirationem sive H. exprimitur. Quod itaque Schindlerus in Gramm. Ebr. de Ajin movet, sufficere scil. juxta Ebræos, si punctum adjectum audiatur, id h.l. de Aleph. etiam observandam videtur. Vide interim I Sam. I. 1.* (*b. ib. v. 3,* (*c. ibid. v. 4. NB. In Promt. Bibl. Crellÿ f. 464. vocatur Elkana* ein frommer Schulmeister/ *quod suo loco relinquimus.*

95. PENINA.

PENINA (*a.* uxor Helcanæ mulier *superba*, Annam, quia sterilis esset, exagitat: (*b.* marito, quia tolerans,

lerans, est *molesta:* liberis familiæque, quia *factiosa*, malum exemplum præbet. *Monita non sapit: objurgata à proposito non desistit.* Ad peragenda sacrificia Silonem cum marito veniens, suâ importunitate *lacrimas Annæ excutit*, (*c. & Deo se esse acceptam, propter munera, sibi persuadet.* Hypocrisis ejus indicia sunt, admiratio sui, & aliorum contemtus, nam *Dei donis, tanquam bonis propriis, insolescit*, & vivens sine pœnitentiâ, *in alios est iniqua atque acerba.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Juxta fontes Ebr. Penninah, per geminum N. LXXII. Φενάννα. *Vulg. Lat. Phenenna. I. Sam. I. 2.* [*b. ibid. §. 6.* [*c. ibid. v. 7.*

96. ANNA.

Anna, (*a.* mater Samuelis, matrona pia & patiens, multos annos degit sterilis. Domi vexatur ab æmulâ, (*c. & despectui habetur è familiâ.* Silone cùm oraret, è sacrario discedere jubetur, tanquam fatua & ebria. (*d.* Solatium ei domesticum fuit *maritus placidus:* ægritudinem animi mitigavit, auditâ ejus tristitiâ, Heli sacerdos. (*e.* Tandem à Deo exaudita filium parit, (*f.* summum futurum hominem, eumque à teneris annis Deo vovet & consecrat, (*g.* & hymnum pulcherrimum posteritati relinquit: (*h.* in quo suam canit incredibilem lætitiâ, & *Deo gratias mirificas agit*, & ejus opera mirabilia *laudibus justissimis extollit.* Filium itaque primo partu editum

tum, cùm Deo consecrasset, ad domesticam deinceps lætitiam trium adhuc filiorum & duarum filiarum mater est, [*i.* quibus exemplum sanctitatis & modestiæ perpetuum fuit: *decus marito, admiratio omni populo.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. חַנָּה Chanah. *LXXII.* ἄννα. *Vulg. Lat.* Anna *Pagninus Hannah. Ita & Luth.* (*b.* 1. *Sam. I. 2. 5.* (*c. Scil. Peninna.* (*d. ib. v. 10. seq. 13. 14.* (*e. ib.* §. 17. (*f.* §. 20. (*g.* §. 22. 24. [*h. c. II. 1. seqq.* (*i. ib.* §. 21.

97. OPHNIUS ET PINEHAS.

Ophnius & Pinehas, Heli Filii (*a.* summâ dignitate prædíti, nihil honori sacerdotum egerunt conveniens, profani, indocti, indiligentes, avari, libidinosi, vecordes, impii, (*b.* Deum non timuerunt, *munus sacerdotum non intellexerunt*, ministris vicariis usi sunt, (*c.* de templi reditibus convivia agitarunt, mulieres religiosas incestârunt, (*d. vitâ palàm turpi gloriati sunt*, patrem objurgantem irriserunt. Talibus ipsorum moribus *magna doctrinæ diminutio facta est, & verbum Dei vulgo rariſſimè auditum:* (*e.* donec propter ipsorum scelera status totius Reipublicæ everteretur. [*f.* Illato â Philistinis bello, in acie ambo cadunt, [*g.* cæsa de populo triginta hominum millia, [*h.* rapta Dei arca, (*i.* pater terrore subito concidit, (*k.* urbs sacrarii sedes in hostium potestatem venit, uxor Pinehæ abortu extinguitur, [*l.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

(*a. I. Sam. I. 3.* Ophnius *Ebr.* חָפְנִי *Gr.* ὈΦνί. *Vulg. Lat. Ophni. Pagnin. & Luther. Hophni.* Pinehas *Ebr.* פִּינְחָס. *LXXII.* Φινεές. *Vulg. Lat. Phinees. Pagnin. Pinhas. Luth.* Pinehas. [*b. 1. Sam. II. 12.* [*c. ibid. v. 15. 15,* [*d. v. 22. mulieres illæ, quas auctor vocat* religiosas, *erant virgines aut viduæ, quæ laborabant in tabernaculo, vestes sacras texentes, abluentes, sarcientes, & cætera facientes, quæ muliebrem industriam requirunt. D. Friedlieb. q. 10. Mariana v. fuisse mulieres, quæ obtulerunt hostias post impletas purificationis dies & c. Sed minus probabilis videtur hæc opinio LXXII. edit. Rom. & Londin. istum concubitum non habent. Invenitur tamen ejus mentio in edit. Hamburg.* [*e. 1. Sam. III. 1. vide D. Friedl. q. 16.* [*f. vel immutaretur. 1. Sam. VII 5 seqq.* [*g. 1. Sam. IV. 11.* (*h. ib. v. 10.* (*i. ib. v. 11.* [*k. v. 18.* [*l. v. 20. Heidmannus in Palæstina p. m. 89. adserit arcam fuisse in Gatham deductam: sed Azothum fuisse translatam. 1. Sam. V. disertè docet. Quamquam situs locorum in tabb. Geog. videtur innuere; arcam à Getha versus Bethsemes & hinc versus Kiriathjearim provectam fuisse. Interim ex collatione v. 8. & 9. cap. V. 1. Sam. colligi quodammodo potest, post acceptam plagam deportatam arcam fuisse ab Azoto Getham & à Getha deinceps Accaronem. 1. Sam. V. 10.*

98. AMINADABUS.

AMINADABUS [*a.* de tribu Levi, *homo integerrimus,* civis oppido Cariathjearimo habitavit, arcam Dei hospitio accipit, [*b.* hac ratione, Philistini populi

puli Israëlitici victores, in corporibus morbo pudendo: in agris à muribus vexabantur. (*c.* In templo Tagonis admoniti sunt insigni miraculo, (*d.* ut arcam revehendam curarent. Impositâ igitur eà novo currui, vaccas injuges jungunt, quove iter facturæ essent, observant. (*e.* Eæ rectâ tendunt ad fines Judaicos, quod ut agricolæ (*f.* viderunt Cariathjearimam nunciant, in quam urbem arca introducta, in motana Aminadabi domo (*g.* tamdiu mansit, donec eam rex David transferret Jerosolymam, comitatu frequenti, & triumpho celeberrimo. (*h.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Juxta LXXII. *edit. Rom. & Londin. ubi scribitur* Αμιναδάβ *Sed editio Hamburg. habet* Αβιναδάβ. *Ebr. est* אֲבִינָדָב *quod V. L. scribit: Abinadab.* (*b. 1. Sam. VII. 1.* (*c. cap. V. 6. 9. VI. 4. 5. 11.* *Quantum ad* mures, *videtur Auctor respicere* additamentum *Vulg. Latin. ad 5. 6. cap. V. Ibi enim hæc habentur:* Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in civitate, *Sed hæc neque in fontibus leguntur, neque in editione Hamburg. τῶν LXX. ibi enim ita habetur:* καὶ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ κυρίου ἐπὶ Αζωτίους, καὶ ἐθαύμασε τὰς Αζωτίους, καὶ ἐπάταξεν αὐτὰς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, τὴν Αζωτον καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς, *In edit. vero Londin. & Roman. hæc leguntur.* καὶ ἐβαρυώθη ἡ χεὶρ κυρίου ἐπὶ Αζωτον, & ἐπήγαγεν αὐτοῖς, & ἐξέζεσεν αὐτοῖς εἰς τὰς ναῦς, & μέσον τῆς χώρας αὐτῆς ἀνεφύησαν μύες. Καὶ ἐγένετο συγχυσις θανάτου μεγάλη ἐν τῇ πόλει. *Retinuit additamen-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0128
DFG

tamentum illud Dietenbergerus in suâ versione Germ. & versio Germ. Augustæ Vindelic. Ann. 1490. impressa. Lutherus verò meritò explosit. quòd in fontibus non habeatur, neq; Chaldæus id expresserit. *Et monet Mariana, id neq; apud* LXXII. *reperiri.* [*d. 1. Sam. V. 3. 4. 5.* [*e. cap.* VII. *3. 9. seqq.* [*f. v. 13.* [*g. 1. Sam,* VII. *1.* [*h 2. Sam.* VI. *seqq. NB. Dagonis simulacrum infernè in pisce desinebat. De quo Deastro si quid exquisitum cupis, adi Seldenum de Diis Syris Syntagm. 2. c. 3. Inprimis videatur Elias Schedius de Diis Germ. p. 395. 396.*

99. JOHEL ET ABIAS.

JOEL (*a.* & Abias, [*b.* filii Samuelis, â patre jam ætate confecto, principes & sacrifici declarantur: (*c.* sed *à paternâ integritate & sanctimoniâ longè degenerant:* contumaces, avari, insatiabiles, injusti. [*d.* Disciplinam domesticam turbârunt, *pecuniæ cupiditate flagrârunt, venales habuerunt linguas & sententias, legum & judiciorum corruptelam sunt moliti.* Quamobrem, cûm neque domi neque foris essent ferendi, *populus traditum ipsis honorem indignatione adimit* & libertatis oblitus regem sibi, more aliarum gentium, postulat creari. (*e.* Novæ igitur mutationis cùm causa essent turpissima, post id tempus *vixerunt planè ignobiles & contemti*: siquidem & patrem levitate offenderant, & plebem alienaverant avaritiâ, sordibus, impuritate.

ANNOTATIONES.

[a. RECtiùs Joël *ab Ebr.* יואל *Græc.* Ιωήλ. *Vulg. Lat. Joël, ita & Lutherus.* [b. *Ebr.* אֲבִיָּה *Abhijah. LXXII.* Αβιά. *Vulg. Lat. & Luth. Abia.* [c. *1. Sam. VIII. 1. 2.* [d. *ib. v. 3.* [e. *ib. v. 4. 5.*

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER QUARTUS.

Regii Ecclesiæ imperii.

100. SAULUS REX. I.

SAULUS [a. Cissi filius, è tribu Benjamiticâ & (b. *viribus & dignitate corporis homo eminentissimus,* è clitellario in regem evehitur: regnum humilis & integer [c. accipit, sed vir bonus non manet ultra biennium. Objurgatus verbo Dei, quòd misericordia potior sit sacrificio, & cognitio Dei holocaustis, (d. *animum non attendit:* tùm malè faciendo *seipsum defendit pertinacissimè, magis suæ laudis, quàm gloriæ Dei appetens,* (e. cùm tamen nihil minus haberi vellet, quàm hostis Dei aut religionis. *In præliis satisfelix,* sed uti eis ad gloriam Dei, etiam admoni-

admonitus, noluit. Propter hypocrisin rejicitur à Deo: (*f. & agitatus à spiritu malo*, (*g.* duram exercet tyrannidem: non curat Samuelem, armis Davidem, odio Jonathanem, prosequitur, (*h. sacerdotum atrox adversarius*, (*i.* occisor infantum. [*k.* Familias pias *damnat exilio*, satellite peregrino & barbaro se cingit, suo ipsius populo iniquus. Usus hominum malorum & proditorum consiliis, in exitium conjicitur, quemque non audierat Samuelem viventem, eundem mortuum per Pythonissam è tumulo evocare studet. [*l.* Victus à Philistinis, de equo lapsus vulneratur, nève hostibus de se triumphum & spectaculum præberet, *ipse sibi manum infert*. (*m.* Inventus inter cadavera *capite truncatur*, & de muro suspenditur. (*n. Ossa ejus* collecta David *infert in monumentum* patrium. [*o.* Sauli filii tres occiduntur à Philistinis: [*p*, unus dormiens interficitur à suis tribulibus: [*q.* duo alii & nepotes ejus quinque strangulantur à Gabonitis. [*r.* Ita cum familia sua omni, intra breve tempus *rex potentissimus* deletur atque interit. Regnavit annos quadraginta.

ANNOTATIONES.

[*a.* Ebr. שָׁאוּל *h. e. Saül per tuas syllabas, non ut vulgò, per unam.* LXXII. Σαὺλ. *Ita etiam Paulus antea vocabatur, Actor. IX. 4. & alibi.* [*b.* 1. *Samuel. IX. 1, 2.* [*c. cap. XV. 17.* [*d. ibid. v. 12.* [*e. v. 30.* [*f. v. 26.* [*g. cap. XVI. 14. Ebræi, Josephus,*

Cajetanus, Delrio censent, fuisse atram bilem, *sive melancholiam & uaviav. alii censent, fuisse* Angelum bonum, *à Deo Sauli immissum. Sed verius est,* Diabolum *fuisse, qvi occuparit Saulem. Ita Isidorus, Abulensis, Vatablus, Theodot.* (*h. cap.* XX. *30.* (*i. cap.* XXII. *17. seqq.* (*k. ibid. v. 19.* (*l. cap.* XXIIX. *7. seqq. Non sine causa dicit Auctor:* Evocare studet. *Non enim evocatum fuisse verum Samuelem, Theologi dudum solidè probarunt. Confer etiam D. Dilherr. tom. 2. Dissp. Philol. à p. 54. usq; ad 58. Sched. de Diis Germ. pag. 451. & Danhau. Hodosoph. p. m. 276. seqq. item Lud. Crocium de vera religione p. 233.* (*m. 1. Samuel. XXXI. 4.* (*n. ibid. v. 9.* (*o. ibid. v. 12.* (*p. ibid. v. 6.* (*q. 2. Samuel. IV. 5. 6. 7.* (*r. 2 Samuel. XXI. v. 8. 9. Juxta Calvisium Saul evectus fuit A. M. 2875. & moritur A. M. 2890. Regnasset itr ann. XV. Non procul abludit index Chronologicus Bibliis Germ. præfixus. Non video igitur, qvo fundamento, probari queat, qvod auctor adserit, Saulem regnasse annos qvadraginta.*

101. NAAS AMMONITA.

NAAS [*a.* Ammonitarum rex, primus bellum Saulo infert, tanquam regi novo & ignobili. Urbem Jabitarum cùm obsideret, cives imparati deditionem promittunt: [*b.* quibus Naas conditionem fert, se in clientelam recepturos, si sibi paterentur singuli oculum dexterum excludi, eisq; *septem dierum inducias ad deliberandum concedit.* (*c. Tanta erat* in rege superbo *virium fiducia,* ut neminem putaret, tantillo temporis spa-

ſpatio, *laturum miſeriis ſuppetias.* Saulus auditâ Jabitarum querelâ (*d.* tribus omnes convocat: [*e.* nam idem aliis minatus ludibrium rex inſolens erat. Agmine igitur tripliciter diviſo, [*f.* in caſtra Ammonitarum *ſub primam auroram* irruit, & inſigni ſtrage editâ, *hoſtes ita diſſipat, ut nusquam ne bini quidem juncti in fugâ conſpicerentur.* (*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* EBr. נָחָשׁ *Nachaſch.* LXXII. Ναάς *V.* L. *Naas. Pagninus & Luth. Nahas.* 1. *Sam.* XI. 1. (*b. ib* §. 2, 3. (*d.* §. 4. *ſeqq.* (*e.* §. 7. *ſeqq.* [*f.* §. 11. (*g. ibid.*

102. JONATHAS.

JONATHAS, [*a.* Sauli filius, (*b. pietate & magnanimitate juvenis inſignis. Præſidium* Philiſtinorum *urbe* Gabaâ *ejicit*, & uno armigero ſocio *per ſcopulos arrepens*, ad hoſtes contendit, viros in acie ſternit viginti, & reliquum *exercitum ſolo conſpectu territat.* (*e.* Execratione patris temerariâ in *vitæ periculum neſcius incidit*, ſed auctor victoriæ vitam retinet, benevolentiâ vulgi. [*d.* Amicus Davidi factus, (*e. patrem in ſe concitat.* (*f.* à quo etiam ſi *telo peteretur*, (*g.* amicum tamen fideli ſtudio defendit, & in exilio verbis conſolatur, & *fœdere ſibi perpetuo obligat.* (*h.* In prælio contra Philiſtinos cum patre & fratribus duobus oppetit: quorum capita ludibrii causâ tholis affiguntur, corpora de mœnium pin-

nis suspenduntur: quæ noctu Jabitæ tollentes, terrâ fortiter & splendide condunt. (*i.* Mortuum luget, & carmine suo celebrat rex David, (*k.* & ossa ipsius cum paternis eruta *avi majorumque tumulis* mœrens *infert.* (*l.*

ANNOTATIONES.

[a. E*Br.* יוֹנָתָן & *interdum* יְהוֹנָתָן *Gr.* Ιωνάθαν. *Luth. Jonathan. V. L. Jonathas 1. Sam. XIV.* 1 (*b. ibid.* §. 49. [*c. 1. Sam. XIV. passim.* [*d. ibid. v. 38. 45.* (*e. 2. Sam. XVIII. 1.* [*f. cap. XX. 30.* (*g. v. 33.* [*h. v. 42.* [*i. cap. XXX. 1. ad fin.* (*k. 2. Sam. I. 17. seqq.* [*l. 2, Sam. XXI. v. 14.*

103. ISBOSEDUS.

ISBOSEDUS, (*a.* Sauli filius, patre defuncto duos annos regnat, (*b.* beneficio Abneris, quem cùm propter adamatam mulierculam liberè objurgaret, [*c.* ab eo deseritur, & sororem Michalim, ejusdem instinctu, Davidi cogitur restituere. (*d.* Post id tempus *vitam degit privatam, & eò augustiarum redigitur*, ut solam ancillam haberet corporis sui custodem: quæ cùm negligentiâ domum non clausisset, (*e.* herus dormiens in cubiculo suo, à duobus tribulibus facinorosis interimitur: (*f.* qui caput ipsius spe præmii ad Davidem cùm deferrent, manus & pedes eis amputari, & *corpora* mutilata *in loco publico suspendi mandat.* (*g.* Isbosedi caput *sepulchro* Abneris, qui dux ejus & consiliarius fuerat, *honorificè infertur.* (*h.* Vixit annos duos & quadraginta.

ANNO-

ANNOTATIONES.

(*a.* E*Br.* אִישׁבֹשֶׁת Iſchboſchet, *h. e. vir confuſionis*, LXXII. Ισβοσθέ v. 1. *Iſboſeth.* [*b. 2. Sam.* II. *10.* (*c. cap.* III. *7 ſeqq.* (*d, ibid. v. 13. ſeqq.* (*e. qvæ hic de ancilla commemorat Auctor, ex* additamento *Vulgati E. deſumſit 2. Sam.* IV. *5. qvibus gemella habent* LXXII. §. *6. Sed ea in fontibus non leguntur.* (*f. 2. Sam. IV. 6. ſeqq. g. ib.* §. *12.* [*h. ibid.*

104. MIPHIBOSEDUS.

MIPHIBOSEDUS, [*a.* filius Jonathæ, nepos Sauli annorum quinque fuit, cùm regni hæreditate, avo patreque trucidato, excidit. (*b.* Nutrix *audito triſtiſſimæ cladis nuncio*, ne in manus hoſtiles puer veniret, *fugam* cum eo *capeſſit, nimiaque trepidatione celerando*, puerum evertit, qui gravi lapſu concuſſus, *pedibus* poſtea *ambobus claudicavit.* (*c.* David latitantem inquirens, bona ei avita tradit, & in urbe regiâ habitare jubet, & *menſæ ſuæ honoris causa* quotidiè *adhibet.* (*d.* Tandem à Siba *quæſtore* ſuo *rapace & improbo* accuſatus, tanquam Davidi minùs fidelis, (*e. bona omnia amittit.* (*f. Reſtitutus in gratiam*, partem eorum dimidam recipit, (*g.* & minore apud Davidem æſtimatione degit, malitiâ & aſſentatione ejus, qui ipſi ſervierat.

ANNOTATIONES.

[*a.* E*Br.* מְפִיבֹשֶׁת Mephibhoſcheth. LXXII.

Μεμφιβοσθέ. *Vulg. Lat. Mephiboseth.* (*b.* 2. *Sam. IV.* 4. (*c. hæc diserte dicit sacer codex, loc. cit. ut mirum sit, quare Gregoriis Gregorii in Lexico sancto num. CXVII. p.* 151. *scribat, hunc* natura noverca *pudefecerat, atq; utroq; claudicantem pede produxerat &c.* (*d.* 2. *Sam. IX.* (*e. cap. XVI.* 3. *hanc accusationem fuisse falsam, patet ex* 2. *Sam. XIX.* 24. 26. 27. (*f.* 2. *Sam.* XVI. 4. (*g. cap.* XIX. *29.*

105. ABNER.

ABNER, filius Neris, [*a.* Sauli patruus, & *dux militiæ.* [*b.* Rege peremto. Isbosedum ejus filium *in solium collocat,* annisque duobus *summis viribus defendit,* (*c.* nisi quòd in levi pugnâ [*d.* à Davidicis *in fugam conjicerētur:* quem ferociâ juvenili frater Joabi contemtim insequens, ab eo transfoditur. (*e. Armis intestinis sevientibq,* alienatus à Domino suo, mulierculæ causâ, [*f.* transit ad Davidem, [*g.* à quo *benevolentia suscipitur,* à Joabo autem æmulo suo fratrem, [*h.* ulturo. *specie amicitiæ* & colloquii, in portâ urbis Hebronis, *telo insidioso transigitur.* (*i.* David corpus ejus sepelit, & *luctu ipsum* viro forti debito *prosequitur.* (*k.*

ANNOTATIONES.

ABner, *Ebr.* אַבְנֵר *Gr.* Αβεννὴς. *V. L. & Luth. Abner.* (*a.* 1. *Sam.* XIV. 51. (*b. cap.* XXVI. *5.* (*c.* 2. *Sam. II. 8. 10.* (*d. quomodo hanc pugnam Auctor* levem *vocet, non intelligo: quia* 2. *Samuel. II. 17. vocatur* מִלְחָמָה קָשָׁה עַר־מְאֹד *hoc est,* bellum valdè durum

durum, (*e. 2. Sam.* ll. 21. 23. (*f. cap.* lll. 7. *seqq.* (*g. ibid. §. 20.* (*h. h. e. Asahelem, quem Abner confoderat, c. II. 23.* (*i. c. III. 27.* (*k. ib. §. 31. seqq.*

106. DOEGUS.

Doegus (*a.* Idumæus, in aulâ Sauli vir magnus, Achimelechi sacerdotis Nobensis usus aliquando est familiaritate. [*b.* Idem ut regi gratum faceret, sacerdotem accusat, [*c.* quòd hosti regio, Davidi fugienti, & commeatum [*d.* & gladium [*e.* dederit. Rex illud *factum animo iracundo tulit, ut* in omnes ejus ecclesiæ ministros *capitalem ferret sententiam,* (*f.* quam cùm nemo militum aut satellitum exequi vellet: solus inventus hic Idumæus est, qui *sanguinem innoxium suâ manu funderet:* neque contentus supplicio virorum optimorum, infantes, mulieres, cives denique omnes nullius ordinis, sexûs, ætatis respectu, ense tolleret. [*g.* Ipse tandem unà cum rege desperabundus, suo gladio incubuisse perhibetur, [*h.* cum interitu miserrimo totius suæ familiæ, nomine etiam ipsius de terris sublato, quod David ei futurum prædixerat.

ANNOTATIONES.

(*a.* Edom *Br.* אֱדֹם *Gr.* Δωὴκ *Rectiùs* Δωὴγ. *Vulgat. Lat. & Luther.* Doëg. *Benè illum Auctor* Idumæum *vocat.* Syrus *a. diciur à* LXXII. *Legisse videntur 1. Sam. XXI. 7.* הארמי, *cum legisse debuissent* הארמי *Josephus* LXXII. *seqq. lib.* VI. *c.* 14. *Antiq.* (*b. c. Sam.* XXI. 7.

XXI.7.(c. cap. XXII. 9.(d. cap. XXI.6. scilic. panem sanctum (e. scil. Goliathi, ib.v.9. (f cap. XXII.17. (g. ib.v.. 18.19. [b. nam per armigerum, cujus fit mentio 1.Sam.XXX.4. seq. plerique intelligunt hunc Doëgum, Vide Promtuar. Bibl. Crellii ad nomen Doëg.

107. ACHIMELECHUS SACERDOS.

ACHIMELECHUS Heli pronepos, [a. vir integer & hospitalis, Davidi exuli à se petenti, panes & gladium præbet: [b. eam ob causam à Doëgo conjurationis accusatur. [c. In aulam accersitus, [d. ut causam pro se diceret, inscientem se peccâsse testatur, [e. & veniam erroris atq; delicti suppliciter petit. Verùm excusationi ejus & precibus locus ignoscentiæ non fuit. Nam jussu regis cum sacerdotibus qvinq; & octoginta crudeliter jugulatur: & ecclesiæ Nobensis domicilium, & virorum sanctorum collegium, edicto Sauli, & malitiâ Doëgi, deletur indignissimè. [f.

ANNOTATIONES.

[a. VIde, qvæ notavimus ad Hist. 88. lit. (o. (b. 1.Sam. XXI. [c. cap. XXII. 9. (d. ib.v. 11. (e. ib.v.15. [f. ib §.17. 18. 19. NB. LXXII. vocant Αβιμέλεχ. in edit. Roman. & Lugdunens. sed in edit. Hamburgens. Αχιμέλεχ. Hic Marc. II. 26. videtur dici Abjathar, qvo nomine filius ejus adpellatus fuit, de qvo infrà Hist. 126. Scrupulum hunc vide apud Walæum in not. ad Marc. II. 26. & Marianam, Jesuitam, ad eund. loc. qvibus adde Althofer. Harmon. p. 306. ubi solvitur modus.

108. RI-

108. RISPA.

RISPA. (*a.* Sauli regis concubina, (*b.* cujus duo filii, cum quinque filiis Michaelis *poscebantur* à Gabaonitis *ad supplicium*, & suspendebantur uno die. [*c.* Corpora mortuorum, ne ab alitibus die, à bestiis noctu lacerarentur, ipsa vigilans, & pallio (*d.* tegens custodivit nec ab eis avelli potuit. Ejus pietas sedula Davidi placuit, sumtisque à Galaaditis cadaveribus Sauli, & trium filiorum: à Gabaonitis duorum filiorum Sauli, & nepotum quinque, permisit ea tumulari in sepulchris majorum. (*e.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Ebr. רִצְפָּה Gr. Ρεσφά. *V. L. Respha. Pagninus Rispah. Lutherus ex Ebr.* Rizpa. [*b. 2. Sam. III. 7.* [*c. 2. Sam.* XXI. 7. (*d. Ebr.* פָּרַשׂ LXXII. σάκκον. *Vulg. t.* Cilicium. *Luth.* Sack. *Ad hunc locum, qui occurrit 2. Sam.* XXI. *10. ita Munsterus adnotat: p. 617. Expandit mulier saccum in loco, ubi ligno affixi pendebant filii ejus, ut illo sese* [*non filios, uti vult Auctor*) *per diem & noctem contegeret. Mansisse etiam ibi scribitur, donec pluvia de cœlo stillavit: orans interim Dominum, ut propter supplicium suorum averteret iram suam, daret consuetas pluvias, & auferret sterilitatem terræ, atq; famem ab hominibus. Hæc Munsterus.* [*e. 2. Sam.* XXI. 12. 13. 14.

109. ISA-

109. ISAIUS.

ISAIUS [a. Obedi filius Bethlehemites', filiorum (b. octo (c. pater, è quibus tres natu majores, viri fortes, Saulo militârunt: [d. natu minimus, David, pastor erat, *reliquorum contemtissimus*. Samuel ablegatus à Deo, ut regem ex ejus filiis eligeret, septem priores regno indignos esse censuit, quia *Deus non speciem, nec dignitatem, sed ima cordis explorat*. (e. David autem ex agro à gregibus vocatus, ex opilione rex designatur, & *oleo*, gentis more, *perfunditur*. (f. Post illum honorem amplissimum patri non minùs, quàm anteà, est obsequens. [g. Nam ad greges redit, & ad fratres in castra missus, *patris mandatum exequitur*, donec *apertâ vi* rex *eum persequeretur*, & Isaium cum omni familiâ in exilium pelleret: cui rex Moabitarum dedit immunitatem & hospitium. [h.

ANNOTATIONES.

(a. EBr. ישי Jischschai LXXII. ἰεσσαί. (b. *Ruth. IV.* 17. [c. *1. Sam. XVI. 10. 11. 12.* (d. *1. Sam. XVII.* 13. (e. *cap. XVI. 7.* [f. *ibid. v. 12. 13.* [g. *cap.* XVII. *15. 17.* [h. *1. Sam.* XXVII. *2. seqq. Adde pro illustratione verborum præcedentium*, l. *Sam.* XXII. *1. 3.*

110. DAVID, REX II.

DAVID *adolescens cum leonibus & ursis lusit, tanquam cum hœdis & ovibus*, (a. anno ætatis vigesimo ad regnum Dei mandato accersitur, [b. po-

(*b.* populi suffragiis trigesimo demùm confirmatur, (*c.* Musicus & armiger regis factus est, [*d.* & Goliado gigante armis pastoralibus victo, [*e.* tantum gloriæ meretur, quantum decem militum millia. [*f.* Saulus *odio & invidiâ flagrans*, (*g.* ipsum, adhuc Musicum suum, *hastâ petiit:* (*h.* tribunum hostibus objecit: [*i.* generum interficere in lecto voluit: (*k. fugientem in omnibus agris & urbibus quæsivit.* (*l.* In suo exilio David non læsus à barbaris regibus, ad quos diverterat; [*m.* inter suos homines deseritur à Ceilensibus, [*n.* proditur à Ziphæis, (*o.* Tradito in manus suas Saulo cum reverentiâ parcit: in speluncâ laciniam chlamydis præscindit: [*p.* in castris scyphum [*q.* & hastile dormienti transportat. Manus sociorum in censâ Sicelechâ, [*r.* qui lapides in eum tollebant, vix effugit [*s.* Occiso Saulo annos circiter quinque exagitatur ab ejus præfectis, deinceps regno integro accepto, [*t.* Philistinos, [*u.* Moabitas, (*x.* Ammonitas, (*y.* Syrios, [*z.* Idumæos, (*α.* Amalechitas, (*β.* domat, & familias Gigantum *aliquot præliis delet*, [*γ.* Partis tot victoriis Deum toto corde extollit, & *Ecclesiam quibus potest ornamentis decorat:* (*δ. ipse domicilium & templum Spiritûs sancti. Statu rerum florente* Bersabeam rapit, [*ε.* Uriam in manûs hostium tradit, (*ζ.* populum denique suum per provincias numerat: (*η.* propter quæ facinora à filio Absolone regno exuitur, [*θ.* & *lethali lue pestilentiæ* punitur, [*ι.* & ab Adoniâ filio jam senex affligitur.

[*κ.* Do-

[κ. Dominus peccata ejus abolet, & virum secundum cor suum appellat. (λ. *Moritur placidè* anno ætatis septuagesimo, regni quadragesimo. (μ. *Sanctissimus rex, felicissimus Imperator, doctissimus musicus, exercitatissimus scriptor, laudatissimus omnium hominum.* Redemtorem mundi è suâ oriturum posteritate scivit: (ν. de ejus cruciatibus, morte, resuscitatione, ad cœlos ascensu: de ecclesiâ gentium, de potestate Anti-Christi prævidit. [ξ. In Christi personâ sæpè loquitur, ut & Christus verbis ipsius. Psalmos contra falsos scripturæ interpretres plures quàm contra tyrannos, composuit: quibus libris ait Chrysostomus, minus carcere ecclesiam posse, quàm mundum sole. [ο.

ANNOTATIONES.

(*a. I. Sam.* XVII. *34. 35. 36. Sirac.* XLVII. *3.* (*b. 1. Sam. XVI. 12. Anno Mund. 2860. nascitur David & A. M. 2880. rex ungitur. Vide Calvis.* [*c. 2. Sam. II. 4. A.M. 2890.* [*d. I. Sam. XVI. 21.* [*e. cap.* XVII. 50. [*f. cap.* XIIX. *7.* [*g. ib. v. 8.* [*h. ibid. v. 10, 11.* (*i. ibid. v. 25.* [*k. cap.* XIX. *11. seqq.* (*l. cap. XXIII. 14. 25. XXIV. 3.* XXVI. *2.* (*m. cap. XXI. 10. seqq. cap. XXVII. 2. seq. qvalis rex barbarus erat Acha, qvi alias communi regum Palæstinorum vel Philistinorum nomine* Abimelech *vocabatur. Glass. Gramm. S. pag. m. 850. fin.* (*u. incolis urbis* קְעִילָה Luher. Regila / *substituens litteram G. pro Ebræo Ajin. quod &* LXXII. *aliquando fecerunt. Vide 1. Sam.* XXIII. *5. 12.* [*o. vel Siphæis, ab Ebræo* זִפִּים *1. Sam.* XXIII.

19. [p. 1. Sam. XXIV. 5. 6. 7. 8. seqq. [q. D. Friedlieb. ad 1. Samuel. XXVI. 12. unde desumtus est hic locus, ita commentatur: Scyphus aquæ hic est Matella, quâ urina excipitur. De hastili vide, quæ monet D. Quistorpius ad h. l. (r. Ebr. צִקְלַג & inde Lutherus Ziklag. Hanc Achis rex Davidi, stipendia tum in exercitu ejus merenti, donaverat. Heidm. Palæst. p. 86, fin. & 1. Sam. XXVII. 6. (s. Sam. XXX. 1. 6. seqq. [t. 2. Sam. V. 1. 5. [u. ib. v. 17. seqq. (x. cap. VIII. 2. (y. ib. v. 12. (z. ib. v. 6. 13. [α. ib. v. 14. (β. 2. Sam. IIX. 12. (γ. 1. Paral. XXI. 4. 5. 6. 7. 8. (δ. 1. Sam. IIX. 11. (ε. 2. Sam. XI. (ζ. ib. v. 24. seqq. [η. 1. Paral. XXII. 1. seqq. (ϑ. 2. Sam. XV. 13. seqq. (ι. Paral. XXII. 14. seqq. [κ. 1. Reg. I. 5. seqq. (λ. Actor. XIII. 22. [μ. 2. Sam. II. v. 10, 11. (ν. 2. Sam. VII. (ξ. Psalm. XXII. & alibi passim. [ο. vide Prolegomena D. Friedlieb. in Psalterium. Fabulam de metu Romuli à Davide excitato vide apud Lud. de Dieu in adnot. V. Test. p. 169.

III. GOLIADUS.

GOLIADVS [a. Gethæus (b. viribus & vastitate corporis confidens, nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Exercitum Israëliticum omnem præ suo robore & mole contemnit, & ex eo provocat clamore, fortissimum qvemqve, mane & vesperi, diestotos qvadraginta. [c. Ad ejus conspectum trepidârunt universi, nec audebat qvisqvam, etiam præmiis amplissimis invitatus, cum eo congredi. (d. Missus in castra David, (e. ejus in Deum maledicta impia non fert, & regio permissu [f. certamen cum eo singulare suscipit, ita-

Itaque tyro adolescens, accedens ad *virum militarem*: ad *armatum hastâ & clypeo*, instructus fundâ & lapillis, cum risu & convitio excipitur: sed nomine Dei sui invocato, David primo ictu, cassidem æneam perrumpit & frontem parvo lapillo dividit, & gladio proprio obtruncat, & spolia optima corpori detrahit. Caput Goliadi suspenditur Jerosolymis, [*g.* gladius deponitur in sacrario Nobense, [*h.* arma affigit David in suo tabernaculo, [*i.* corpus truncum alitibus & bestiis objicit in agro. [*k.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. גָּלְיָת vel גָּלְיָת Goljath, *duabus tantum syllabis* LXXII. Γολιάθ [*b.* juxta textum Ebr. ex Gath. [*c.* 1. *Samuel.* XVII. 4. *seqq.* [*d.* *ibidem* v. 11. 24. 25. [*e.* *ibid.* v. 17. [*f.* v. 38. [*g.* v. 54. [*h.* 1. *Sam.* XXI. 9. (*i.* *ibid.* [*k.* *ibid.* v. 46. Delorică *Goliathi vide Luth. de Dieu in V. T. pag.* 153.

112. NABAL.

NABAL è virorum clarissimorum Calebi [*a.* & Othonielis posteritate, homo magni nominis atque locuples, [*b.* sed *tenax, crudelis, & sordidus: in divitiis luxuriari & soli sibi vivere, benefacere nemini solebat.* Ab eô cûm per legatos, honestos homines, exul David *commeatum* humiliter *peteret*: non solùm benè merito eum negat, verùm etiam *contumeliam verborum addit*, & Davidem tribulem suum, tanquam fugitivum & perduellem, vituperat. [*c.* Quâ petulantiâ & feri-

feritate ita vir fortis exarsit, ut constitueret & ipsum, & *totam* ejus *domum ferro evertere*: (*d.* cui uxor Nabalis Abigail, *pia & modesta fœmina*, occurrens, suis precibus & liberalitate eum mitigat. [*e.* Nabal ab uxore de Davidis iracundiâ justâ, & de suo periculo *quod vix evaserat*, certior factus, terrore concidit & manu Dei percussus, die decimo *animam temulentam evomit*. (*f.*

ANNOTATIONES.

(*a.* I. *Sam.* xxv. 3. (*b. ibid. v.* 2. (*c. vers.* 10. (*d. v.* 13. 22. 24. (*e. v.* 23. *seqq.* (*f. v.* 37. 38.

113. JOABUS.

JOABUS, filius Zarujæ [*a.* natu maximus, Davidis avunculus, & summus copiarum dux, *vir animo ferox, ingenio callidus & vindictæ cupidissimus*. Externa pro Davide bella gessit contra Syros, Ammonitas Philistinos: (*b.* domestica, contra Saulum, Absolonem, Sebam: quibus omnibus victor evasit. Durante bello civili, manu suâ interficit viros præstantes, Abnerem, ducem Sauli, (*c.* & Amasam ducem Absolonis, (*d.* consobrinum suum, sed utrumque *per insidias*: ipsum denique Absolonem *hastâ trâjicit* contra regis voluntatem. (*e.* Quibus factis Davidem ita alienat, ut præ ægritudine *verbis illum tristissimis devoveret*. (*f.* Hoc unum egit salutariter, quòd regi populum numeraturo, verâ & gravi sententiâ

contradixit. [g. Cum Adoniâ tumultuante conspirans, [h. mandato Salomonis, in ipso sacrario, ad qvod confugerat, interficitur. [i.

ANNOTATIONES.

Joabus Ebr. יוֹאָב Joabh. LXXII. Ιωάβ (a. vel juxta Ebr. Zerujah. Hæc Zerujah fuit soror Davidis 1. Paral. II. 13. 14. 15. 16. Hinc Joabus dicitur ab Auctore Davidis avunculus. [b. huic refer varia prioris libr. Sam. loca, quæ recensere nimis prolixum foret [c. 2. Sam. III. 27. [d. cap. XX. 10. seqq. [e. cap. XVIII. 5. 14. 15. [f. ibid. v. 33. XIX. 4. 1. Reg. II. 5. (g. 1. Paral. XXII. 3. (h. 1. Reg. I. 7. cap. II. 29. 30. 31. 32. 34.

114. ABISAIUS.

Abisaivs, alter Zarujæ filius, *omni laude excellens*, & avunculi sui Davidis *defensor constantissimus*, Inpersecutione Sauli, cum ipso castra solus ingressus, Regem dormientem *hastâ transfodere*: (a. inpersecutione Absolonis, Semeio maledico *caput amputare* voluit: [b. sed manum abstinere jussus, *animo placato paret, non minùs sui victor, qvam hostium.* Contra hostes intestinos Absolonem & Sebam, [c. item contra Annonem Ammonitam, [a. qvi legatos Ebræos rasérat, [e. ordines honestos ducit. Davidem deniqve à Gigante Philistino propemodum oppressum, *manu strenuâ liberat.* (f. Tanto animi corporisqs robore septus, ut cum trecentis dimicare non vereretur, & *pugnando victoriam de illis* solus *obtineret.* [g.

ANNO-

ANNOTATIONES.

ABisaius, Ebr. אֲבִישַׁי Gr. Αβεσσά. [a. 1. Sam. XXVI. 6 8. (b. 2. XVI. 9. (c. Vid. Histor. 137. (d. 2. Sam. X. 10. (e. ibid. v. 4. seqq. 2. Sam. XXI. 15. 16. 17. cap. XXIII. 18. 19. 1. Paral. XII. 20. 21.

115. ASAHEL.

ASAHEL, minimus natu Zarujæ filius, *cursor & bellator sui temporis nominatissimus: in flore adolescentiæ, temeritate propriâ interit.* Nam eo prælio, qvo frater ejus Joabus Abnerem fugavit, *viribus suis nimium fidens*, à. perseqvendâ Abneris cohorte non destitit: qvem cùm ipse Abner, qvasi amicum, verbis hortaretur, ut periculum fugeret, & gloriâ præsenti discederet contentus; *suum institutum impetu vehementi urgens, hastili* ab eodem *conficitur.* (a. Sepultus est in urbe & monumento patris Bethlehemæ, relicto cognatis & amicis fortissimæ indolis summo desiderio, [b

ANNOTATIONES.

(a. 2. Sam. II. 18. seqq. 23. (b. ibid. §. 32. Ebr. est עֲשָׂה אל LXXII. Ασαήλ. *Vulg. Lat. Asaël.* Luth. *cum Auctore, Asahel.*

116. AMASA.

AMASA (a natus patre Ismaëlita, [b. & Abigaële sorore Davidis minimâ *præfectus copiis*, Absolonis contra avunculum *summam belli administret.* (c. Prælio victus cum rege suo factioso, veniam propter virtutem & cogna-

tionem à Davide impetrat, & *belli præfectura*, loco Joabi, *ipsi offertur atque traditur.* (*d.* In tumultu contra Sebam tribui Judæ præfuit. [*e.* Joab9 *invidiâ & iracundia flagrans* ipsum fraternè sevocat colloquii causâ, sed *inter amplexus & oscula* consobrinum [*f.* & collegam suum *sicâ furtim trajicit* & in mediam viam agminis præter euntis projicit, nullo pudore neque regis, neque artissimi fœderis. [*g.* Amasæ interitum duplici modo David luget, & quòd duce altero privatus esset morte, & quòd alterum ducem contaminatum videret maximo facinore. (*h.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr עֲמָשָׂא Gr. Αμεσσαὶ Edit. Rom. sed. edit. Hamburg. Αμεσσὰ. Vulg. Lat. & Luth. Amasa. [*b* Qvi vocabatur Jether 1. *Paral. II.* 17. [*c.* 2. *Sam. XVII.* 25. (*d.* 2. *Sam.* XIX. 13. (*e.* cap XX. 1. 4. 5. [*f.* Consobrinum Joabi Auctor vocat Amasam, qvia matres utriusq; erant sorores. Vide 2. Sam. XVII. 25. 1. *Paral. II.* 16. 17. (*g.* 2. *Sam.* XX. 9. 10. 12. (*h.* 1. *Reg. II.* 5. 31. *seqq.*

117. MICHAL.

MICHAL Sauli filia, natu minima, Davidi exfœdere, quòd Goliadum vicerat, (*a.* uxor collocatur: (*b.* cujus sponsalia, jubente rege, ducentis Accaronidis cæsis fortiter redimit. (*c.* *In maritum animo erat fideli*, quem immissis spiculatoribus regiis, (*d.* per fenestram demittit, & ingenio muliebri

Hebri milites eludit. (*e.* Laudem igitur, contra patris voluntatem, mariti conservati obtinet, eique pervim erepta (*f.* post mortem Saulis per Abnerem, eâdem vi reducitur. (*g.* Ipsa tamen *paternâ dignitate superbiens*, maritum animo suo despicit, cùm ante arcam Domini gestiens & exultans incederet: (*h.* ob eum contemtum *in toro* Davidis post id tempus *vixit obscura & sterilis.*

ANNOTATIONES.

Michal *Ebr.* מִיכַל LXXII. Μεχόλ. *juxta edit. Hamburg. vel* Μελχόλ, *juxta Rom. & Lond. Vulg. Michol. Luth. & Pagnin. Michal.* (*a. 1. Sam.* XVII. 25. (*b. cap.* XIII. 20. 21. 27. *Accaronitæ erant Philistini ab urbe Accarone, Philistinorum primariâ, sic dicti, cujus descriptionem vide apud Heidman. in Palæstinar. p. m. 89.* (*c. ibidem vers. 27.* (*d. spiculatores, à spiculis dicti, erant satellites principum. Vide For. Rom. Aliam observationem de hac voce vide infrà ad Hist. 423. litt.* (*d.* (*e.* l. *Sam.* XIX. 12, *seqq, Vide D. Friedlieb fol. 352. q. 16. & 17.* [*f. 1. Sam.* XXV. 44. *Fabulantur Rabbini, virum illum,* Phalti *dictum loco citato, non cognovisse Michal, eò quod gladius inter ipsum & Michal interjaceret, ideoq; ipsum mansisse improlem. Horn. ad Sulpit, p. 184.* Phaltiel. *ille dicitur à Walæo in N. T. pag. 797. col.* 1. Phaltiel. (*g. Sam. III. 13. seqq.* (*h. 2. Sam. VI. 16. seqq.* (*i. ib. v. 23.*

118. ABIGAIL.

ABIGAIL, uxor Nabalis Carmelitæ, *fœmina*

prudentiâ & formâ celebris : quæ viri moroſi & ebrii *injurias & ſtultitiam tulit perpetuâ modeſtiâ*, eumque, cum familiâ omni, à manibus Davidis, & præſenti vitæ diſcrimine, ſuo eripuit ingenio & beneficentia (*b.* Poſt viri obitum David *eam ducit uxorem.* (*c.* quæ *comes ejus exilii, & ſocia ærumnarum fuit*, Eandem ei abſenti rapiunt Amalechitæ, quam cum reliquâ multitudine & prædâ ipſe reducit. (*d.* Pace ab hoſtibus comparatâ in regium Davidis torum Hebrone transfertur,[*e.* & ex eo filium unicum peperit.(*f.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. אֲבִיגַיִל *LXXII. edit. Rom.* Αβιγαία: *ſed edit. Hamb.* Αβιγαΐλ. *V. L. & Luth. Abigail. 1. Sam. XXV. 14.* [*b. ib. v. 22. 32. ſeqq.* [*c. ib. v. 40.* [*d. 1. Sam. XXX. 5. 18. ſeqq.* [*e. 2. Sam. V.* [*f. cum Autore facit D. Friedlieb. f. 361. claſſ. 2. Cællius verò adſerit*, duos *fuiſſe Abigaelis filios ex 2. Sam. III. 3. & 1. Paral. III. 1. Dubium iſtud tollit D. Friedl. loc. cit. dum dicit*, Chileabum *fuiſſe binominem, ac dictum etiam Danielem.*

119. BATHSABEA.

BATHSABEA Eliami filia, Uriæ uxor, *inſigni vetuſtate & nitore mulier*, in nymphæo [*b.* domi lavans, à rege Davide conſpicitur, qui *ejus amore impotente exardeſcens*, marito furtim molitur exitium, quo interfecto ab Ammonitis, in arcem deducta, regina nominatur.[*d.* Filius ejus primus, natus ex adulterio, infans moritur, (*e.*

quod

quod Nathan propheta regi prædixerat. (*f.* Mater deinceps Salomonis facta, [*g.* filio suo, prophetæ ejusdem auctoritate, regnum confirmat, (*h.* *à quo summo in honore habita est.* Ipsa ad grandem ætatem pervenit. Stirpe Salomonis deletâ, [*i.* ad Nathanem, alterum Davidis filium, majestas regni Judaici transfertur.

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Sam.* XI. 3. *Ebr.* בַּת־שֶׁבַע *Gr.* Βηρσαβεέ. *juxta edit. Rom. vel* Βηρσαβεέ, *juxta edit. Hamburg. Luth. & Pagninus* Bathsheba. *Vulg. Lat. Bethsabee.* [*b.* Nymphæum *est lavacrum seu balneum. Plin. lib. XXXV. c. 12.* [*c.* 2. *Sam.* XI. 14. *seqq.* [*d. ib. v.* 27. (*e.* 2. *Sam.* XII. 15. 18. [*f. ib. v.* 14. [*g. ib. v.* 24. (*h.* 1. *Reg.* I. 16. *seqq.* (*i, vide Hist.* 123.

120. AMNON.

AMNON primogenitus Davidis filio ex Achinoë uxore, (*a.* quam in exilio duxit, *animoque egregiè charam,* regio postea thalamo honestavit. *Amore* hic juvenis *incensus furioso,* sororem Thamarim ex aliâ matre, *perditè deperit,* suasuque patruelis Abinadabi, morbum simulans, ejusdem lenocinio *puellam ad se allectam violenter comprimit.* [*b* Addit, ad miseræ contumeliam, ejectionem quoque; nam nec supplicem audit, & dehonestatam è domo expellit. [*c* Absolon, *motus sororis ignominiâ* (*d.* cùm nec Amnonem facti nefarii pœniteret, nec â patre rege castigaretur: *tacitè secum de vindictâ cogitat,* & demùm post biennium, filios

regios ad convivium invitat, & Amnonem incautum inter vina obtruncat, & animum in patrem retinet hostilem.(e.

ANNOTATIONES.

AMuon, Ebr. אמנון Gr. Αμνών, Vulg. Lat. Pagn. Luth. Amnon. (a. 2. Sam. III. 2. (b. 2. Sam. XIII. 1, seqq. (c. ibid. v. 15. seqq. (d. ib. v. 20. (e. ib. v. 23. seqq.

121. ABSOLON.

ABsolon, [a. ex Maachâ, [b. regis Gessureni filiâ, tertius filius [c. Davidis, *nulla animi corporisque dote caruit*. Propter fratrem intefectum [d. extra patriam degit annos tres: (e. & duos alios, etiamsi revocatus esset, in patris conspectum non venit. [f. Gratiam â patre impetrat per Joabum, qui cum *tardius ageret negotium* ejus villam segetesque incendit. (g. Traductis tandem ad se non solùm vulgi, sed multorum optimatum animis, *cœtus factiosos agitat*, (h. bellum suscitat, patrem fugat, (i. concubinas publicè stuprat, (k. regnum occupat. *Prælio* cum paternis ducibus *commisso, terga dare compellitur*, ramisque quercûs *cæsarie involutus*, & capite adhærens, tribus hastilibus à Joabo percutitur. (l. Corpus ejus in foveam projectum, [m. lapidibus super injectis tegitur, carensque liberis, (n. *nullam sui relinquit memoriam*, præter colossum à suo nomine dictum, (o. quem sibi vivens ipse in agro erexerat. Cædes ejus nulli hominum fuit acerbior, quam patri Davidi: sed

in

in planctu tristissimo, divinæ cedens justitiæ, animo tandem acquievit. (*p.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Ebr. אבשלום Gr. Αβεσσαλὼμ. *edit. Rom.* Αβεσσαλὼμ. *edit. Hamb.* Lutherus Pagnin. & Vulg. Lat. *Absalom* [*b. vel Maëcha, ut scribit Crellius. Sed Ebr. est* מַעֲכָה *Græc.* Μααχά, *quod Vulg.* Lutherus & plerique retinent. [*c.* 2. Sam. III. 3. (*d. Confer Hist. Præced.* 120, (*e.* 2. Sam. XIII. 38. [*f. cap.* XIV. 21. 24. 28. (*g. ib. v.* 30. (*h. cap. XV.* 1. 13. (*i. ib. v.* 14. *seq.* (*k. cap.* XVI. 22. (*l. cap.* XVIII. 1. 4. (*m. ib. v.* 17. (*n. nam liberi ejus, quorum fit mentio* 2. *Sam.* XIV. 27. 2. *Paral.* XI. 20. *ante patrem obierant.* (*o.* 2. *Sam. XIIX.* 18. [*p. ib. v.* 33. & *cap,* XIX. 4.

122. ADONIAS.

ADONIAS (*a.* ex Agide [*b.* quartus Davidis *filius, ingenio pravo & turbulento.* Stultâ enim regnandi cupiditate contra patrem senem tumultuatur: cum eo conspirant ambitione & amarulentiâ duo summi viri, & anteà Davidi amicissimi, Joabus dux, & Abjathar sacerdos. (*d.* In ipso *convivio, quod regio luxu & apparatu* Adonias *instruxerat,* (*e.* nuncius affertur regis insignibus uti Solomonem, unctum à Prophetâ, confirmatum à patre, receptum à multitudine. (*f.* Quâ *famâ territi complices* Adoniæ, *hinc inde dispersuntur,* (*g.* ipse ad aram confugit, & vitam à fratre flagitat. (*h.* Verùm, cùm insi-

dioso Sunamitidis conjugio regnum denuò qværeret, [i. à Solomone jubetur de templo avelli atq; interfici. [k.

ANNOTATIONES.

[a. Ebr. אֲדֹנִיָּה Adhonijah. LXXII. Αδωνίας. Vulg. Lat. Adonias Luther. Adonia. [b. Ebr. חַגִּית Chaggith. Gr. Αγγίθ 2. Sam. III. 4. 1. Reg. I. 5. 6. 1. Paral. III. 2. [c. 1. Reg. I. 5. seqq. (d. ibid. v. 7. 19. [e. ibid. v. 9. 19. 25. (f. ibid. v. 41. seqq. [g. v. 49. [h. v. 50. [i. 1. Reg. 2. 13. seqq. (k. ib. v. 24. 25.

123. NATHANES.

Nathanes ex Bathsabeâ Davidis alter filius, [a. patri charissimus qvem cum Salomone regni hæredem constituit, eâ conditione, ut alterius stirpe extinctâ, altera succederet. Igitur cùm Salomonis posteritas in Ochoziâ (b. desiisset, mater ejus sangvinaria omnem stirpem & sobolem Salomonis immaniter sustulit: [c, sed ereptus ei est adolescens Joas, [d. qvi è posteris Nathanis regno potitur. Hunc Nathanem ea de causâ Lucas Evangelista, loco Salomonis, in Christi genealogiâ collocavit. [e.

ANNOTATIONES.

Nathanes, Ebr. נָתָן Gr. Ναθαν. [a 2. Sam. V. 14. 1. Paral. III. 5. [b. vel rectiùs, Ahasjah. Confer infrà Histor. 206. 207. 208. [c. 2. Reg. XI. 1. seqq. [d. ibid. v. 2. [e. Luc. III. 31. Vide Theologos, qui Evangelistarum Harmon. ediderunt.

124. GA-

124. GADUS.

GADVS Propheta in Judæam, è solo Moabitarum, exemptu Davidem revocat, [*a.* ut ipsius videlicet liberatio in patriâ esset Ecclesiæ notior, & Deo potiùs, qvàm regi barbaro asscriberetur. Idem, cùm populum numerari & censeri rex jussisset, *è tribus* pœnis, inediæ, exilii, morbi *optionem unius proponit*: (*b.* cumq; rex postremam elegisset, & *populus multus pestilentiâ caderet*, regem instinctu Angeli hortatur, (*c. ut Deo Servatoriam extrueret & delicti superbi*, votis nuncupandis, & holocaustis offerendis, *veniam peteret, & fide certâ à Deo condonationem expectaret.*

ANNOTATIONES.

GAdius, *Ebr.* גָּד *Gr.* Γὰδ. [*a. 1. Sam.* XXII. *f.* (*b. 1. Paral.* XXII. *seqq.* (*c. ibid. v. 8.*

125. NATHAN.

NATHAN *propheta*, tempore Davidis, *nominis clarissimi, & animi liberrimi*: [*a.* missus ad ipsum. de regni perpetuitate, *optata loqvitur*: [*b.* & eundem, adulterii cædisqve reum, rectè qvidem, sed animosè objurgans, primum *iram Dei propter commissa facinora graviter denunciat*: deinde rursus *de mansvetudine ejusdem & facilitate salutariter & jucunde verba facit.* [*c.* In errore magno versatur, dum jubet Davidem *templum Deo extruere*: qvi error divinâ revelatione ei ostenditur, & aperitur, & ipse rex melius à Deo instituitur. (*e.* Factus adolescentis Salomonis

nis præceptor est,(e.quem *omni pietate doctrinâque tali adolescente dignâ, instruit.* Adoniâ tumultuante, *causam* Solomonis *tuendam, bonis & honestis rationibus, suscepit.* (f. Tandem jussu Davidis Solomonem inungens, coronam regiam suo discipulo imponit & ipsum populo laudibus meritis commendat.(g.

ANNOTATIONES.

[a. S*Irac. XLVII. 1.* [b. *2. Sam. VII.* [c. *cap. XII.* [d. *cap. VII. 2 3 seqq. 1. paral.* XIIX. 3. (e. *2. Sam.* XII. *24. 15.* [f. *Reg. I.* II, *seqq.* [g. *ib. v. 32. seqq.*

126. ABJATHAR.

ABJATHAR sacerdos, filius interfecti à Doëgo Achimelechi, (a. Temporibus Sauli ad Davidem se confert: (b. Absolonis, [c. cum eodem (d. exulare cupit, sed ab ipso Davide prohibetur. (e. Propter talem fidem, & optimi patris ejus memoriam, summi *sacerdotii dignitatem David ei tribuerat:* (f. sed *oblitus meritorum* cum Adoniâ conspirat: (g. qva de causâ Solomone in agrum Anathotensem relegatus, vitam privatus finit. (h. Honor sacerdotii à posteritate Ithamaris, in qvâ ad hunc ejus abnepotem, annos circiter octoginta duraverat, rursus in familiam Eleazaris transfertur.

ANNOTATIONES.

(a. A*Bjathar, Ebr.* אֶבְיָתָר *Ebjathar, uti scribit Vatablus, Gr.* Ἀβιάθαρ. *1. Sam.* XXII. *20.* (b. *ib. v. 23.*

(c. *scil.*

(*c. scil. temporibus.* [*d. scil. Davide.* [*e.* 2. *Sam.* XV. 24. 29. [*f. cap.* XX. 25. *Marc. II.* 26. (*g. 1. Reg. I,* 7. [*h. 1. Reg. II.* 26. *Confer. Hiſt.* 88.

127. SADOCHUS.

SADOCHUS [*a.* ſacerdos, de ſtirpe Eleazaris, filii Aaronis, procreatus filius Achitobi. (*b. In honore habetur* à Davide, cum qvo etiam, ſi ei permiſiſſet, ire in exilium voluit: (*c.* exulanti tamen, qvæ cavenda forent, per filium ſuum tacitè nunciari, fideliter curavit. (*d.* Demtum de Abjathare ſeditioſo *ſacerdotii munus* (*e. Salomon Sadocho confert,* (*f.* qvæ *dignitas in ejus familiâ multo tempore duravit.*

ANNOTATIONES.

[*a.* EBr. צָדוֹק *Gr.* Σαδώκ *Vulg. & Pagnin. Sadoc. Luth.* Zadok. [*b.* 2. *Sam.* IIX. 17. [*c. cap.* XV. 24. 27. [*d. ſcil. per Achimaaſum, qvi Zadoci iſtius filius fuit.* 2. *Sam.* XV. 27. *Reſpicit verò Auctor ad* 2. *Sam.* XVII. 17. *ſeqq.* (*e. 1. Reg.* II 27. [*f. ibid. v.* 35.

128. JONATHAS ET ACHIMAAS.

JONATHAS Abjatharis, Achimaas Sadochi filius, fratres patrueles, ambo ſacerdotes, explorato Abſolonis conſilio id Davidi enunciare contendunt, cum vitæ ſuæ diſcrimine: (*a.* prodíti à quodam Abſolonis ſervo, qui eos colloqventes cum ancillâ in agro viderat, *jubentur inquiri & comprehendi.* (*b.* Ipſi quoddam ingreſſi caſtellum, per hoſpitam in puteo abſconduntur, cujus ore obſtru-

obstructo latent, & milites *insequentes fallunt*. [r. David ab ipsis ad monitus, trans Jordanem è vestigio se recipit, & *periculum*, à filio nefario *imminens*, *declinat*. (d. Achimaas de percussò Absolone primus regi nuncius fuit: (e. Jonathas in populari tumultu Adoniæ restitit. (f. Missi ambo ad tribum Judæ legati, de Davidis animo tribulibus ipsius *lætum atque optatum nuncium afferunt*. (g.

ANNOTATIONES.

Jonathas *Ebr.* יְהוֹנָתָן *Gr.* Ιωνάθαν, *edit. Roman.* Ιωναθάν. *edit. Hamb. Pagnin.* Jehonathan. *V. L. & Luth.* Jonathan. *Achimaas, Ebr.* אֲחִימַעַץ *Gr. Achimaas. Vulg. & Pagnin. Achimaas*; Lutherus Achimaaz. [a. 2. *Sam.* XVII. 15. 16. 17. (b. *ib. v.* 18. *seqq. ic v.* 19. (d. *v.* 21. 22. [e. 2 *Sam.* XIIX. 19. 29. [f. 1. [. *Reg.* I. 42. *seqq.* [g. *videtur auctor respicere ad* 2. *Sam.* XIX. 11. 12.. *Sed ibi non de fratribus istis patruelibus, verùm de eorundem parentibus agitur.*

129. OZA.

Oza (a. Gabaonites, Aminadabi [b. filius (c. arcam Domini è domo paternâ eductam, unà cum fratre observantiæ causâ prosequitur. (d. In itinere bobus calcitrantibus, (e. *benna*, (f. in quâ arca vehebatur, *propemodùm eversa est*: quam ut sustineret, Oza *voluntate bonâ & religiosâ*, manum admovit, atque arcam tetigit. Ob id factum *mortuus subitò concidit*, cum magno ipsius

us Davidis, & multitudinis totius, stupore atque formidine. [g. Arcam tractare ad solos sacerdotes (h. pertinuit, & *muneris alieni usurpatio* huic viro mortem repentinam attulit.

ANNOTATIONES.

[a. Hebr. עֻזָּה *Ussah. Græc.* Οσά, *Vulg. Lat. Oza. Pagnin. Uzza, Luther.* Usa. (b. *juxta fontes & vers.* Luth. *Aminadabi.* (c. 2. *Sam. VI. 3.* (d. Luth. trieben den Wagen: *juxta fontes:* Deducebant *&c.* (e. *vide Adnotat. Munsteri ad h. l. & Marianæ Schol. in* 2. *Sum. VI.* (f. Benna *lingvâ Gallicâ genus vehiculi appellatur, unde vocantur* Combennones, *qui in eâdem bennâ vehuntur. Hæc Festus. Occurrit* benna *apud Catonem de R. R. p.* 23. *Ebræum est* עֲגָלָה *de quo vide* Schindler. Lex. *Pentagl. col.* 1268. (g 2. *Sam. VI. 6. 7. seqq.* (h. Sed *Abinadabus ille, cujus filius fuit Usa, erat* Levita *Crellius in promptuar. f.* 17.

130. URIAS.

URIAS Hethæus proselytus, (a. *vir clarus & strenuus, inter heroas seculi sui reputabatur.* (b. Ejus uxorem temerè visam, & *furenter amatam,* David rapuit, quæ cùm gravida esset facta, [c. è castris maritum evocat, ut, si domi suæ pernoctasset, adulterium regis celaretur (d. Vir optimus, dum arca Domini & exercitus regis *sub dio in tentoriis agerent,* intrare tectum, & uxorem tangere noluit. (e. David *& Dei ipsius & omnis pietatis immemor,* literas Uriæ ad legatum suum f. dat, in quibus perscribit, ut in acie hostibus objiciatur, in quâ ille *loco periculosi, diu si-*

dimicans pro patriâ & rege, *ſagittâ feritur*, & proditione Davidis aſſenſuqve Joabi, indigna interficitur. (*g*.

ANNOTATIONES.

URias אוּרִיָּה *Gr.* Ουρίας. [*a. Num Hethæi non erant Iſraëlitæ. Proſelytum etiam vocant Procopius & Theodor. Alii Hethæum dici putant, quòd in terrâ Hethæorum habitarit. Serarius nominis hujus rationem tradit iſtam, quod ſcil. præclari quid vel ipſe, vel majores ejus contra Hethæos geſſiſſent.* (*b.* 2. *Sam.* XXIII. *8.39.* (*c.* 2. *Sam.* XI. *5.* [*d. ib. v. 6.* [*e. ib.* v. *9.* 13. [*f. h. e. Joabum. v.* 14. *ſeqq.* [*g. ibid. v. 17. ſeqq. NB. Sanchez fabulam de Bellerophonte* [*cui Proteus litteras ad Jobaten, quibus Bellerophontis internecio mandabatur, dedit*] *ex Uriæ fato natam putat.*

131. ETHAIUS.

ETHAIUS [*a.* Gethæus proſelytus, [*b.* & cliens Davidis, ad populum Dei à Philiſtinis ſe aggregaverat. Davidem, filii Abſonis tyrannide fugatum, in exilium ſequitur, (*c.* cumque ei rex gratias ageret, inque urbem, *in quâ nuper ſedem fixerat*, reverti juberet, plane noluit ab ipſo diſcedere, *ſeque in vitâ & morte cum Davide manſurum promittit.* (*d.* Lectus inter optimates, *agmen* poſtremum (*e. duxit* contra Abſolonem, & *fidus* regis *amicus atque ſocius etiam difficillimo tempore manſit.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a. EBr. אִיתַי Ithai. LXXII. Εθὶ. V. Lat. Ethæi. Luth. Jthai. Pagnin. Itthai. Videtur ergò legisse אֵתַי [b. Nam Gethæi origine vel sangvine non erant Israëlitæ. (c. 2. Sam. XV. 19. seqq. [d. ibid. v. 21. (c. cap. IIX. 2. 5. Numeratur inter heroas Davidis 2. Sam. XVII. 29. 1. Paral. XII. 31.

132. CHUSAIUS.

CHUSAIUS [a. Arachites, *abundans animo & consilio*, Davidi filium fugienti occurrit, futurus exilii, *& periculorum, & spei etiam melioris particeps:* (b. cùm *se non temporis, sed regis amicum profiteretur.* Rex ipsum humaniter allocutus, suadet in urbem ut redeat, seque Absoloni subjiciat, in primis ad retartanda perjuri Achitophelis *pernitiosissima consilia.* (c. Adiens Absolonem *in numerum consiliariorum asciscitur.* (d. Achitophel cùm Davidem illâ ipsâ nocte insequendum, & fessum de itinere opprimendum censeret: Chusaius contra ipsum *speciosam dicens sententiam,* regem adhuc imperitum & ejus familiares, *in suas partes trahit.* (e. Intereà David admonitus, [f. è filii *manibus elabitur,* & noctis unius interjecto spacio, adipiscitur salutem. Absolonem *in prælio sublatum,* cùm cæteri ad regem deferre dubitarent, ipse *confidenter* cædem ejus *obnunciat.* (g.

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. חוּשַׁי *Chuſchai Gr.* Χωσὶ *Vulg.* Latin. *Chuſai. Pagnin. & Luther. Huſai.* [*b. 2. Sam.* XV. *32. ſeq.* [*c. ibidem verſ. 34. ſeqq.* (*d. cap. XVI. 16. ſeqq.* (*e. cap.* XVII. *5. ſeqq.* [*f. ibidem verſ. 15. ſeqq.* [*g.* ita *ſtatuit etiam Crellius Promtuar. bibl. fol. 531. reſpiciens ad 2. Samuel. XIIX. 21. 31. Sed ibi habetur in fontibus* כּוּשִׁי חוּשַׁי *non verò h. e.* Cuſi *non* Chuſchai, *neq; veroſimile videtur. Chuſaium, qvi ad Abſolonem videbatur tranſiiſſe, utpote fictum conſiliarium agens, eo momento, qvo interfectus erat Abſolon apud Joabum fuiſſe.*

133. BARCILAIUS.

Barcillaius (*a.* Galaadites, *vir magnificus & copioſus*, Davidi *maximè egenti, maximè munificum ſe præbet*, & exercitui ejus commeatum impertit: (*b.* qvod *beneficium* ita *opportunumq;* Davidi *accidit*, ut eum in aulam ſuam *vocaret pollicitationibus & honoribus.* [*c.* Verùm ſenectutem ſuam & vitæ conſvetudinem excuſans, *agere ruri*, & mori in patriâ præoptavit, *vitamq; aulæ ſplendidam* recuſavit: ſibi videlicet futuram moleſtam, ſeni octogenario injucundam, *voluptatum & deliciarum contemtori:* oneroſam deniqve, *calumniarum & invidiæ experti.* [*d.* Ne tàmen ſeni liberaliſſimo nulla referretur gratia, Chamaanem [*e.* familiarem [*f.* ejus ſibi commendatum, *in clientelam* rex *accipit*, jam jam morituru filio Salomoni mandat,

dat, ut liberis Barcillai *benignè faciat*, & eos de mensâ regiâ ampliter alat. [g.

ANNOTATIONES.

(a. Br. בַּרְזִלַּי *Barsillai.* LXXII. Βερζελλὶ. *juxta edit. Rom. vel* Βερζελλὶ *juxta Hamb. V. R. Berzellai. Pagn. Barzillai. Luth. ex Ebr.* Barsillai. (b. 2. *Sam.* XVII. 27. *seq.* c. XIX. 32. [c *ib. v.* 33. *seq.* (d. *ib. v.* 34. 35. 37 37. [e *Ebr.* כִּמְהָם Chimham. LXXII. Αχιμααν, *juxta edit. Hamburg. vel* χαμααν. *juxta Rom. & Londin. Pagn.* Chimham. *Luth.* Chimeam. 2. *Sam.* XIX. 38. (f. *Crellio fol.* 130. *col.* 3. *est filius Barsillai. Vide de illo* 2. *Sam.* XIX. 38. 40. [g. 1. *Reg II.* 7.

134. SIBA.

SIBA (a. quæstor Miphiboſedi, Jonathæ filii, (b. *ſtudioſior ſui commodi*, quàm regii adoleſcentis, Davidem ab impio filio pulſum *juvat commeatu*, ſed *falſo crimine* ſuum *herum accuſat*: (c. cujus delationis gratiâ bonis herilibus potitur. [d. Poſt partam de Abſolone victoriam, cum filiis quindecim & vernis viginti, agricolis robuſtis Davidi rurſus occurrit, *eique vadum Jordanis aperit*. (e. Propter ejusmodi beneficii conſtantiam datâ prioris cupiditatis veniâ partem bonorum heri ſui adhuc obtinet dimidiam, (f. non veritate tamen ſed adulatione.

ANNOTATIONES.

(a. Br. צִיבָא *Zibhah vel Tſibhah. Græc.* Σιβα. *Vulg.*

Vulg. & Pagn. Siba. Luth. Ziba. (*b 2 Sam. IX. 2. 10.* (*c. cap. XVI. 1. 3.* (*d. ibid. v. 4.* [*e. cap. XIX. 17. 18.* (*f. ibid. v. 29.*

135. SEMEJUS.

SEMEJUS (*a.* Sauli agnatus, (*b.* Davidis æmulus, *homo pravus & futilis*, Davidem fugientem non solùm *maledictis*, verùm etiam lapidibus *infectatur:* quæ *convitia*, & qvod facinus *animo patientissimo* rex *tulit*, nec illi vim fieri à milite passus est: (*c.* & *pro* istà *maledicentiâ*, in suâ afflictione, *à Domino bona expectat.* (*d.* Idem audito Absolonis interitu, supplex ad Davidem primus accedit, & trans Jordanem cum suis servitiis traducit, [*e. veniamq; procacitatis* merito recente *impetrat.* [*f.* Salomon *pœnâ capitali ei inter dixit, ne* extra urbem regiam exiret: qvod cùm ille faceret, servos qvosdam fugitivos insequens, *capitis supplicium incurrit.* [*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* EBr. שִׁמְעִי *Schim-i, per* duas *syllabas Gr.* Σεμεΐ. *Vulg. Lat.* Semei. *Pagnin.* Simi. I *utherus.* Simei. *Videtur ergò Lutherus legisse Scheva sub littera* ם. (*b. 2. Sam. XVI. 5.* (*c. ibid. v. 10.* [*d. v. 12.* (*e. v. 16. 18.* [*f. v. 19. 23.* (*g. 1. Reg. II. 8. 9. 36. 42.*

136. ACHITOPHEL.

ACHITOPHEL tantâ apud Davidem æstimatione habitus, [*a.* ut qvidqvid diceret, de cœlo prolatum duceretur. [*b.* Defectione ejus tantoperè David consternatus est, ut nullo unqvam peri-

periculo magis. [c. Tantâ perfidiâ fuit, ut de comprehendendo Davide (d. daret consilium: tenta improbitate ut Absoloni auctor esset *torum paternum* luce clarâ coram populo *contaminandi*. (e. Cùm autem suum consilium utile repudiari, suamque auctoritatem Chûsai sententiâ minui videret: indignatione victus, ex urbe discedit, & *præ impotentiâ ac trepidatione laqueo sibi fauces intercludit*. (f. Preces Davidis hunc sceleratum aulicum ad suspendium adegerunt. Filius ejus Helian, (g. viris sui ævi est fortissimis annumeratus. (h.

ANNOTATIONES.

A *Chitophel, Ebr.* אחיתפל Gr. Αχιτόφελ. *Vulg. Achitophel. Luth. & Pagnin. Ahitophel.* (a. 2 *Sam. XV.* 12. (b. *cap. XVI.* 23. [c. *cap. XV.* 34. (d. *cujus consiliarius fuerat.* [e. *cap. XVI.* 22. [f. *cap. XVII.* 23. *Negat Heinsius, Achitophelem laqveo sibi fauces interclusisse, Exercit. p. m. 76. Antiqvi Achitophelem typum Judæ proditoris putant: sicut Davidem typum Christi vulgo dicunt. Cum Heinsio ferè consentit Elias in Thisbi, ubi Achitophelem catarrho fuisse suffocatum putat. Cornel. à lap. in 2. Sam. XVII. fol. 66. 1. C. communem v. de suspendio sententiam seqvitur etiam Josephus lib. VII. Antiq. c. 9. Vide sis locum lectione dignissimum. Mariana in Schol. ad 2. Sam. XVII. f. 164. col. 1. D. ait:* qvidam putant obiisse ex stranguriâ. *Et paulò pòst addit: stranguriæ, dolor omnium dolorum maximus est, Plin. lib. XXV. c. 3.* [g. *cap. XXIII. 34. ubi inter heroas Davidis numeratur.*

Iste Elian [*ut Luth., ex Ebr. vocat*] *vel* Heliam *pater fuit Bathsabeæ* 2. *Sam.* XI. 3. *itaq.* Achitophel Bathsabeæ avus *fuit.* (*b.* 2. *Sam.* XXIII. 34.

137. SEBA.

SEBA [*a.* Bichri filius, *juvenis audax & inquietus*, vix sedato Absolonis tumultu, novos terrores ciet, tribusque Israëliticas omnes à tribu Juda avellit. [*b.* David, intellectâ ejus confidentiâ, præfectos suos ad eum capiendum celeriter mittit, à quibus *intra muros oppidi* Abelæ *improvisò obsidetur.* Cives *timidi & hæsitantes*, mulieris cujusdam suasu, *caput.* Sebæ *amputant*, & extra vallum projiciunt, [*c.* Hominis temerarii morte, & *urbs ab excidio manet incolumis*, & cæteri factiosi subitò *redeunt ad officium.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* שֵׁבַע Schebah. *Ga.* Σαβεὶ. *edit. Rom.* Σαβεαὶ, *edit. Hamb. Luth. Pagnin. Vulg. Lat.* Seba.

(*b.* 2. *Sam.* XX. *1. seqq.* (*c. ibid. v.* 4. 5. 6. 7. 14. 15. 22.

138. JASABEAMUS.

JASABEAMUS (*a.* Hachimonis filius, (*b. dignitate, prudentia, fortitudine, vir omnium eminentissimus. Tempore persecutionis* Saulis, *quo optimo quisq; in maximo periculo fuit*, in speluncam Odollam ad Davidem venit, & ejus *se agmini adjungit.* Philistinos trecentos, ut in libro primo Chronicorum scribitur: octingentos, ut in libro altero Samuelis, uno prælio ipse solus prostra-

stravit: (c. quod si diversis etiam temporibus factum esset, pro miraculo haberetur.

ANNOTATIONES.

(a. E Br. יָשָׁבְעָם Gr. Ιεσεβαδὰ, edit. Rom. Ιεσβαὰν, edit. Hamb. V. L. Jesbaam Pagn. Jasobam. Luth. Jasebeam. (b. 1. paral. XII. 11. juxta Luther. vers. vel XI. juxta Ebr. & LXXII. [c. ib. & 2. Sam. XXIII. 8. D. Friedliebus in h. l. f. 372. col. 1. dicit, diversa fuisse prælia, de qvibus 1. Paral. XI. vel XII. & 2. Sam. XXXIII. agitur, & in uno prælio cæsos fuisse trecentos, in altero octigentos. Qvod verò ad Davidem in speluncam venerit, habetur 1. Paral. XII. vel XI. §. 15. 2. XXIII. 13.

139. ELEAZAR.

ELEAZAR (a. Dodi filius Ahohites, suâ virtute, ad provocandos Philistinos profectum exercitum liberavit, cumque *res in summo esset discrimine*, pugnavit tamdiu, ut manibus defatigati gladius ita adhæreret præ sudore, ut ei eripi difficulter potuerit. *Victoriâ ingenti potitur, & hostes cæsos dat sociis spoliandos, præ lassitudine* ipse *destitutus viribus.* Hic locum inter heroas Davidis secundum obtinuit. [b.

ANNOTATIONES.

[a. E Br. אֶלְעָזָר El-asar. LXXII. edit. Rom. Ελεαναὰν. edit. Hamb. Ελεάζαρ. V. L. Eleazar. Sic & Pagninus. Rectius ad fontes Luth. Eleaser. (b. 2. Sam. XXIII. 9. 10. 1. Paral. XII. vel XI. v. 12. 13. 14.

140. SAMMA.

SAMMA Agæ filius Hararites, Philistinos *agrum villæ* cujusdam *diripientes*, invadit, & villam ipsam defendit. Socii ipsius *ex alia parte* fugati sunt, sed *suam ipse stationem non deseruit, solusque dimicans hostibus terrori, Suis saluti fuit, & victoriam amplam retulit.* Inter Davidis heroas tertius reputatus. [*a.*

ANNOTATIONES.

S*Amma, Ebr.* שַׁמָּה *Schammah. Gr.* Σαμαΐα, *edit. Rom. vel* Σαμαίας, *edit. Hamb. V.* L. Semma. *Lutherus & Pagninus, Samma.* (*a. 2. Sam. XXIII. 11. 12. Videtur etiam dici* Samoth, *vel Gr.* Σαμαωθ *1. Paral. XII. vel XI. v. 27.*

141. BANAIAS.

BANAIAS [*a.* Jojadæ *viri fortissimi, filius præstantissimus*, duo Moabitarum castella [*b.* cum suis præfectis capit, & leonem in cisternam lapsum, sine armis aggressus strangulat (*c.* Provocatorem Ægyptium, altum cubitos quinque, *dignum videlicet spectaculo hominem*, pedo aggreditur, &, extortâ ei de manibus validâ hastâ, suo ipsum telo superat. [*d.* Hunc David sibi adhibuit, ut à secretis esset, [*e.* eumque *regiarum cohortium ducem fecit:* (*f.* Salomon, ut *esset à corporis custodia*, qui deinceps post Adoniam, [*g.* Joabum, (*h.* Semeium [*i.* interfectos, eum *toti suo*

præ-

præficit exercitui. (*k. Inter heroas suorum temporum nominatissimos, præcipuam ferè laudem tulit.*

ANNOTATIONES.

[*a.* E *Br.* בְּנָיָהוּ *vel* בְּנָיָה *Gr.* Βανέας, *edit. Hamb. vel* Βαναίας, *edit. Rom. Vulg. Lat. Banajas. Pagninus & Lutherus Benaja.* (*b. 2. Sam.* XXIII. *20. fontes ita habent:* הִכָּה אֶת־שְׁנֵי מְרִיאֵל מוֹאָב *Pagninus:* Percussit duos fortes Moab. *Junius ac Tremellius:* duos valentissimos Moabitas. *Tigurina anno 1530.* zweene starcke Helden der Moabiter: LXXII. τὰς δύο υἱὰς Ἀριὴλ Μοάβ. *Vulg. Latin.* Duos leones Moab. *Lutherus:* zweene Löwen der Moabiter. *Unde itaq; Auctor opinionem de* duobus castellis *hauserit, non video. Chaldæus interpres* Magnates *substituit. Confer. Cornel. à lap. in 2. Sam.* XXIII. *f. 88. 2. A. B.* (*c. 2. Sam.* XXIII. 20. 21. [*d. 1. Paral.* XII. *vel* XI. 23. [*e. 2. Sam.* XXIII. 23. [*f. 1. Paral.* XXIIX. *juxta* Luth. *vers. vel* XXVII. *juxta Ebr. text. §. 5. 6. 2. Samuel.* VIII. *18.* XX. 23. *1. Paral.* XIX. *17.* (*g. 1. Reg. II.* 25. (*h. ibid. v.* 28. 34. *ibid. v.* 42. 46. [*k. 1. Reg. IV. 4.*

142. HADADEZER.

HADADEZER [*a.* rex Sobæ, [*b.* regis Damasceni auxilio, (*c.* ultra Euphratem imperium suum extenderat. (*d.* quem unâ cum socio suo, David rex *prælio memorabili devicerat.* (*e.* Eo superato David equis captis nervos incîdit. (*f.* & *prædam magnam & opulentam* templo dicavit (*g.*

æqua postea facta sunt vasa aurea, item labrum, columnæ, altare æneum. Idem *bellum renovans*, ducem Sobachum mittit, è cujus exercitu David quadraginta millia militum cædit, octo & quinquaginta in fugam conjicit. [*b.* Sobachus *vulneratus oppetit.* (*i.* Tàm *grandi clade domitus, pacem* cum Davide *iniit eique factus est tributarius.* (*k.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. חֲדַדְעֶזֶר *inde* Luther. Hadadeser. LXXII. *edit. Hamb.* Αδεραζες. *Sed edit.* Roman. Αδεραζάς. *Vulg. Lat. Adarezer.* 1. *Paral.* XVIII. *3. seqq. vocatur Hadareser Resch. posito pro Daleth* [*b.* Ebr. צוֹבָה. Luth. Zoba. (*c.* 2. *Sam.* IIX. *3. 5.* (*d.* 1. *Paral.*, XIX. *3.* (*e.* 2. *Sam.* IIX. 3. *seqq.* X. *16. seqq.* (*f. cap.* IIX. *4.* 1. *Paral.* XIX. *4.* (*g.* 2. *Sam.* IIX. *7. 11. seqq.* (*h.* 2. *Sam* X. *16. seqq.* (*i. ibid. v. 18.* [*k. ibid. v. 19.* NB. *Nugacissimum est, quod Benjamin in itinerario comminiscitur, Hadadeserem istum, metu Davidis profugum, in Italiâ Puteolos condidisse.* *Vide* Lud. de Diu Animadvers. in V. T. p. 169.

143. ANNON AMMONITA.

ANNON (*a.* Ammonitarum Rex, Naæ filius, paterni in Ebræos odii imitator, (*b.* Legatis Davidis ad se honoris causâ missis partem barbæ radi, & oras vestium præscindi jubet, ludibrii causâ: quam *injuriam* cùm sciret regem potentem *ulturum, militem conscribit*, & regum è Syriâ quærit societatem. Agmen duplex ducentem, invadunt

vadunt Joabus & Abisaius fratres, Davidis avunculi. Joabus Syros, Abisaius Ammonitas *in fugam vertit, & compellit intra præsidia.* (c. Ammonitæ *bellum instaurantes viribus majoribus* iterum fugantur; quibus deinceps *ferre auxilium* Syrii *detrectant.* (d.

ANNOTATIONES.

(a. Br. חָנוּן Chanun. LXXII. ἀνὼν. Lat. V. Hanon, *quod* Luth. *etiam retinuit.* [b. *Vide supra Histor.* 101. [c. 2. *Sam.* X. [d. *ib.* §. 19.

144. HIRAMUS TYRIUS.

HIRAMUS Tyri rex, & cum Davide, (a. & cum Salomone (b. propter utriusque virtutem & sapientiam, *fœdus multorum annorum habuit.* Ad extruendum templum & regiam, non modò materiam lignorum, verum etiam fabros & artifices mittit: (c. ipse à Salomone vicissim, pro *aulæ* suæ *alimentis*, triticum atque oleum accipit, (d. Urbes aliquot desertas Salomoni donat: [e. sibi vicissim ab eo donatas, tanquam viles & lutosas contemnit. (f. Classem cum Salomone instruit in Ophyram (g. *insulam, auriferaciſſimam,* (h. nominis Judaici, & regum sapientissimorum socius *& amicus, totius vitæ tempore fidelissimus.*

ANNOTATIONES.

HIRAMUS, Ebr. חִירָם *Chiram. Aliquando scribitur* יוֹרָם 2. *Paral.* II. Gr. χειρὰμ. *Vulg.* Latin. *Lutherus & Pagn.*

Pagninus: Hiram. [*a. 2. Sam. V. 11. seqq.* (*b. 1. Reg.* V. *1. seqq.* [*c. ibid, v. 7. seqq.* (*d. ibid. v. 11.* (*e. 2. Paral. IIX. 2.* (*f. 1. Reg. IX. 11, seqq. Quæ fuerint urbes illæ & ubi sitæ, vide in adnotat. D. Quistorp. ad h. l. &. apud D. Friedlieb. fol. 387. quæst. 20. 21. 22.* [*g. De hac ita D. Friedlieb. fol. 385. Est provincia in India occidentali, & quidem ea, quæ hodiè vocatur* Peru, *cujus delineationem vide apud Ortelium, Thevet, & alios. Consentit Crellius in Promt. fol. 743. col. 3. Idem adserit Ar. Montanus in Præfatione libri Phaleg. seu de sedibus gentium. Addè Glass. in Gramm. S. p. m. 847. ubi plura notabilia de hac materia. Dn. M. Lipenius loco jam citando putat, fuisse Indiam extra Gangen. Recensetetiam pleraſq; aliorum opiniones. Et Mariana in Schol. ad h. l. ait: Ophir quidam* Peru *esse credunt, de quo 2. Paral. III. 6. alii* auream Chersonesum *quæ hodiè* Malaca *creditur, aut propè eam. Vide integram de Ophir disputationem M. Lipenii, hodiè Conrectoris Hall.*

145. SALOMON REX. III.

SALOMON [*a.* Davidis è Bathsabeâ filius, (*b.* præceptorem habuit Prophetam Nathanem: (*c.* à quo etiam *regni diademate ornatus est.* (*d.* Jussus à Deo petere, quæ vellet, sapientiam petiit: (*e. Deo* ipsi *dante & sapientiam in auditam, & divitias immensas,* Templum Domini sumtuose, (*f.* regiam (*g. magnificè extruxit:* urbes munivit, [*h.* fecit horrea, (*i.* classem ædificavit. (*k.* Satellite usus est Chrysaspide. (*l.* Nominis sui veneratione atque terrore finitimos à patre non subactos,

actos, *ad tributa cogit pendenda.* (*m.Eum propter virtutem coluit* rex Tyri: (*n.* propter sapientiam adiit Arabiæ regina: (*o.* propter felicitatem admirati sunt omnes nationes & populi. (*p. Mulierum* externarum *amoribus insanis correptus*, (*q. aspersit maculam existimationi suæ.* Nam ab illis *occæcatus per blanditias*, deos gentiles adoravit, & in eodem monte, quo Dei templum stetit, Astratæ (*r*, fanum posuit, ut aliis locis, diis aliis, quibus *scandala in populo Dei horrenda sunt excitata.* Regnavit annos quadraginta, (*s.* summâ gloriâ & felicitate, mortuus ætatis secundo & quinquagesimo. (*t. Reliquit doctrinæ & scientiæ suæ monumenta insignia.* (*u.* Christus præfert omnibus ornamentis Salomonis, flosculorum in agro pulchritudinem.

ANNOTATIONES.

(*a.* EX LXXI. *qui scribunt* Σολουὼν. *Vulg.* Lat. *Salomo. Ebraic.* שְׁלֹמֹה *Schelomoh.* (*b. 2. Samuel.* XII.24. (*c. ibid.* (*d. 1. Reg. I.32. seqq.* (*e. 1. Reg.3.5 seq.* [*f. cap. VI. 1 seqq.* [*g. scil. domum vel arcem. 1. Reg. VII.* [*h.* 1. *Reg. IX.* 16.17.18. (*i. ibid. v.19.* (*k. ibid. vers. 26.* (*l. h.e. auros clypeos gestante. 1. Sam. X.16.17.* (*m. 1. Reg.* IX. *20.21.* [*n. cap.* V. §. *1. seqq.* (*o. cap X.1. seqq.* [*p. ib. 23.24. seq.* (*q. cap.* XI. *1. seqq.* [*r. Ebr.* עַשְׁתֹּרֶת Aschthoreth 1. *Reg.* XI. *5-33. Vide* Lexicon Philolog. *Martini in voce Astoroth, & voce DEA. Confer etiam Scholia Marianæ in h. l. ubi & reliqua idola, quorum 1. Reg.* XI. *fit mentio explicantur.* [*s. ib. v. 42.* [*t.* Vide

Crel-

Crellium in Prompt. Bibl. f. 782. col. 3. ubi dicit, mortuum esse Salomonem anno ætatis 60. Calvisius nativitatem ejus ponit in A. M. 2910. obitum verò in A. M. 2969. Fuisset E. 59. annorum. (u. scil. tres libros Canonicos, Proverbia nimirum Ecclesiasten & Canticum canticorum. [*x. Math. VI. 29. Luc. XII. 27. Mensam Salomonis Taricum, copiarum Saracenicarum Ducem, capto Toleto, circa ann. Christi DCCXI. in villâ quadam repertam Caliphæ Walidi obtulisse scribit Aras Historicus apud Dilherr. tom. 1. Disp. Philol. p. 59. Quid de æternâ Salomonis sit statuendum, vide apud.* D. Friedlieb. *Theolog. Exeg. V. T. f. 387. col. 2. q. 26. & D. Walther. Officin. Bibl. §. 928. Salomonem* LXX. *linguas calluisse, quidam nugantur. Vide Hotting. Smegm. Orient, lib. I. p. 64. Plura de Salomone congessit M. JOH.* Petersken *in Diss. de* Salute Salomonis *Jenæ ann.* LVII. *habitâ. Josephus lib. IIX. Antiq. c. 2. nugatur, Salomonem de incantamentis & formulis Dæmonas ejiciendi, libros quosdam scripsisse. Vide Relig. Medici Argentor. in 8. cum Schol. edit. p. 153. Alcoranus apud auctorem Annotat. in Relig. Med. p. 145. fabulatur, quòd Deus subjecerit ventos ac dæmonas mandato Salomonis, & quòd dæmonem alii exstruxerint palatia, alii se mari immersérint, ut Salomoni margaritas adportarent, item, quòd Salomon exercitum coëgerit ex hominibus, Dæmonibus & avibus, illumq; conduxerit ad vallem formicarum, tuncq; regina formicarum formicis suis imperavit, ut se absconderent: Salomoq; illis verbis perceptis totus attonitus, redditus fuerit, ac tandem upupam adlocutus, quæ mirà novâ de Reginâ Sabæ illi dixerit. Nugæ nugarum.*

146. ARA-

146. ARABIÆ REGINA.

ARabiæ (*a.* reginâ (*b.* rumoribus excita è Sabâ Jerosolymam, *cum ingenti agmine principum, & virorum lectissimorum accedit: thesauros multos & preciosos gemmarum atque auri, & frugum odoriferarum* secum deportat, [*c.* & inprimis radices balsami, ut recentiores Græci tradunt. Habito cum rege sermone; *nihil tàm insolitum* fuit, *cujus causam ignoraret:* (*d. nihil tàm absconditum, quod non intelligeret: nihil tàm abstrusum, quod non explicaret.* Magnitudine eruditionis & sapientiæ regina obruta sic fuit ut, *nihil haberet amplius, quod proponeret:* sic obstupefacta, ut rapta extra se videretur, pudore atque silentio. Reginam hanc Salomon *oneratam muneribus dimittit:* (*e.* studium ejus in cognoscendo, Christus ipse commendat. (*f.* Domum reversa nomen Dei, sapientiam regis, splendorem populi, felicitatem gentis totius, neque admirari neque extollere satis potuit.

ANNOTATIONES.

[*a* NOn Æthiopiæ. *Rationes vide apud D. Quistorp. in adnotat. ad* l. *Reg. X. p.* 305. [*b. Fulgos. teste D. Gerhardo part. 3. homil. in 8. p.* 598. *illam vocat* Nicaulam. *Ita & D. Hutterus vocat in Loc. Theol. p. m.* 273. *Sed* Abyssini *in fidei suæ confessione* Maqvedam *appellant. A Rabbinis in libro Jachasia dicitur* Nicolaa. (*c. 1. Reg. X. 1. seqq.* [*d. scil. Salomon.* (*e. ib. v.* 13. (*f. Matth. XII.* 42. *Luc.* XI. 31, *Cajetanus.*

Augu-

Eugubinus, Gagnejus, Baronius Svarez, & Pineda lib. V. de rebus Salomonis cap. XIV. *ex Sabâ Arabiæ felicis veniſſe hanc reginam putant. Alii ex Sabâ Æthiopiæ arceſſunt: quorum argumenta exponit Cornel. à Lap. in 1. Reg.* X. *f.* 155. *l.* 2, *ubi plurima de Reginâ iſtâ colligit.*

147 ADADUS.

ADADES [*a.* Idumæus, è manibus Joabi, omnem ſtirpem maſculam delentis, ætate tenerâ [*b.* ereptus, cum manu Moabitarum, quam aſciverat, exulatum abiit in Ægyptum. (*c.* Ibi propter induſtriam affinitate regiâ & *honoribus auctus*, in patriam redit, Syriæ partem armis ſubjugat. Potentiâ ejus creſcente, regi Salomoni adverſatur, & *ex* ipſius *provinciis prædas hinc inte agit, nemine prohibente:* cùm duces Solomonis non expectaret, *omnia fraudulenter ageret.*

ANNOTATIONES.

[*a.* הדד Hadad. *Gr. edit. Hamb.* Ἀδὰρ. *Rom.* ἄδεϱ. *Vulg. Adod. Luth. & Pagnin. Hadad.* (*b. 1. Reg.* XI. 17. [*c. ib. v. 18.*

148. REZON.

REZON Eljadæ filius, regis Hadadezeris *miles transfuga:* (*a.* propter audaciam & ſucceſſum dux latronum fit, & urbem regiam Damaſcum occupat. Iſraëlitas *vexare incurſionibus & latrocinio* non deſtiit, & Salomonis qui *regum vicinorum terror* erat, potentiam ſuſtinuit, adeò ut ei non valeret reſiſtere, modo his modò illis agris

gris atque *urbibus vim præter opinionem inferenti.* Hoc Salomoni accidit propter cultum idolorum, & furores non legitimos.

ANNOTATIONES.

REzon, *Ebr.* רְזוֹן *Reſon. Gr. edit. Hamburg.* Ρεζὼν. *In editione Rom. & Londin. non habentur verſ. 23. 24. 25' quibus hæc de Reſone Hiſtoriala continetur 1. Reg. XI. Vulg. Lat.* Razon. *Pagn.* Rezon. *Luth.* Reſon. [*a. 1. Reg. XI. 23. 24. 25.*

149. HIRAMUS ARTIFEX.

HIRAMUS [*a.* artifex, patre Tyrio, matre Ebræâ progenitus: de tribu Nephtalim, (*b.* ut libri Regum: de tribu Dan, [*c.* ut Chronicorum teſtantur. Regibus Tyri *charus excellentiâ artis & ingenii:* ab iis ad Salomonem miſſus, [*d.* templum Dei, & arcem regis extruit, [*e.* tantâ peritiâ, tantoque artificio, ut ſimiles ædes opere, magnificentiâ, ſumtu, ornamentis, terrarum orbis nullibi habuerit.

ANNOTATIONES.

(*a.* EBr. חִירָם *Græc.* χιραμ. *edit.* Rom. *vel* χειραμ. *edit. Hamb.* [*b. ib.* [*c. 2. Paral. II. 14. Cõciliat hanc* ἐναντιοφανίαν *D. Friedlieb. fol. 382. ita: Poſteriori loco* Dan. *non accipitur pro* civitate *hujus nominis, quæ erat in tribu Nepthali apud fontem Jordanis. Adrichomius in tribu Naphtali num. 37. Hæc D. Friedlieb. Mater ergò fuit de tribu Naphtali, & oriunda quidem ex urbe Dan. Nec 2. Paral. II. 14. dicitur, matrem Hirami fuiſſe de tribu Dan, ſed de* filiabus *Dan.* [*d. 2. Paral. II. 13.* [*e. 1. Reg. VIII. 13. ſeq.*

150. ADONIRAMUS.

ADONIRAMUS (*a. spectatæ vir diligentiæ*, præfectus Salomonis ad inspiciendum labores & operas fabrûm trium (*b* millium & trecentorum, qui architectones (*c.* essent: bajulorum septuaginta millium, (*d*, qui onera portarent: lapicidarum [*e.* octoginta millium, qui saxa & marmora foderent. (*f.* Tam grave *munus*, *de voluntate Regis susceptum exequitur strenuè & viriliter, exemplum viri laboriosi & industrii.*

ANNOTATIONES.

[*a.* *Br.* אֲדֹנִירָם *Gr.* Ἀδωνιράμ. *edit. Rom.* Ἀδωνηρὰμ. *edit. Hamburg.* 1. *Reg. IV. 6.* (*b. cap. V. 16.* [*c. versu eod. dicuntur illi* נְצִבִים דֹּרְרִים dominantes in populo: *& ab initio versiculi vocantur* שָׂרֵי נְצָבִים *principes præfectorum* LXXII. ἄρχοντες οἱ καθεσταμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων &c. *edit. Hamb. item* ὑποστάτων. [*d. ibid v. 15.* [*e. Vulg.* Lat. *ex Græcis* Latomorum. *Ebræam* חֹצֵב *est à* חָצַב *Mariana ab h. l. ita. Octuaginta millia* cædens (*pro* cædentes. *Sic Chald.*) *neq; explicat, cæderent* lapides, *an* ligna, *quod* plerique (*ut & Lutherus*) *malunt.* (*f. Hæc non adduntur in textu sacro. Omissit Auctor* 30000. *viros, quibus præfectus erat Adoniramus 1. Reg. V. 13. 14. Cæterùm quæ Villalpandus Jesuita comm. in Jezech. tom. 2. f. 544. de lapide sepulchrali vel monimento, Adoniram defuncto in Hispaniâ circa Saguntum posito, & ibidem superiori seculo effosso refert, vel nugatur, ea expendit D. Dilherrus Disp. Philol. tom. 1 p. 56. & 462. ubi lectu digna reperies.*

GEOR.

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER QUINTUS.

Regni Israëlitici, seu Samaritani.

151. JEROBOAMUS. REX. I.

JEROBOAMUS [a. Ephraites. Nebathi filius, (b. satrapa Salomonis, *fortis & haud instrenuus*, decem tribuum rex à Propheta Ahia designatur. [c. Eâ famâ pervulgatâ, pavore in Ægyptum profugit: (d. & post Salomonis mortem reversus in patriam, *rex proclamatur publicis comitiis* (e. Mutandæ religionis *consilium*, ut regnum retineret, *omnibus hominum vocibus vituperandum init*, vitulos aureos in duobus regni finibus erigit, & dies festos & tempus adorationis per hypocritas instituit: (*f. pios & sinceros sacerdotes* civesque, *mores veteres retinentes, agit in exilium.* Prophetam monitorem cum ipse comprehenderet, *manus* ejus *motu privata exaresc it*, (g. quam precibus Prophetæ integram recuperat. (h. *Sæpiùs accusatus* ab Ahiâ, *nihilo fit melior:* unde quoties literæ sacræ regem impium appellant, Jerobeami dicunt secutum vestigia. (k. Regnavit annos duos & viginti, (l. hypocritarum pertinacissimus.

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* יָרָבְעָם *Jarobham. Pagninus: Jarobam. LXXII.* Ἱεροβοάμ. *V. L. Jeroboam. Luther. Jerobeam.* (*b. 1. Reg.* XI. *26.* [*c. ib. v. 29. seqq.* (*d. ib. v. 40.* [*e. c.* XII. *1. seqq.* [*f. ib. v. 26. seqq. De vitulis istis varia apud interpretes* ζητήματα *moventur.* [*1. An fuerint* duo, *an verò saltem* unus? *Quidam illud adserunt: at hoc alii. Inter illos est Haymo, Hugo, Lyranus &c. Sed obstat Hos.* X. *5. ubi in plurali* vaccæ *nominantur inprimis 1. Reg. XII. 28. & distributio in duo loca, in quibus positi dicuntur vituli. Nec quidquam probat, quod LXXII. apud Hoseam in singulari legant* τῷ μόσχῳ, *Nam major est fontium, quam rivulorum auctoritas. In fontibus autem est* עֲגָלוֹת *quod est pluræ.* [*2. an fuerint vituli integri, an verò capita tantum vitulina? Negant illud nonnulli: quòd vituli aurei Jeroboami ad imitationem illius, qui ab Aarone conflatus fuit, facti videantur: Cyprianus autem adserat, Aaronis vitulum non fuisse integrum, sed caput solùm vituli repræsentásse: quùm in libro de bono patientiæ eum* caput bubulum *vocet: quo cum sentiant Ambrosius epst. 62. Lactantius lib. IV. c. 10. August. in Ps.* LXXIII. *Hieronymus in Amos V. & alibi. Urgent quoque, Apin Ægypt. non fuisse imaginem vituli integri sed tantùm capitis vitulini: & ad ejus formam factum fuisse vitulum Aaronis, & vitulos Jeroboam, aliquandiu in Ægypto commorati.* (*3. Cujus sexûs fuerint capita ista vitulina? Quidam sexum masculinum, si quidem ex capite discerni sexus potuerit, propugnant. Alii verò*

fœmi-

fœmineum defendunt: urgentes fœm. plurale עֶגְלוֹת *qvod vaccas notat. Probare id conantur ex Herodoto, qvi doceat lib. II. boves fœminis maximè sacras fuisse Isidi apud Ægyptios. Unde Josephus lib. IIX. Antiq. cap. 3. vitulos istos Jerobeami* vitulas *fuisse dicit. Videatur Ribera in Hos. X. num. 12. Hæc breviter de vitulis Jeroboami. Aaronicum qvod concernit, eum R. Salomon fingit fuisse animatum, ambulasse præterea & comedisse nugatur, qvod probare contendit ex Psal. 106. ubi dicitur:* mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. *Sed homo insulsus non animadvertit, qvòd non dicatur:* In vitulum comedentem fœnum, *sed:* in similitudinem vituli comedentis fœnum. *Salomonem istum Lyranus & Abulensis operosè refutant. Notemus etiam vanitatem fabellæ Judaicæ vel Rabbinicæ. Rabbini enim qvidam dicunt, vitulum in deserto non ab Aarone arte conflatum esse, sed operâ Magorum Ægyptiorum, qvorum multi in tantâ colluvie sequti fuerint Ebræos Ægypto exeuntes. Aaronem, coactum à populo, tantum injecisse Aurum in ignem. Exod. XXXII. 24. magos verò ope Dæmonis illud in vituli formam effinxisse. Qvæ opinio Monceio placuit, qvi ingeniosè Aaronem ab Idololatriâ excusare nititur in suo* Aarone purgato. *Sed liber iste Romæ notatus, & in classem librorum prohibitorum relatus fuit.* [*g. c.* XIII. *1.* 4. (*h. ibid. v. 6.* (*i. cap.* XIV. *1. 2. 6.* 7. *seqq.* (*k. cap.* XV. *26.* 34. XVI. *19. 26 2. Reg.* X. *31.* XIII. *2. 6.* XVII. *21. & c.* [*l.* 1. *Reg.* XIV. *20.*

152. AHIAS PROPHETA.

AHIAS, Propheta Silonites, (a. temporibus Salomonis floruit, & regni a stirpe ejus alienationem *animo divino prævidit*. (a. Factus in agro obviam Jeroboamo, præfecto regio, pallium suum in partes duodecim æqvales discindens partes ei decem tradidit: (c. qvo signo *dominatus amplissimi spem indubitatam facit*, eiqve de Dei mandato, & *veræ pietatis studio fideliter qvidem, sed frustrà plane concionatur*. (d. Idem Jeroboami uxori, de filii morbo se consulenti, prædicit, & pueri mortem, & mariti cum omni ejus posteritate interitum. (e.

ANNOTATIONES.

(a. 1. *Reg. XI. 29. Ebr.* אחיה *Achijah, Gr.* Αχιὰ. *Vulg. Lat. Ahiah. Luth. Ahia.* (b. 1. *Reg. XI. 31.* (c. *v. 30.* (d. *v. 37.* (e. *cap. XIV. 1. seqq.*

153. PROPHETA NON NOMINATUS.

PROPHETA è Judæa missu ad Jeroboamum deeversione altaris Bethelensis vaticinatur, & nomen eversoris futuri nominat Josiam. (a. Iratus rex Prophetam vincire vult, sed prohibetur miraculo: (b. *rursus ei placatus* munera promittit, sed *ea* vir sanctus *repudiat*, non nescius *gratiam Dei non emi pecuniâ*. (c. Jussus iter suum jejunus conficere, ad Prophetam hypocritam, qui ab Angelo sibi nunciatum diceret, ut suo hospitio

ute-

uteretur, divertit, (*d.* quoniam *contra Dei jussum, prætextu tamen speciosо, fecerat,* inter eundum à leone dilaniatur, (*e.* & in sepulchro extra suâ patriâ conditur. (*f. Qui Deum non audit, etiamsi Angelos audiat, delinquit lethaliter.*

ANNOTATIONES.

(*a.* l. Reg. XIII. *v.* 2. *seqq.* (*b v.* 4. 5. 6. (*c. v.* 7. (*d. v.* 11. *seqq.* [*e. v.* 24. [*f. v.* 30. *Hunc prophetam* hypocritam, *ut Auctor vocat, Hieronymus in 2. Paral. X. appellat* Jaddo, *Hugo Cardinalis vero, Lyranus, Dionys. à Rickel, Serarius & Sanchez,* Addo. *Friedl. Th. Exeg. V. T. fol. 388. col.* 1. *Vide etiam eundem f.* 363. *q.* 5. *ubi docet, prophetam illum fuisse* verum prophetam. *Sed Chaldæus Paraphrastes vocat Prophetam* mendacem *nomine Micheam. Vide & Scholia Marianæ ad* 1. Reg. XIII. 11. *& Cornel. à lap. in loc. cit. Et Josephus lib. 8. antiq. c. 3. existimat fuisse illum* falsum *Prophetam. Verisimile est, quod ait Epiphanius, in vitis Prophetarum sub initium, Prophetam hunc fuisse* Joam, *quem Theodor. & Glycas vocant Joël; Tertul. lib. de Jejuniis contra Psychinos cap.* 16. *eum vocat* Semeiam, *Sic & Clem. Alexand. lib.* 1. *Strom. cap.* 1. *eundem appellat* Sameiam *filium* Amame.

154. NADABUS, REX. II.

NADABUS, Jeroboami filius: [*a.* patrio instituto impius, *regnandi a viditate bellum* Philistinis *infert* & urbem Gebethonem obsidet: (*b.* Cui insidias struens Baësa, æmulus ejus, in castris ipsum interficit. [*c.* In hoc Nadabe *stirps* & regnum Jeroboami *definit*, quodque per Ahiam Prophetam

Deus fuerat minatus perfido patri, (*d.* id statim in filio improbo perficit. Nadabus enim anno regni secundo *de vitâ tollitur miserrimè.*

ANNOTATIONES.

(*a. 1. Reg. XIV. 20. XV. 25. Ebraic.* נָדָב LXXII. *1. Reg.* XV. *25. vocant* Ναβάτ *edit.* Rom. Ναβάδ. *edit. Hamb. V. L. Luth & Pagn. Nadab.* (*b. 1. Reg.* XV. *29.* (*c. ibid. v. 28.* [*d. cap. XIV. 10. 11.*

155. BAESA, REX III.

BÆSA filius Ahiæ, (*a.* de tribu Isaschar, ad regnum scelere pervenit. [*b.* cui cum Propheta Jehus *voluntatem Dei exponeret, & ad pœnitentiam illum provocaret: eum nihili planè facit*, nec à viis malis atque impiis Jeroboami discedit. [*c.* Urbem Ramam munit, ut itum reditumve populo Asæ intercluderet: cum autem *propriæ fideret potentiæ*, à Benhadadâ Syro vincitur. [*e.* Romam, propugnaculum ipsius, Asa Judæ rex demolitur. (*f.* Regnavit annos quatuor & viginti. [*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* בַּעְשָׁא Bascha *Gr.* Βαασὰ. *Vulg. Lat. & Pagninus; Baasa. Tremellius: Bahascha, Luth. Baësa. Vide Reg. XV. 27.* [*b. ib. v. 28. 33.* [*c. cap. XVI. 1. seqq.* (*d. cap.* XV. *17. 21. 22. 2. Paral. XVI. 1. 5.* [*e. 2. Paral.* XVI. *2. seq.* [*f. ibid. v. 6.* [*g. 1. Reg* XV. *33.*

156. ELLA, REX IV.

ELLA Baësæ filius (*a. fatuus & temulentus*, Jehum Prophetam propter libertatem interficit.

ficit. [*b.* Ipse cùm *volutaretur in delitiis, & vino indulgeret cotidiè*, à Simrio *magistro equitum* (*c.* inter vina opprimitur, neque quisquam de omni ejus stirpe relinquitur superstes. (*d.* Regno præfuit annis duobus. [*e.*

ANNOTATIONES.

[*a. I. Reg.* XVI. 6. *Ebr.* אֵלָה *Elah.* LXXII. Ηλα. *Vulg. & Pagnin.* Ela. *Luth.* Ella. (*b.* 1. *Reg.* XVI. 7. (*b. ibid. v.* 9. (*d. ib. v.* 10. *seqq.* [*e. v.* 8.

157. JEHUS PROPHETA, MARTYR.

JEhus Propheta, (*a. mente intrepidâ Dei jussa executus*, Baësæ (*b.* & Ellæ (*c.* regibus, propter idololatriam testatur instare interitum, & sepulturam cum dedecore, quia canibus & avibus prædæ futuri essent. (*d.* Id sibi, non ad emendationem atque salutem, sed *ad* patris contumeliam, & *ludibrium sui, dici* Ella *existimans*, contaminat se sanguine innocente viri sancti, sua morte comprobantis, Dei voluntatem reges non esse celandam. [*e*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* יְהוּא LXXII. Ιὼ *Vulg.* L. *& Pagn. nec non Luth.* Jehu. 1. *Reg.* XVI. 1. 7. 10. (*b. ibid. v.* 1. *seqq.* (*c. ib. v.* 6. 7. (*d. ibid. v.* 4. (*e. ibid. v.* 7.

158. SIMRIUS REX V.

SImrius *audaciâ & astutiâ famosus*, rege necato [*a.* urbem Tharsam, [*b.* sedem regiam occupat,

cupat, & *diadema populo insciente rapit. Delat* in castra Israëlitica, Gebethonem obsidentia, [c. facti inusitati *novitate*, (d. & regis occisi nuncio, ducem militiæ Amrium regem creant, & ad Tharsam recuperandam exercitum universum adducunt. [f. Simrius *conscientia facinoris & periculi præsentia amens*, regiam clausam incendit, & cum scelerum sociis se cremat, [g. die tyrannidis occupatæ septimo. (h.

ANNOTATIONES.

[a. 1. *Reg.* XVI. 10. זִמְרִי *Gr.* Ζαμβρί. *Vulg. Lat. Zamri. Pagninus, Zimri. Luther. Simri.* [b. *Ebraic.* תִּרְצָה *Gr.* Θερσά. *V. L. Therſa. Luth.* Thirza. (c. 1. *Reg.* XVI. 15. (d. v. 16. [e. ib. (f. v. 16. (g. v. 18. [h. v. 15.

159. AMRIUS REX VI.

AMRIUS per tumultum regnum adipiscitur. Divisonem post Tharsam (a. in duas factiones populo, à non nullis eligitur Thibnius; sed Amrii fautores prævaluerunt: rege autem alterius factionis in ipsâ contentione mortuo, *consensit communi* Amrius *rex salutatur*. (b. Hic ædificat Samariam, (c. & propter loci opportunitatem, *in eam transfert aulam & domicilium: nec desistit cumulare majorum delicta gravissima*. (d. Annos regnavit duodecim. [e. Intercessit interregnum annorum quatuor.

ANNOTATIONES.

AMRAMUS *Ebr.* עָמְרִי *Omri, Gr.* Αμβρί. *Vulgat. & Lu-*

& Luth. Amri. Pagnin. Omri. juxta Ebr. (a. vel Thirzam. [b. I. Reg. XVI, 21. 22. 23. (c. v. 24. [d. v. 25. 26. (e. v. 23.

160. ACHABUS, REX VII.

ACHABUS, Amri filius *regum omnium impiissimus*, (a. propter uxorem gentilem & maleficam. [b. *Auctor fœdissimarum superstitionum est* fœdera cum exteris init, regem Judæ, Josaphatum, virum bonum & simplicem, seducit. [c. Nabotho primùm vineam, deinde *vitam eripit*, (d. Prophetam Eliam (e. *acerbè persequitur*, (f. Micheam percuti finit; (g. alium ignoti nominis à se abigit. [h. Pugnat feliciter cum Benhadada Syro *bis*, (i. tertio congressu *sagittâ percutitur*. (k. Elias & ipsi & uxori aliquoties *denunciavit dira* idem Micheas fecit, idem alii; sed *eos* aut *contemsit apertè*, aut decepit simulatione, aut fugavit iracundiâ. Ejus currus, in quo vulneratus erat, cùm in profluente Samariæ lavaretur, canes cruorem interfecti lamberunt. [l. Annos duos & viginti sceptrum renuit, (m. quo ne uno quidem mense dignus fuit.

ANNOTATIONES.

ACHABUS, Ebr. אַחְאָב *Achabh*, Græc. Αχαάβ. Vulg. Lat. *Achab*. Luth. & Pagninus. *Ahab*. (a. l. Reg. XVI. 30. 33. (b. ib. v. 31. [c. cap. XXII. (d. cap. XXI. (e. cap. XVII. (f. cap. XIIX. 10. [g. cap. XXII. v. 24. [h. cap. XX. 38. 43 [i. ib. v. 1. ad 33. [k. cap. XXII. 34. [l. ibid. v. 38. [m. cap. XVI. 29.

161. JEZABEL.

JEZABEL (*a.* Sidonia regis filia, (*b.* regis uxor, regum duorum [*c.* mater: *mulier importuna, iracunda, superba, habens & mentem & faciem fucatam Ecclesiasticis & politicis negotiis sese impudenter ingerens.* In sacerdotes Domini sine modo sævit, [*d.* hypocritas & honoribus auget, & suis alit stipendiis, Eliæ perpetuò insidiata est, *nec nomen ferre ejus potuit.* Nabotho *vitam* mendacio & perjurio *eripuit:* (*g. omne tempo ætatis influxu propudiosè egit,* marito Achabo, filioque Jorama, *fax impietatis & injustitiæ.* [*b.* Tandem de fenestrâ præcipitata periit, & equorum ungulis conculcata, & à canibus laniata fuit [*i.* sepulchro enim calvaria, pedes & summæ manus tantùm sunt illata. (*k.*

ANNOTATIONES.

[*a.* EBr. אִיזֶבֶל & *propter accentum* אִיזָבֶל *Isèbel vel Jsàbel. Gr.* ἰεζάβελ. *Vulg. Lat. Jezabel. Pagnin. Izebel. Luth. Isebel.* [*b.* 1. Reg. XVI. 31. [*c. scil. Ahasjæ, veluti Auctor Histor. 176. scribit, Ochoziæ, & Jorami, de quo vide Hist. 177.* (*d.* 1. Reg. XVIII. 4. 13. [*e. ibid. v. 19.* (*f. cap. XIX. 1. 2.* [*g. cap.* XXI. *5. seqq.* (*h. ibid. v. 7.* (*i.* 2. Reg. IX. *30. seqq.* (*k. ibid. v. 35.*

162. ELIAS PROPHETA.

ELIAS (*a.* Thesbites, (*b. Prophetarum maximus,* de cujus raptu & translatione absconditè Moses locutus est, (*c.* operum in credibilium effe-

effector. *Cœlum* ſuis precibus *claudit* (*d.* annos tres & dimidium, (*e.* rurſus pluvias à Deo impetrat: (*f.* ignem de cœlo vocat, [*g.* modò conſumentem holocauſta, (*h.* modò centuriones regios: (*i.* hoſpitæ filium mortuum ſuſcitat: [*k.* aquis melotâ (*l.* diviſis pede ſicco Jordanem tranſit. Regem Syriæ Azahelem: [*m.* & Jehum Iſraëlis ungit. (*u.* Cum Achabo *contentiones juſtas, pro laude divini nominis ſuſcipit:* (*o.* reges item Judæ, Joſaphatum & Joramum, & *verbis & litteris* hortatur & objurgat: nuncios Ochoziæ (*p.* igne cœleſti cremat: [*q.* Benhadadam Syriæ in morbo conſolatur. Tempore inediæ primum paſcitur à corvo, ei panes & carnes deferente: (*r.* deinde à viduâ, hoſpitâ Sareptanâ: demum in deſerto cibum illi Angelus miniſtrat, ubi etiam *præ animi dolore mortem optat.* (*t.* Poſt concilium Carmelitanum ſacerdotes Baalticos octingentos & quinquaginta ferro jubet interfici. (*u.* *Collegam ſibi aſciſcit* Eliſæum, *villanum hominem;* (*x.* Deum ſibi colloquentem audit in montibus Sina & Orebo: (*y.* in Thabore verò monte cum Chriſto colloquitur, tribus Apoſtolis præſentibus [*z.* Senex *turbine rapitur, & in cœlum evolat quadrigis igneis,* (*α.* cujus reditus à Malachiâ mundi temporibus extremis repromittitur. [*β.* Docuit annos circiter viginti.

ANNOTATIONES.

[*a.* E*Br.* אֵלִיָּה *aliquando* אֵלִיָּהוּ *Elijah. vel Elijah, Græc. edit, Rom.* Ηλιοὺ, *Hamburg.* Ηλίας. 1. Reg.

[1], Reg. XVII. 1. De Eliæ patriâ *vide Glass. Gramm. S. p. m. 819. & Heidman. in Palæst. c.* X. §. 75. *Bunting. Itinerar. f. m. 177.* (c. *Deut XXXIII. 20. 21. vide gloss. Luther. adverf. 19. Thisben. ad tribum Gad pertinebat. D. Friedlieb. fol. 273. col. 1. ita. Lutherus de Eliâ Gileade,* [*qvæ eſt civitas in tribu* Gad.] *oriundo, exponit, qvi latuit coram Jeſabele tempore caritatis. 1. Reg. XVII. 3. & tandem in cœlum ſublatus eſt. 2. Reg. II.* [d. *Sir.* XLVIII 3. (e. *Jacob. V. 17. 18. Adde 1. Reg. XVII. 1. 7.* (f. *Jacob. V. 18. 1. Reg XIIX. 1. 2. 41. 45.* (g. *2 Reg. I. 9. ſeqq.* [h. *1. Reg. XIIX. 38. ſeqq.* [i *vide locum, notatum ad lit. g* [k. *1. Reg. XVII. 18. 22. 23.* [l. Melota *à Gr.* Μηλωτὴ *qvod propr. eſt* pellis ovilla, *per Synecd.* qvævis pellis villoſa. *Ebr.* XI. 37. *Vide* Lex. *Chald. Syr. Buxt. p. 300. fin. Adde Spanhem. dub. Evang. part. 2. p. 666. Beza interpretatur per* viles & aſperos amictus. *Vetus vocabularium apud Martinium in Lexico Philolog. ita: Melota, æ, qvædam veſtis de pellibus facta, à collo pendens uſq; adlumbos, qvali Monachi utuntur &c. qvidam dicunt qvòd ſit* veſtis aſpera de pilis Camelorum facta &c. *Reſpicit verò Auctor ad 2. Reg. II. 8. ſeqq. ubi* LXXII. *adhibent* μηλω[τὴν. *Ebræum autem ibi eſt* אַדֶּרֶת, *quod vi radicis notat* veſtem magnificam. *Vide, qvæ ſuprà notavimus ad Hiſt. 72. litt. c. Sed generaliter* qvodlibet pallium *ita vocatur inprimis tamen eorum, qvi Deo devoti fuerunt. Unde &* Naſiræi *ejusmodi* μηλο[αῖς *uſi fuere, ut Hotting. obſervat Theſaur. philog. p. 22. fin. Confer. etiam 2. Reg. I. 8. ubi Elias vocatur in*

fonti-

fontibus אִישׁ בְּעַר: Vir Dominus pili *h. e.* [*ut D. Friedlieb. fol. 397. col. 1. exponit*] *habens pilum, seu pilosus. Idiotismus* possessorem *significans. Hoc ad vestitum refertur, qui fuit* villosus, Hæc *Fried. lieb. Unde Lutherus:* Er hatte eine rauche Haut an LXXII. ἀνὴρ δασύς. *h. e.* vir pilosus, villosus, hirsutus &c. [*m. vel Hasaëlem. Vide Hist.* 181. [*n. 1. Reg. XIX. 15. 16. (o. cap. XIIX. 16. seqq. XXI. 17. seqq. (p. vel Ahasjæ.* [*q. 2. Reg. I. 9. seqq. (r. 1. Reg. XVII. 4. 6. (s. ibid. v. 10. seqq. (t 1. Reg. XIX. 4. 5. .6 seqq.* [*u. cap. XIIX. 19. 40. (x. cap. XIX. 16* 1. Reg. XIIX. *9.* 10. *seqq. (z. Matth. XVII. (α. 2. Reg.* II. *11.* [β *Malach. IV. 5. ubi per* diem Jehovæ *non intelligitur dies novissimus, sed primus Christi adventus in carnem. Vide D. Quistorp. in h. l. Deinde per Eliam intelligitur* Joh. Baptista *non Elias Thesbita. Confer Matth. Evang. c. XI. 14. XVII. 11. seq. Marc.* IX. 11. *seq. Luc. I. 17. IX. 8. Joh. I. 21. Consentit* Burgens. & Vatablus *apud Marianam in Schol. Malach. IV. Vide quoq. D.* Friedlieb. *Theolog. Exeg.* V. *T. f 872.* D. Quistorp. *in Malach. p. 787.* Cameronem *in Myrothecio ad Matth. 10. inprimis autem D.* Althoferum *Harmon. p. 896. 897. Auctor videtur sentire h. l. cum plerisq; Doctoribus Pontificiis, qui sibi persvadent, Eliam, Thesbiten venturum esse ante novissimum diem. Sed hoc condonandum Auctori arbitror qvi Patribus quibusdam, qvi idem statuerunt, plq justo tribuisse videtur. Correxit tamen qvodammodò hanc opinionem infra Hist. 301. Conf. si placet, Dissertationes meas de Johanne Evangelistâ,*

in

stâ, in quibus de hac materiâ prolixius differo, & vanitatem opinionis de Eliâ in Paradiso terrestri superstite ostendo. De litteris ad Joramum, quo refer Auctoris verba: Joramum & verbis & litteris *hortatur & objurgat. &c.* Vide 2. *Paral.* XXI. *seqq. & infrà notas nostras ad Hist.* 205. *lit. s. Judæi in circumcisione hodiè sellam quandam collocant, in quâ superstitiosè credunt sedere Eliam, & spectare, utrum circumcisio rectè peragatur. D. Quistorp. in not. ad* V. T. *p.* 786. Vide *etiam Postill. Academ. Himm. fest. p.* 49. *& Munster. in notis ad Mal.* III.

63. VIDUA SAREPTANA.

VIDUA Sareptana, *insigni fide & benificentiâ mulier:* habitavit juxta Sidonem, in officinâ metallicâ. [*a.* Ad eam divino instinctu propheta Elias mittitur [*b.* cui *famis tempore*, jussa cibum parat, sibi unicoque filio detrahit: (*c.* ideò capsaci (*d.* aut urnulæ ipsius nunquam farina, aut gutto (*e.* oleum deerat, *totâ illâ tempestate difficilima.* [*f.* Filius ejus *morbo subito correptus extinguitur;* quem propheta adveniens, *motus misericordiâ,* precibus *in vitam revocat;* eumque matri lætæ atque exultanti restituit. (*g. Nullo bono nulloque solatio destituuntur, qui in alendâ Ecclesiâ sunt officiosi & munifici.*

ANNOTATIONES.

(*a.* VIde *Matthesii Sarept. concione.* 1. *p.* 3. 4. *edit. Lipsi. ann.* 1620. *Ebr. urbs illa vocatur* צָרְפַת *à* צָרַף conflando metalla purgavit vel defæcavit.

Schind-

Schindlerus in Lex. pentaglotto col. 1573. D. E. ita: urbs Sidoniorum, quasi in medio inter Tyrum & Sidonem sita, sic dicta ab officinis, in quibus vitra excoquebantur. Sidonij enim ac Tirij invenerunt artem parandi vitri ibiq; suas officinas habuerunt. LXXII. σαρεφθ ה locale pro notâ fœm. acceperunt. Hæc. Schindl. Edit. Rom. habet Σαρεπτά. Hamb. Σαρεπτα. Velut Luc. IV. 26. Occurrit etiam hoc nomeu Obadiæ §. 20. ubi quandam provinciam notat, quæ Judæis hodiè est Francia sive Gallia. Vid. Lexic. Ebr. Buxtorf. p. 660. & Schindler. col. 3574. inprimis Walæum in N. T. pag. 592. col. 2. fin. (b. l. Reg, XVII. 9. (c. ibid. §. 12. seqq. [d. pro Græco καψάκη h. e. cista à nominat. ὁ καψάκης. quod occurrit 1. Reg. XVII. 14. apud LXXII. sed ibi non est receptaculum farinæ, verùm olei. Vide Scapul. Lex. col. 745. in Κάπτω. [e. Guttus est vas in quod oleum mittitur, qvali Romani in balneis usi olim fuerunt. Vide For. Rom. Vide & Gellium lib. XVII. c. 8. Aliam specialiorem significationem, qvæ verò huic loco non convenit, vide apud Buchner. in Thes. Fabri. [f. I. Reg. XVII. 14, 15. 16. (g. v. 17. 23.

164. ABDIAS AULICUS.

ABDIAS, (a. aulæ regis Achabi præfectus, (b. benignus fautor Ecclesiæ, sed non apertus. In persecutione piorum, quam regina urgebat valdè immaniter, prophetas centum, in speluncâ abditos, aluit pane & aquâ. (d. Eliam ut audivit Samariam venisse, perturbatus est, eique significavit, quòd quæsitus ad eadem sit in totius regni finibus. (a. Regi jussus indicare, Eliam

adesse, metu id facere primùm noluit, (*f.* deinde cùm *animum recipisset*, confidenter id fecit. [*g. Fideles & fortes concionatores reddunt pios & animosos discipulos.*

ANNOTATIONES.

[*a.* *Br.* עבדיהו Obhadjahu. *Gr. edit. Rom.* Αβδιὰ *Hamb.* Αβδίου. *Vulg. Lat. Abdias. Pagnin. Obadjahu. Luther.* ObadJa. [*b.* 1. *Reg.* XVIII. 2. (*c. ib. v.* 4. 7. 12. 13. (*d. v.* 4. 13. (*e. v.* 10. (*f. v.* 9. [*g. v.* 16.

165. NABOTHUS.

NABOTHUS Jezraëlita, prope regis palatium vinetum coluit, *fundum paternum*: quem regi neque *vendere precio* voluit, neq; *permutatione concedere*, (*a.* lege videlicet divinâ prohibitus. Eâ de causâ Achabus tantoperè stomachatus est, ut *cibum præ ægritudine non caperet.* [*b.* Regina facinorosa literas ad senatum & optimates mittit, quibus Nabothum læsæ Majestatis falsò accusat: [*c.* is vocatus in judicium, & testibus conductis damnatus, *saxis obruitur.* [*d. Ejus* vinetum rex ocupat, [*e. agri alieni raptor* injustus: cujus tamen possessionem filii regii non retinuerunt.

ANNOTATIONES.

[*a.* 1. *Reg.* XXI. 1. *seqq. Ebr. dicitur* נָבוֹת *Græc. edit. Rom.* Ναβαθαὶ. *Hamb.* Ναβὼθ. *Luther. Pagn. Vulg. Lat.* Naboth. [*b.* 1. *Reg.* XXI. 4. [*c. ibid. v.* 8. *seqq.* (*d. v.* 11. 12. 13. (*e. v.* 15. 16.

166. PRO-

166. PROPHETA NON NOMINATUS.

PROPHETA quidam ad Achabum *metu anxium* mittitur, qui *ipsum consilio instruat*, quo Syriæ regem Benhadadam aggrediatur & vincat: (*a*. Ideòque rex sibi gratulatus, & victoriâ mox potitus est. (*b*. Sed Prophetæ *præceptorum immemor & negligens*, vitæ hostis parcit, & *societatem init cum eo*, quem vincere, & *de vitâ tollere*, rectum fuisset. (*c*. Ob quam lenitatem Propheta regem increpat, (*d*. & iram Dei jamjam arsuram in populum, denunciat, rex *successu elatus*, & *populus securitate pervicax* virum sanctum irridet, & *exitium, quod ipsis supra caput erat*, non prospiciunt. (*e*.

ANNOTATIONES.

(*a*. I. Reg. XX. 13. 14. *seqq*. (*b*. *v*. 20. 21. 29. 30. [*c*. *v*. 2. *seqq*. (*d*. *v*. 38 *seqq*. [*e*. *v*. 43.

167. BENHADADAS I. SYRUS.

BENHADADAS [*a*. Syriæ *rex* (*b*. *sui seculi potentissimus*: cum duobus regibus Judæ, Abiâ, & Asâ confœderatus fuit: [*c*. cum tribus regibus Israëlis Baësâ, Achabo, Joramo, ferro dimicavit. (*d*. Baësam *vicit unâ incursione*: cum Achabo gessit bella tria. (*e*. Primo secum educit reges duos & triginta, (*f*. sed *in fugâ conjicitur*: altero centum millia peditum amittit, qui *gladio occubuerunt*; (*g*. septem & viginti millia, qui ruinâ urbis cujusdâ opprimuntur (*h*. tertio demũ victor evadit, quo & Josaphat 9

rex fugatus est, & Achabus *sagittâ trajectus.* (*i.* Jorami temporibus *obsidione & fame pressit* Samariam: [*k.* à quâ mirabiliter exercitum ejus Deus depulit, ita ut metu & terrore *castra opulentissima fugiendo desereret.* (*l.* Damasci *ætate decrepitâ* in morbum incidens, Elisæum consulit: (*m.* sed mox à præfecto suo Azahele, quem ad Prophetam miserat, in lecto suffocatur. [*n.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Filius *Tabrimmonis 1. Reg. XV. 18. Ebraic.* בֶּן־הֲדַד *Gr.* υἱὸς Ἀδὲρ. *Vulg.* Lat. *Benadad. Luth. & Pagnin. Benhadat. Utrum hoc fit* commune *nomen regum Syriæ, uti vult Mercurius ex Hieronymo, vide apud Drusium lib. XI. observat. cap. 24. ubi id negat. Confer etiam Glass. Gramm. S. p. m. 852. Cum Mercero sentiunt Ebræorum nonnulli apud Corn. à lap. in* 2. Reg. VIII. *fol. 253. col. 1. init.* (*b.* 1. *Reg. XV. 18.* [*c. ibid. v. 19.* [*d. v. 20. 2. Paral. XVI. 4. 1. Reg. XX. 1. seq. 2. Reg.* VI. 24. *seqq.* (*e. vide loc. laudat.* [*f. 1. Reg. XX.* 1. (*g. ibid. v. 29.* (*h. ibid. v. 30.* (*i.* 1. Reg. *XXII. 1. seq.* [*k.* 2. Reg. VI. 24. *seqq.* VII. *3. seqq.* (*l. ib. v. 7. seqq.* [*m. cap.* VIII. *7.* (*n. Cum* Auctore *facit D. Quistorp. adnot. in 2. Reg.* VIII. *15. & favet huic opinioni* Vulgat. *Lat.* Tulit *scil. Hasaël* stragulum expanditque super faciem Ejus *scil. Benhadadi. Videntur etiam consentire* LXXII. *& Chaldæus. Nec abludit* Versio *Junio-Tremelliana, Tigurina Germ. in 4. ann. 1559. & in 8. ann. 1530.* Lutherus *videtur sensisse, Benhadatum* seipsum *suffocasse. Sed* Lutherus *non solus ejus fuit sententiæ.*

tentiæ. Vide *Marianam Jesuitam in h. l. Id. quo suffocatus fuit Benhadadus, Ebraic. dicitur* מכבר LXXII. στρῶμα. *Vulgat. Latin.* Stragulum. *Tremellius* Stragula. *Pagninus* pannus crassus *Chaldæo, Paraphraste:* operimentum villosum. *Josepho* δίκτυον μαλθακόν. *Luth. & utr. Tigur.* Kolter *vel* Golter *Dietenberg.* die Bettdecke. *Vetus Augustana, quæ prodiit ann. 1460.* ein Banckuch *Hæc de re ita Cornelius à lap: fol. 252. col. 2. C. D. Videtur Benadad æstu febrili æstuans petiisse aqvam ad se refrigerandum. Porrexit ei illam in stragulo aqvâ madefacto Hazaël, itaque vel per imprudentiam, vel potiùs per dolum, destillante continuò ex stragulo aqvâ in os & fauces Benadad, eum suffocavit, ut ei in regno succederet. Addit Serarius, aqvam hanc & stragulum fortasse venenato qvopiam humore fuisse infectum sicut de Herculis Deianiræâ veste tradunt veteres, ac de Othonis III. Imp. Ladislai Hungarorum regis & Solymani tunicâ. Josephus ait simpliciter, strangulatum fuisse. Hæc Cornelius.*

168. FOEMINA SUNAMIS.

IN Sunâ [*a.* oppido, fœmina quædam, Elisæo sæpe transeunti, conclave parat, in quo *meditationi & orationi sine interpellatione vacaret.* Pro tali *pietatis officio* Deum propheta exorat, ut hospitæ sterili daret filium, quem, *morbo inopinato sublatum,* matris *querimoniis impulsus, in vitam* in cubitu & precibus *restituit.* (*b.* Penuriâ invalescente eidem persuadet, ut in ur-

bem aliquam Philistinorum se confertet. (c. Interea *ipsius domum atque agrum propinqui invadunt:* sed *delatâ ad regem* Joramum redeuntis *querelâ*, dum pro eâ famulus Elisæi loquitur, *suas possessiones cum honore recipit.* (d.

ANNOTATIONES.

[a. E Br. שׁוּנֵם Schunem. *Gr. edit. Hamb.* Σωμαμ. *& Vatabl. edit.* Roman. Σωμαν. *Vulg. Lat.* Sunam. *Lutherus & Pagnin.* Sunem. [b. 2. Reg. IV. 8. seqq. 38. *Basilius Magnus hanc* Sunamitidem fœminam *aliquoties vocat* viduam *in orat. de Sunamitide & Elisæo. Sed* maritum *adhuc habuit, ut adparet ex* 2. Reg. IV. §. 9. 14. 18. 19. *Unde patet summos quoque viros interdum labi memoriâ. Vide Epiphyll. Philol.* Lamp. *Allardi cap. V. p.* 24. R. *Salomon fabulatur, hanc Sunamitidem fuisse sororem Abisag Sunamitidis, quæ Davidi seni nata fuit ad eum calefaciendum.* 1. Reg. I. *Sed in vero non videtur simile: quum à morte Davidis usq; ad Elisæum plures, quam XXC. anni fluxerint. Ideo hæc mulier debuisset excedere annum ætatis centesimum.*

169. GEHAZUS.

GEHAZUS (a. Elisæi famulus, Sunamin hospitam etiam atq; etiam prophetæ commendat, [b. ejusque causam coram rege Joramo agens efficit, ut erepta ipsi absenti bona redderentur. (c. Elisæi miracula Joramo inquirenti fideliter exponit. [d. A Syro Nahamane cùm argentum & vestes accepisset, & *hero suo interroganti* esset quasi inscio *mentitus*, *morbo contagioso & fœdo* insi-

inficitur, qui ad ejus quoque posteros est vulgatus. [*e.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. גֵּחֲזִי *Gechasi*, Gr. Γιεζί. *Vulg. Lat. Giezi. Pagninus, Gehazi. Luth.* Gehasi. (*b.* 2. *Reg. IV.* 14. (*c. cap.* VIII. 3. 4. 5. 6. [*d. ibid. v.* 4. 5. (*e. cap.* V. 9. 27.

170. PUERI BETHELENSES.

Pueri Bethelenses *improbi & protervi, & extra parentum domos in publico discursantes*, Prophetam Elisæum *cavitie venerebilem*, dum ad urbis portas ascenderet, *gregatim subsannant, & ei calvitium petulanter exprobrant.* Id cùm objurgati non desisterent facere, *indignatione senili motus*, imprecatur eis malum à Domino. Dictum factum è vicino nemore binæ ursæ egrediuntur, & pueros duos ac quadraginta, in ipso suburbio, impunè dilacerant.

ANNOTATIONES.

(*a.* Vide 2. *Reg. II.* 23. 24. *Pueros à parentibus vitulo aureo & idolis fuisse consecratos, auctor mirabil. Script. lib.* 2. *c.* 22. *adserit. Augustinus serm.* 204. *de Temp. eos à parentibus instigatos subsannasse Prophetam putat.*

171. NAHAMAN SYRUS.

Nahaman [*a. regi* Syriæ *vir acceptissimus*, [*b. lepra infectus toto corpore*, ancillulæ Ebrææ, quæ apud ipsum serviebat, admonitu ad Elisæum profici-

proficiſcitur. (*Domum* prophetæ *pulſans*, admiſſus non eſt, ſed tantummodò juſſus lavare in Jordane ſepties. (*d.* Syrus *ſe contemni exiſtimans*, & fluvio vim talem non in eſſe credens, iratus diſcedit, (*e.* monitus à miniſtris, ut *rem facto facilem* tentaret, in Jordanis aquam deſcendit & lavit, *caroque* ejus *exaſperata* ſicuti pueri teneri, lenis & nitida facta eſt. [*f.* Itaque ad prophetam reverſus *bonitatem Dei ingentem extollit, & ſe cultorem ejus fore in perpetuum compromittit.* (*g. Munera* ab eo *oblata* vir ſanctus *non attingit*, & ei *abeunti optimè precatur.* (*h.*

ANNOTATIONES.

[*a.* E *Br.* נַעֲמָן Naaman. LXXII. *edit. Hamburg.* Νεεμὰν. *Edit. Londin.* Ναιμὰν. *Vulgat. Lat. & Pagnin.* Naaman. *Tremell.* Nahaman. *Luther.* Naëman. [*b. 2. Reg.* V. *1.* [*c. ibid. v. 2. 3.* (*d. v. 9. 10.* (*e. v.* 11. 12. (*f. v.* 13. 14. (*g. v. 15.* (*h. v. 16.*

172. ELISÆUS PROPHETA.

ELISÆUS, [*a.* Saphati filius, [*b.* exagricolâ (*c.* fit Propheta: *auctoritate omnes anteceſſit & Reges ipſos non pertimuit.* Eliæ præceptoris pallio (*d.* Jordanem dividit: (*e.* aquas impetrat ſitienti exercitui: [*f.* fontem amarum in ſalubrem mutat: [*g.* mulieri pauperculæ ad ſolvendum *æs alienum* cum auget: (*h.* cibum lethalem corrigit farinâ:

farinâ: (*i.* tempore inediæ *paucis panibus nutrit multitudinem:* (*k.* Nahamanem Syrum *à leprâ liberat*, ejus *aurum & munera repudiat:* (*l.* hospitæ filio *defuncto vitam reddit*, (*m.* & sui corporis contactu, jam *sepulchro conditus*, aliud cadaver suscitat. [*n.* Pueris Bethelensibus imprecatione *ursas rabidas* immittit. (*o.* *In operta videt*, & absens, quæ alibi fierent, cognoscit: ut mendacium Gehazi, (*p.* & regis Syriæ insidias. (*q.* Copias hostium se obsidentes, & *animis & oculis privatas*, intra *mœnia regia*, in eâ cæcitate deducit, & eis vitam impetrat. (*t.* *In caritate extremâ* promittit vilitatem, quæ secuta est: regio præfecto *obstrepenti & incredulo* mortem nunciat, qui in portâ urbis altero die *elisus compressus est.* (*s.* Regibus Syriæ, uni nunciat mortem, alteri prædicit regnum. (*r.* In morbo rex Joas eum *in visit cum dolore & querimoniis*, (*u.* Docuit annos circiter septuaginta: ludum suum propter frequentiam ampliat, (*x.* & ad Jordanis ripam in locum patentiorem traducit. [*y.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. אֱלִישָׁע LXXII. *edit. Rom.* Ελισαὲ. *Hamburg.* Ελισεαὶ. *Sirac. XLIIX. 13.* ἠλισαιὸς. Luc. IV. 27. Ελισαῦ (*b. 1. Reg.* XIX. 16. (*c. ibid. v. 19.* [*d. vide supra Hist. 162. lit L,* melotam *ibi Auctor vocavit. Vide annotat. ad illum locum.* (*e. 2. Reg. II. 14.* (*f. 2. Reg. III. 9. 20.* [*g. cap. II. 19. 22.*

Hanc viduam Obadiæ sub Achabo aulæ magistri [*de quo Hist. 164.*] *cui Joram, Achabi filius, pecuniam ad usuram dederit, uxorem fuisse, Lyranus censet. Vide Bakium Tom. XXII. Trin. Exord. I.* (*b. cap. IV. I. seqq.* [*i. ibid. 38. 41. Per* cibum letalem *intelligit auctor* Colocynthidas, *de quibus vide Vallesium in S. Philosophia cap. 39.* [*k. ib. v. 42. seqq.* [*l. cap. V 15. 16.* (*m. cap. IV. 20. 35. 36.* (*n cap. XIII. 21.* (*o. cap. II. 23. 24.* [*p. cap. V. 26.* (*q. cap. VI. 8. 12.* [*r. ibid. v. 18. 23.* (*s. cap. VII. 1. seqq. adfinem usque. Quem Auctor h. l.* præfectum regium *vocat, appellatur Ebr.* שָׁלִישׁ *Buxtorf.* Tribunus Dux. *Schindlero col. 1881. C.* tertius à rege *LXXII.* ὁ τριστάτης *juxta Etymol. & Hesychium* ἔχων λόγχας ἀνὰ τρεῖς ἐν χειρὶ h. e. habens in manu tria hastilia *Hironymus in cap. V. Daniel. cum Schindlero sentit Luth. & Tigurina Germ.* ein Ritter. [*t. 2. Reg. IIX. 2b. 12. 13.* (*u. cap. XIII. 14. seqq. Morienti Elisæo etiam adfuisse Amosum, Prophetam, Amasiæ regis fratrem, & patrem Jesaiæ, adserunt Ebræi in Seder Olam.* [*x. cap. VI. 1. seqq.* (*y. ib. v. 4.*

173. DISCIPULI ELISÆI.

ELISÆI discipuli, *victu tenui alebantur:* (*a.* nam *in luxu nunquam comparatur sapientia; & exercebantur laboribus* (*b. & vigiliis: otium* enim *præcipua morum pestis & corruptela est.* Accedebat *temporum difficultas, & fames publica.* Ad horum *mores & studia inspicienda* cùm Elisæus venisset, unus ex illis ablegatur, qui *herbas in agro colligeret,* undè pulmentum coqveretur; cujus imperitia & negli-

negligentia adolescentes penè universos Perdidit. Nam cùm *agrestem cucurbitan* (*c.* minuissent eamque præceptore insciente, *ad ignem admotam*, sociis apposuissent famelicis: *è sapore vim quandam veneni statim deprehenderunt, & Prophetam postulaverunt auxilium.* Is inspersâ in lebetem farinâ, *cibi amaritudinem corrigit*, & è nocivo ingratoque suavem atque salubrem efficit. (*d.* Esus *polentæ acerbæ* eos admonuit paupertatis, odii, molestiarum, quæ piis & laboriosis hominibus sunt perferenda: simulque edocuit, divino beneficio cœtûs discentium ali & servari, & è multis vitæ periculis vel inscientes liberari cotidiè.

ANNOTATIONES.

(*a. 2. Reg. IV. 38. seqq.* (*b. cap. VI. 1. seqq.* [*c. cap. IV. 39. De Colocynthis, quas Auctor* agrestes cucurbitas *vocat vide D. Friedlieb. Theol. Exeg. V. T. f. 398. col. 1. & prolixè differentem Marianam ad h. l.* [*d. 2. Reg. IV. 40. 41. Vid.* Vallesius *in S. philos. c. 36.*

174. MICHEAS PROPHETA.

MICHEAS propheta Morasthites, (*a.* Jemræ filius, (*b.* bellum Syriacum susceptum Judæ & Israëlis regibus dissuadet. (*c. Vocatus ad interpretandam Dei sententiam*, cùm loqueretur de ore Dei liberrimè, & prophetas vanos *argueret mendacii*, *colaphus ei* à Sedechiâ hypocritâ *impingitur*, [*d.* Jubente deinceps Achabo traditur duobus præfectis, viris primariis, ad servandus, donec patefieret veritas. (*e.* Verùm

rex

rex eo *prælio interiit*, uti vaticinatus fuerat Micheas. (*f.* Hic se prophetis superbis semper opposuit, & *locum Christi natalem*, multis antè annis in suis concionibus designavit. (*g.*

ANNOTATIONES.

Micheas, *Ebr.* מִיכָיְהוּ *Gr.* Μιχαίας *Vulg.* I*at.* Michæas. *Luth. & Pagnin. Micha.* [*a. Mich. I.* 1. *Patria enim fuit* Maresa, *vel* Maressa *juxta Chald. Paraphr. cujus mentio fit Josuæ* XV. *adjudicata a. fuit tribui Judæ. Vide Ariam Mont. in Proph. Min. Pag.* 471. *Hieronymus suo adhuc tempore juxta Eleutheropolin viculum fuisse scribit, qvi veteris nominis vestigium servârit. Consule Coccejum in Proph. minor.* [*b. 1. Reg.* XXII. 8. [*c. ib. v.* 17. *seqq.* [*d. ib. v.* 24. [*e. v.* 26. [*f. v.* 34. 35. [*g. Mich. V.* 2. *Aliqvid humani patitur Auctor, qvando h. l. scribit; Micham de qvo* 1. *Reg.* XXII. *eundem esse, qvi locum Christi natalem designârit. Nam ille huncformè* CL. *ann. præcessit. Ille sub Josaphat & Achab: hic vero sub Jotham, Achas & Hiskiâ prophetavit. Vide D. Qvistorp. in 1. Reg.* XII. *pag. m.* 315. *è reformatis Coccejum in* Δώδεκα προφήτων *f.* 280. *è Pontificiis Corn. à lap.* Ill. Reg. XXII. *f.* 225. *col.* 2. *A. Patet differentia etiam ex nominibus ille enim de qvo* 1. *Reg.* XXII. *dicitur* מִיכָיְהוּ *hic autem* מִיכָה.

175. SEDECHIAS HYPOCRITA.

Sedechias (*a. homo mendax, insolens*, & percussor, reges Josaphatum & Achabum *miserè decipit, suis q. collegis sibi præferens, sapientiam sibi*

sibi inanem arrogat, & obstantem sibi Micheam, regibus præsentibus, verberat impudenter. (*b.* Adsecias habuit ferè quadringentos, [*c.* quos cùm *in errorem abductos à malo quodam dæmone*, Micheas diceret, [*d.* ejus suasu *in vincula conjicitur*, ejusdemque sententiâ *dignus supplicio judicatur*. (*e.* Tandem Sedechias cum suis hypocritis *convincitur vanitatis & audaciæ:* & regum, qui crediderant, alter interficitur, (*f.* alter vulneratur: ipse *vecordiâ & timore attonitus*, latebras hinc illinc quærit, *nec, cujus opem tutò imploraret, uspiam invenit*. (*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* *Br.* צִדְקִיָּה Zidhkijah. *Græc.* Σεδεκίας. *Vulg. Lat. Sedecias. Luther. Sedekia.* (*b.* 1. *Reg. XXII.* 1. *seqq.* 24. (*c. ib. v.* 6. (*d. ibid. v.* 19. *seqq.* [*c. v.* 26, 27. (*f. v.* 34. 35. (*g. v.* 25. *Alius est hic Zedekia ab illo falso Propheta, cujus meminit Jeremias cap.* XXIX. 21. *Hic enim Zedekia est filius Cananæ, ille apud Jeremiam filius Meascia. Hic temporibus Josaphat, ille post trecentos & plures annos, temporibus regis Sedekiæ, vixit. Quistorp. in* 1. *Reg. XXII. p.* 315.

176. OCHOZIAS REX VIII.

OCHOZIAS, [*a.* Achabi filius, (*b. parentibus pessimis similimus*, (*c.* & pariter infelix *Ictum cum eo fœdus* Josaphatus *rescindit*, (*d.* deficiuntque ab eodem Moabitæ. (*e. Lapsus de exedrâ* superliminaris in suo conclavi, & *valido cor-*

corporis concussu graviter saucius, de salute suâ legatos ire jubet ad Beelzebub, Deum Philistinorum: (*f.* quibus Elias Angeli admonitu occurrens, *mutare* ipsos *iter* jubet, & regem moriturum dicit, propter impietatem. (*g.* Eo sermone audito, rex tribunum quendam cum centuriâ dimidiâ mittit, qui *captum* Eliam *adducat*: sed & tribunum & milites fulgur de cœlo comburit; mittit alterum, qui cum totidem viris eodem miraculo interit: mittit tertium, qui se excusans vitam impetrat observantiâ & precibus. (*h.* Elias ab Angelo impulsus, Regem adit, [*i.* & objurgatum, non fore superstitem ait. Anno igitur regni sui secundo Ochozias moritur, (*k.* nullo hærede post se relicto.

ANNOTATIONES.

[*a.* Br. אחזיהו Achasjahu, *Gr.* Οχοζίας. *Vulg. Lat. Ochozias. Pagnin. Ahazjahu. Luth. Ahasja.* [*b. 1. Reg.* XXII. 40. 50. 52. (*c. ib.* §. 53. 54. 2. *Paral.* XX. 35. [*d. 1. Reg.* XX. 50. 2. *Paral.* XX. 35. [*e. 2. Reg.* l. 1. [*f. ibid. v. 2. De Beelzebub: vide Corn. à lap. in 2. Reg.* l. *f.* 220. 221. *Sunt, qvi putant esse idem idolum, qvod Græcis Jupiter* Ἀπόμυιος, *item* Οὐαγρος, *dicebatur. Adde Walæum in N. T. pag.* 96. 104. 286. *&c.* (*g v. 3. 4.* (*h. v. 9. 14.* (*i. v, 15. 16.* (*k. ib.* §. 17.

177 JORAMUS REX. IX.

JORAMUS *avum, patrem, fratrem reges habuit*, ipse in suâ stirpe postremus. *Sacra & religionem venera-*

tur

patur annos octo, (a. post quod tempus regnavit: non è legis præscripto, sed suo corrupto judicio atq; animo perverso. Cum rege Judæ, & Idumæorum jungit societatem. (b. Pugnans contra Moabitas, laborat siti: (c. obsessus à Benhadadâ, premitur fame. [d. Elisæus exercitui suis precibus primùm aquas impetrat, postea victoriam, [e. In angustiâ urbis obsessæ, cùm vilitatem & liberationem idem promitteret, Rex eum statuit interficere: [f. propheta domum suam ficariis clausit, (g. & die altero veritas dictorum ejus mirabiliter patuit. [h. Joramus cùm & miraculorum, & beneficii divini abjecisset memoriam, in pugnâ contra Azahelem Syrum sauciatur & fugit: [i. in tumultu, obviam procedens Jeho, tribuno suo, in agro sternitur, & in vinetum Nabothi bestiis lacerandus projicitur. (k. Regnum duravit annos duodecim. (l.

ANNOTATIONES.

(a. Br. יְהוֹרָם Jehoram. Gr. Ιωρὰμ. Vulg. Lat. Joram. ita & Luther. 2. Reg. III. 1. 2. abstulit enim statuas Baalis, & quædam templo consecrat. cap. XII. 18. [b. 2. Reg. III. 6. 7. 9. (c. ib. v. 9. [d. cap. IV. 25. seqq. [e. cap. III. 16. 20. 26. (f. ca. VI. 31. [g. ibid. v. 32. (h. cap. VII. 3. seqq. (i. cap. IIX. 28. 29. [k. cap. IX. 21. 22. 23. 24. 25. 26. (l. cap. III. 1.

178. JE-

178. JEHUS REX X.

JEHVS *inter viros robuſtos* Jorami fuit *fortiſſimus: inter duces ejus ſtrenuos celerrimus.* (*a.* A quodam prophetæ Eliſæi diſcipulo in tentorio rex ungitur, (*b.* cumque ex fugâ ejus qui unxerat, aliquid ſuſpicarentur inſoliti accidiſſe, cæteri *militum præfecti*, ipſe quod factum erat, non diſſimulat, & ſtatim ſingulorum conſenſu rex declaratur. (*c.* Uſus eſt Eliſæi conſilio, & Eliæ vaticinia non ignoravit, eaq; viribus ſummis exequi audet. Reges enim Iſraëlis & Judæ, Joramum & Ochoziam, de vitâ tollit, [*d.* & Jezabelem reginam de feneſtrâ præcipitat. [*e.* De regiâ ſtirpe homines centum & duodecim jugulari præcipit: filios videlicet Achabi regis ſeptuaginta, [*f.* & fratres regis Ochoziæ duos & quadraginta: [*g.* quibus addit Achabi conſiliariorum & ſacerdotum impiorum magnum numerum. [*h.* Conventu Samariam indicto, & adducto ſecum Jonadabo Rechabitâ, *B*aalis ſacerdotes inſidiis in unum collectis, interficit univerſos, [*i.* & è templo ejus cloacam publicam facit: (k. vitulos tamen aureos non aufert. (*l.* Poſteritas ejus duravit ad quartam usq; ſobolem, [m. ipſe regnum tenuit annos octo & viginti. [*n.*

ANNOTATIONES.

[*a.* EBr. יְהוּא Jehu. 2. *Reg.* IX. 5. 20. *Gr.* Ἰὼ. *Vulg.* Lat. *Luther.* & *Pagnin.* Jehu. [*b.* 2. *Reg.* IX.

IX. 1. 2. 3. 6. *seqq.* (*c. ibid. v.* 11. 12. 13. (*d. ibid. v.* 24. 27. (*e. v.* 30. 33. *seqq.* (*f.* 2. Reg. X. 1. *seqq.* (*g. v.* 13. 14. [*h. v.* 17. 8. [*i. ib.* [*k. ib. v.* 27. (*l. ib. v.* 29. [*m. v.* 30. (*n. v.* 36. *De simulatione vel mendacio Jehu, de scripto* 2. *Reg.* X. *vide prolixissimè differentem Cornel. à lap. f.* 259. 260.

179. JOACHAS REX XI.

JOACHAS (*a.* Jehi filius, *regum ante se omnium infelicissimus.* Nam armis Syriacis Azahelis & Benhadadæ *ita attritus est, ut paucas ad corporis custodiam turmas equitum haberet* (*c. & ex omni flore juventutis*, ac populo potentissimo, ultra decem peditum millia non posset armare amplius, (*d.* Itaque *deplorans miseriam & inopiam suam*, in servitute acerbâ *auxilium à Deo flagitat*, ne cum reliquiis exiguis funditùs extirparetur. (*e.* Ejus preces Deus audiens, ultorem Syriorum fortem ipsi dedit filium. (*f.* Vixit in regno annos septendecim. (*g.*

ANNOTATIONES.

[*a.* E *Br.* יְהוֹאָחָז Jehoachas, *aliquando* יְהוֹאָחָן Jihoachasu. Gr. Ιωάχαζ. *edit. Rom. vel* Ιωαχας. *edit. Hamburg.* Vulgat. *Lat. Joachaz. Pagninus, Jehoachaz.* Luth. *Joahas.* (*b.* 2. *Reg.* X. 35. XIII. 1. [*c. ibid, v,* 3. 7. [*d. ibid, scil. v.* 7. [*e. v.* 4. (*f. v,* 5. *ubi per* Salvatorem *intelligitur* Joas, *filius Joachasi. Vide Marianam in Shol. ad illum locum. Adde D. Friedlieb. fol* 413. *q.* 6. *Alii per* Salvatorem *intelligunt, Angelum præsidem & tutelarem Israëlis, qui pro eo contra Syros*

pugnarit & viverit, uti Angelus pro Hiskiâ contra Sennacheribum. Alii volunt, fuisse ducem *certum à Deo missum, sed in S. Scripturâ non nominatum. Alii censent, fuisse Elisæum. Sed omnium optuma videtur Friedliebii sententia, qvam præter Marianam etiam Abulensis probat.* (*g.* 2. *Reg.* XIII. 1.

180. JOAS REX XII.

JOAS, Jehi nepos, (*a.* avi sui (*b.* utitur successibus, (*c.* Regem Judæ Amasiam, temerè se provocantem, (*d.* capit & nobilitatem præcipuam victam ducit. (*e. Urbem* sacram *spoliat, muri partem demolitur, nobiles templi thesauros asportat.* (*f.* Elisæum ægrotantem cùm inviseret, certis signis instituitur, quas esset habiturus victorias. (*g.* Latrones Moabitarum reprimit, Azahelem antehac invictum superat. Benhadadam ejusque filium *præliis tribus frangit:* (*h.* oppida & urbes, vi ademtas, armis recuperat, ideò *Servator* populi cognominatus, (*i. Regnavit cum dignitate & finitimorum terrore*, annos sedecim. (*k.*

ANNOTATIONES.

JOas *Ebr.* יוֹאָשׁ *Joasch.* LXXII. Ιωὰς. *Vulgat. Lat. Luth. & Pagnin. Joas.* (*a.* 2. Reg. XIII. 9. [*b. scil. Jehi.* (*c.* 2. *Reg* XIII. 25. [*d. cap.* XIV, 8. *seqq.* [*e. ib. v.* 13. (*f. ibid. v.* 14. (*g. cap.* XIII. 14. 21. [*h. ib. v.* 20. 25. (*i. ibid. v.* 5. (*k, ibid. v,* 10

181. AZAHEL SYRUS.

AZAHEL (*a,* Benhadadæ I. præfectus, (*b,* in regem Syriæ

Syriæ ungitur ab Eliâ, (*c.* confirmatur ab Elisæo. (*d.* Regi suo *fomentum frigidum* (*e. in morbo ardente imponens*, vitam adimit. Ipse rex factus, populum Dei statim aggreditur & uno tempore tres Israëlis tribus sibi subjicit, & reliquas deinceps *adigit ad summam egestatem*: (*f. urbes cremat nobilitatem interimit, prægnantes secat, infantes elidit.* (*g.* Joramum regem Israëlis in prælio vulnerat, [*h.* Joam regem Judæ oppugnat, qui *urbis libertatem ingenti redimit pecuniâ, ut eum ab obsidione averteret.* (*i.* Cùm aliquando coram eo Elisæus effusè fleret, interrogatus, cur id faceret, quia (inquit) te *maximam pestem & perniciem populi* nostri video futurum. [*k. Vixit ad ætatem usq; decrepitam*, & ejus potentia demum à Joâ rege Israëlis est diminuta. [*l.*

ANNOTATIONES.

a. Ebr. חזאל Chasaël. Gr. Αζαηλ. *V.* L. & *Pagninus*, *Hazaël. Luth. Hasaël.* [*b. 2. Reg. IIX. 8.* [*c.* 1. Reg. XIX. 15. (*d. 2. Reg. IIX. 13.* (*e. Confer quæ monuimus ad hist. 167. litt. n.* (*f. 2. Reg. X. 32. 33. XIII. 3.* (*g. cap. IIX. 12.* (*h. ib. 28. 29.* (*i cap. XII. 17. 18.* [*k. cap. IIX. 11. 12.* [*l. cap. XIII. 24. 25.*

182. BENHADADAS II. SYRUS.

BENHADADAS II. regis Azahelis filius, (*a.* non minore odio, quàm pater, sed minore succes-

cessu contra Israëlitas pugnavit. (*b.* Patre suo senescente, de ejus voluntate & consilio bella continuat, omni crudelitatis paternæ exemplo: qvo defuncto, Benhadadas *tribus præliis â rege* Joâ *profligatur*, neque solùm ereptas Israëlis civitates non retinet, verùm etiam proprias aliquot amittit. (*c.*

ANNOTATIONES.

QVomodo *scribatur, vide Hist.* 167. [*a. 2. Reg.* XIII. 3. (*b. ib. v.* 24. [*c. ib. v.* 25.

183. JEROBOAMUS II. REX XIII.

JEROBOAMUS (*a.* Joæ filius, (*b. animo & felicitate patre nihil inferior*, regiam Syriorum urbem Damascum capit, *ejectis q̃, è præsidiis hostibus, veteris Israelis fines ac terminos restituit*, multisq; modis *crudelitatem & superbiam Syriorum ulciscitur.* (*c. Aures præbens hypocritis, Deum ex animo secutus non est.* (*d.* Regnum gubernavit prosperè annum unum & quadraginta solus, (*e.* cum patre tres. Initio regni ipsius terræ motu Judæa concussa est. (f.

ANNOTATIONES.

[*a.* QVomodò *scribatur, vide Hist.* 15. [*b.* 2. *Reg. XIV.* 16. 22. (*c. ibid. v.* 23. 25. 28. (*d. Amos.* VII. 9. 10. *seqq.* [*e.* 2. *Reg.* XIV. 23. (*f. Amos. I.* 1. *Confer Coccejum in Proph. minor. fol* 176. 177.

184. AMASIAS HYPOCRITA.

AMASIAS [*a.* hypocrita, Prophetam Amoëm, (*b.* tanquam hominem seditiosum & abominabilem

bilem, coram Jeroboamo accusat & *ipsi* regio permissu *interdicit ministerio*, & in regnum Judæ proficisci jubet, ubi habeat docendi, quæ ipsi placeant, licentiam. [*c.* Amos *nihil territus importunitate & ferocia hominis, suum munus acriter defendit*, quòd à Deo acceperit armentarius, deponere non possit, Deo jam obligatus. [*d.* Locum nequaquam mutat, sed suo adversario resistit, eiq; vaticinatur, quod & *uxor* ejus sit *projectura pudicitiam*, & liberi ferro perituri, & ipse *moriturus* sit *inter hostes in exilio*. (*e.*

ANNOTATIONES.

[*a.* E*Br.* אֲמַצְיָה *Amatsjah. Gr.* Αμασίας *V. L. Amasias, Pagnin.* Amasjah. *Luth. Amazia.* [*b.* rectiùs, *Amosum. c. Amos VII. 10. 11. 12. 13.* (*d. ibid. v. 14. seqq.* [*e. ibid. usque ad finem.*

185. AMOS PROPHETA.

AMos Thecuites, [*a.* propheta factus è bubulco (*b.* ut *homo agrestis & indoctus* contemnitur. Reges perversos, & sacerdotes hypocritas *liberrimè objurgans*, ab Amasiâ, quòd in regno alieno doceret, reprehensus est. [*c.* Cùm nihilominus Dei mandatum exequeretur, & vincula regis atque populo prædiceret, *conviciis exagitatus & plagis affectus est*. Syriæ regibus Azaheli, & ejus filio interitum denunciat, [*d.* & de regno Christi ad gentes transferendo concionatur. (*e.* Ejq testimoniis utitur in concilio ad Sacerdotes Stephanus; (*f.* in altero concilio ad apostolos Jacobus. [*g.*

ANNOTATIONES.

AMos, עָמוֹס Gr. Αμως. edit. Rom. vel Αμμως. edit. Hamburg. Luth. & V. L. Amos (a. h. e oppido Thecoa oriundus, quod R. Dav. Kimchi in tribu Aſer, Epiphanius in tribu Zabulon, Hieronymus verò in tribu Judâ collocat. Hac de re videatur Coccejus in Δωδεκα προφήτω fol. 176. Vide Sixt. Senenſ. Bibl. Sanct. p. m. 14. In libro Juchaſin. p. 12. vocatur דשון קשיע h. e. ψελλὸς vel blæſus Confer Lex. Thalm. Buxt. jun. f. 1626. 1770. (b. Amos VII. 14. בּוֹקֵר h. e. armentarius, bubulcus LXXII. αἰπόλος [Vide Coccejus loc. cit. [c. Amos VII. 10. ſeqq. (d. Amos I. 4, ſeqq. (e. cap. IX. 11. ſeqq. [f. Actor. VII. 42. ex Amos VII. 25. [g. Actor. XV. 16. ex Amos. IX. 11.

186. JONAS PROPHETA

JONAS Gathites, (a. Amathi filius, ſui populi, & gentium doctor. Jeroboamo regi animum addit contra Syrios, quorum ipſum dicebat futurum victorem. [c. Ire juſſus à Deo in Aſſyriam, (d. Tharſum, (e. metu profugit: in quo itinere ſceleris ſui, ſorte convictus, à nautis in mare projicitur, [f. & à leone marino [g. devoratur: in cujus ventre cum gemitu atque cruciatu latens atque exuſtus, poſt tres dies, & totidem noctes rurſus evomitur, [h. imago Chriſti apud Evangeliſtas interprete. [i. Ingreſſus Ninon, [k. urbem Aſſyriæ imperialem, clamat eam perituram intra dies quadraginta. (l. Rex delicatus (m. auditis

Pro-

Prophetæ minis *cilicio induitur*, & tam hominibus quàm jumentis indicit jejunia, & credi sermoni prophetæ, divinitus missio, *per edictum imperat.* (*n.* Civitas universâ territa *veniam à Deo irato delictorum consequitur* & servatur, (*o.* indignante Jonâ, quòd vates fuisset falsus àDeo causam audit miserationis immensæ (*p.*

ANNOTATIONES.

JOnas *Ebr.* יוֹנָה *Gr.* Ιωνᾶς. [*a. h. e. ex vinculo* Gethoriundus. *Hotting. Thes. Philol. p.* 484. *Dicitur etiam* Gath-Hepher. *Vide Strauch. de Pœnitentia Ninevitarum cap. I. §. 3. & Lipenium de Ophir. A. 2. f. 2. §. 2. prioris edit.* (*b. vel* Amithai. *Jon. I. 1. Ebr.* אֲמִתַּי Amittai; *quidam Amithæum vocant, Sebuloniticum. Epiphanius & Hieronymus existimant, illum fuisse* filium mulieris Sareptanæ, *dequâ vide Hist. 163. in* Vitam revocatum ab Eliâ. *Unde Rabbini ipsum* συγχρονον *faciunt Elisæo. Vide Zemach David. P. I. p. 17. Sed repugnat Scriptura, quæ* Judæum *illum, non gentilem aliquem fuisse refert. Eandem opinionem refutat etiam Strauchius de Pœnit. Ninev. c. 1. §. 3.* (*c. 2. Reg. XIV. 25.* (*d. Jon. l. 1.* (*e. Ebr.* תִּרְשִׁישָׁה *à* תַּרְשִׁישׁ *cum* ה *locali.* LXXII. εἰς θαρσεῖς. *juxtæ edit. Hamburg. sed in edit. Londin. est* εἰς θαρσὶς *Tremellius cum Auctore:* Tharsum. *Tigurina Germ. utraque* gen Tharsis. *Josephus etiam cum Auctore Tharsum, Ciliciæ urbem, Pauli patriam, intelligit. Et consentit D. Friedlieb. f. 834. classf. 6, & fol. 835. q 3. Consentit Strauchius l. c. §. 4. Vide quoque Glass. Gr. S. p.* 522.

Theodoretus, Vatablus & Ar. Montanus intelligunt Tunetum *seu* Carthaginem. *Pineda satagit probare fuisse* Tarteſſum, *urbem notam. Pinedam sequuntur alii, quos* Lipenius *recenset l. c. Sect. 2. §. 1. Sect. 3. §. 5. Sunt etiam qui arbitrantur fuisse terram Ophir, uti monet Lipenius A. 3. §. 4.* Lutherus *vertit* aufs Meer. *Et cum* Luther. *Chald. Paraphraſ. reddens* לְיַמָּא *Idem facit* Ribera. *Nam â Thàrſo mare mediterraneum dictum fuit* mare Tharſis. *Strauch. de pœnitent. Ninevit. cap I. §. 4. Vide Jon. I. 3.* [*f. Jon. I. 4. usque ad 16. Dicitur Jonas fugere voluisse à facie Domini. Quomodo id intelligendum, eleganter exponit Glaſſius in* Rhet. *S. p. m. 104. & Strauchius de Pœnit. Ninev. cap. I. §. 4.* [*g. qualis piſcis ille fuerit, qui Jonam excepit, non eſt anxiè qværendum, cum id Scriptura tacuerit, ait Coccejus in Jonam. fol. 266.* Rondeletius *hunc piſcem* Lamiam *appellat. Vide Jon. I. 17.* [*h. Jon. II. 1. 11.* (*i. Matth. XII. 39. seqq. Luc. XI. 29. seqq. Vide Strauch. loc. cit. cap. 1. §. 10.* [*k. Ebr.* נִינְוֵה LXXII. Νινευί. [*l. Jon. III. 4. Pro hoc numero in* LXXII. *verſione* tres dies *leguntur: procul dubio ex errore Scribarum, uti Theodoretus judicat. Plura vide apud Strauch. l. c. §. 9.* [*m. quis fuerit* Rex *iſte, non adeò liquet. D. Quiſtorpius videtur intelligere* Sardanapalum. *Vide proœm. illius in Jonam. Et non abhorreat hac sententiâ D. Friedlieb. q. 12. in Jon. Alii* Phul Belochum *ſubſtituunt. D. Chriſt. Matthiæ* Theat. *Hiſt. pag. 74. col. 1. dicitur* Aſcra Zapes; *Monarcha. XXXVII.* [*n. Jon. III. 6. seqq.* [*o. ibid. v. 10.* (*p. Jonæ hiſtoriam* Calviſius *ponit A. M. 3072. ante natum Chriſt. 876.*

187. ZA-

187. ZACHARIAS REX XIV.

ZACHARIAS, Jeroboami filius [*a.* propter *actam scelerate vitam*, & gloriâ paternâ, & regni possessione, & hac luce vitali spoliatur; nam sexto mense, (*b.* quo *solio auctus sedere* indignus *cœperat*, à seditioso quodam Sallumo obtruncatur, coram multitudine. (*c.* *In hoc* rege, abnepote regis Jehi, *majorum dignitas concidit*, quod Deus minatus fuerat. (*d.* Causæ interitûs familiarum sunt præcipuæ, idolatria & superbia propter quæ *vitia teterrima*, & Dei & hominum odia in nos sæviunt.

ANNOTATIONES.

ZAcharias iste dicitur זְכַרְיָה Secharjah. *Gr.* Ζαχαρίας. (*a.* 2. *Reg.* XIV. 29. (*b.* *cap.* XV. 8. (*c.* *ibid.* *v.* 9. 10. (*d.* 2. Reg. X. 30. XV. 12.

188. SALLUMUS REX XV.

SALLUMUS (*a.* filius Jabes, (*b.* *crudelis sicarius & parricida, regnum cæde partum* (*c.* cæde amittit. Nam tyrannis uno tantûm mense durat. (*d.* Manahemus enim auditâ regis Zachariæ oppressione, & tyranni Sallumi petulantiâ Samariam armatus invadit, & interfectores regis fortiter, & *omnem factionem adversariam extinguit* (*e.* exemplo ante oculos posito, quôd ii, qui magistratum evertunt, à Deo ipso rursus evertantur.

(a. Ebr. שַׁלּוּם, aliquando שַׁלֻּם Gr. edit. Hamburg. Σαλλὼμ. edit. Rom. Σελλὼμ V. L. Sellum. Luth. & Pagnin. Sallum. (b. 2. Reg. XV. 10. (c. vide histor. præced. 187. (d. 2. Reg. XV. 13. (e. ibid. v. 14.

189. MANAHEMUS, REX XVI.

MANAHEMUS, (a. Gaddi filius, (b. patriâ Therſanus, [c. Sallumum tyrannum occidit, & regnum ſibi vendicat. [d. Thapſenſes, [e. qui *portas ei clauſerant, internecione delet:* (f. quorum etiam uxores, inauditâ priùs inter illos reges feritate, diſſecuit. (g. Populum tributis & exactione gravat, ut â rege Aſſyriorum Phulbelocho, qui patriam ejus obſederat, pacem redimeret. [h. *Annos* decem, [i. *quibus floruit, avare & immaniter tranſegit.*

ANNOTATIONES.

(a. Ebr. מְנַחֵם Menachem. Gr. Μαναὴμ. Vulg. Lat *Manahem*, Luth. & Pagnin. *Menahem.* [b. 2. Reg. XV. 14. [c. h. e. ex Thirza oriundus. ibid Urbem illam auctor ſupra Hiſt. 158. vocavit Tharſam. [d. 2. Reg. XV. 14. (e. nomen urbis eſt תִּפְסַח 2. Reg. XV. 16. Vulg. Latin. Taphſah. LXXII. Θεφσὰ. edit Hamb. ſed Rom. Θερσὰ. [f. 2. Reg. XV. 16. [g. ibid. [h. ib. §. 20. [i. v. 17.

190. PECAIA, REX XVII.

PECAIA [a. Manahemi filius, (b. *triſti ingenio & moribus efferatis, à patre non degenerans, regnavit petulanter.* Unus igitur ex ejus optimatibus, Pe-

ca

ca nomine, qui *à rege tertius* censebatur, arcem conjuratis duobus ingressus *locum munitissimum* adiens, & sine suspicione admissus, regem in suo conclavi *ense trajicit*, (*c.* qui annis tantûm duobus (*d. sceptrum gessit*, eo indignissimus.

ANNOTATIONES.

[*a. Ebr.* פְּקַחְיָה Pekachjah. *Græc.* Φακεσίας *edit Rom. sed Hamburg.* Φακεία phaceia. *Pagnin.* Pecajah. *Luther.* Pekahja. [*b. 2. Reg. XV. 22. 23.* [*c. 2. Reg. XV. 24. 25.* (*d. ib. v. 23.*

191. PECA, REX XVIII.

Peca [*a.* filius [*b.* Romeliæ, *regis sui parricida, cum audaciâ conjunctos successus habuit.* Jothamo regi Judæ bellum infert, Acham ejus filium expugnat, centumq; & viginti hominum millia delet, & omnem sexum muliebrem captivum abducit. (*c.* Cum Rasi (*d.* rege Syriorum *colit amicitiam*, sed à rege Assyriorum Tiglatphilassare vincitur, qui totam Galilæam *in potestatem redigit*, & tribum Neptalim in Assyriam traducit. (*e.* Peca, qui *regnum cæde peperat*, eâdem injuriâ *eo excidit.* Nam ab Hosea comprehensus per insidias *de vitâ tollitur.* (*f.* Regnavit annos viginti. [*g.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* פֶּקַח Pekach. *Græc.* Φακεὲ, *edit. Rom.* Φακεσὰ *edit. Hamb. Vulg. Lat.* Phacee. *Pagn.* Pecah. *Luther.* Pekah. [*b. Ebr.* רְמַלְיָהוּ Remaljahu. *Hic*

Græcis

Græcis dicitur Romelias. 2. Reg. XV. 25. [e. 2. Paral. XXVIII. 6. 7. 8. [d. Ebr. רְצִין 2. Reg. XV. 37. Græc. Ραασσὼν. Vulg. Lat. Rasin. Luther. Rezin. 2. Reg. XVI. 5. Jes. VII. 1. (e. 2. Reg. XVI. 29. [f. ibid. v. 30. [g. ib. v. 27.

192. OBED PROPHETA.

OBED propheta, clade Judæorum intellectâ, exercitui Pecæ triumphantis, *obviam progreditur*, suadetque ut matronas imbelles, & ætatis teneræ multitudinem incolumen dimittat, ne *iram Dei cumulet*: cujus *minis territus* rex, *orationi & monitis obsequitur*. (a. Vinctos igitur liberat, nudos de spoliis vestit, *ægros cibo unguentisque reficit, euntibus comitatum & viaticum addit, lassos jumentis deportat*, & singulis ad suos redeundi facit potestatem. (b.

ANNOTATIONES.

[a. 2. Paral. XXVIII. 9. seqq. Nomen Ebr. est עוֹדֵד Oded, *ut Pagnin. scribit.* LXXII. ὠδὴδ. *Vulg. Latin. Oded. Tremell. Hoded. Tig. Germ. in 8. ann. 1530,* Obed. *Sed Tig. 4, ann. 1559. & Luth.* Obed. *Mariana ad loc. cit. ita Oded. non* Obed, *ut PLERIq; codices* vitiosè *habent. Est penes me codex Lat. editus in fol. regal. ut vocant, ann. 1472. ubi etiam, ut apud Luther. legitur,* Obed. *Ita etiam legitur in vers. German. August. ann. 1490.* [b. 2. Paral. XXVIII. 14. seq.

193. HOSEAS REX XIX.

HOSEAS filius Helæ. [a. regis parricida, (b. potenti-

tentiam violenter comparat, & violenter amittit. Regi Assyriorum Salmanassàri factus tributarius, [*c.* Ægyptium sollicitat, & ejus auxilio *de rebellione cogitat*. Proditis illis consiliis, ab Assyrio capitùr, & *in vincula detruditur*. (*d.* Urbs Samaria annis tribus obsessa (*e.* expugnatur. Rege victo, post annos novem, (*f.* & deletâ gentis metropoli, (*g.* populus Israëliticus in Medorum colonias, miserabili & perpetuâ servitute, dispergitur: [*h.* puarum ærumnarum causa fuit Dei omnipotentis & legis ejus contemptio. [*i.* Duravit regnum in Israële, à Jeroboamo usque ad Hoseam annos ducentos quadraginta unum, menses septem dies totidem. Excidium propheta Nahumus prædixerat annos *centum* & *quindecim* ante, quàm accidit, relicto longissimo ad pœnitentiam spatio. Prædixerat idem Isaias, qui illam ipsam sociæ gentis eversionem senex oculis suis vidit. (*k.*

ANNOTATIONES.

Hoseas, *Ebr.* הוֹשֵׁעַ *Gr.* ὡσηὲ. *Vulg. Lat. Osee. Pagninus & Lutherus Hosea.* [*a. Luther. & Vulg.* Elah, *ex Ebr.* אֵלָה [*b. 2. Reg. XV. 30.* [*c. cap.* XVII. *1. 2. 3.* [*d. ibid. v. 4.* [*e. ibid. v. 5.* [*f. ab initio regiæ dignitatis Hoseæ.* (*g. h. e. Samariâ* (*h. 2. Reg. XVII. 6,* (*i. ibid. v. 7.* (*k. contigit excidium illud juxta Calvisium A. M. 3227. Jesaias verò mortuus est juxta Crellium in Prompt. Bibl. fol. 569. col. 3. A. M. 3262. ann. 35. post excidium Samariæ.*

GEOR-

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER SEXTUS.

Regni Judaici, seu Jerosolymitani.

194. REHABEAMUS REX.

REHABEAMUS, Salomonis filius (*a. puerili animo atque consilio*, cum stultis adolescentibus de regno constituendo temerè deliberans, *populum alienat levitate, & superbiâ.* Ideò tribus ab eo decem ad Jeroboamum deficiunt: ipse tribus duas, Judæ, & Benjaminis tantum, retinet. In conventu Sichemensi, quæstor ejus Adoramus *lapidibus posternitur:* ipse *populi irati furorem vix declinat.* (*b.* Cum Jeroboamo *inimicitias totâ vitâ aluit*, (*c.* sed viri prudentiores non sunt passi, ut *cum eo armis concurreret.* (*d.* Arcem extruit Sichemæ, *urbes* multas *vallo & fossâ cingit.* Sacerdotibus, & exulibus piis *hospitium præbuit* exiguo tempore. Nam intra triennium totus mutatus, nec ipse *cultum Dei sincerum* curavit, nec aliis conservavit pristinum beneficium. (*e.* A Sesaco (f. igitur rege Ægyptiorum, regni sui anno quinto affli-

affligitur. Urbs Jerosolyma direpta, & regia ejus atque ærarium spoliatum, & scuta atque hastilia aurea sunt transportata. (*g. Vitam finit* anno ætatis quinquagesimo octavo, regni sui decimo septimo (*h.*

ANNOTATIONES.

(*a. I. Reg. XI.* 43. *Ebr.* dicitur רְחַבְעָם Rechabham Gr Ροβοὰμ. *Vul. Lat. Roboam. Pagnin. Rehabam.* (*b.* 1. *Reg. XII.* 1. 19. 21. (*c. cap. XIV.* 30. [*d. cap. XII.* 22. *seqq. De urbibus munitis vide* 2. *Paral.* XI. 5. *seqq.* [*e. 1. Reg.* XIV. 22. *seqq.* [*f.* שִׁישַׁק Schischak. *LXXII.* Σουακὶμ *edit. Rom. vel.* Σουσὰκ *edit. Hamb. Vulg. Lat. Sesac. Luth.* Sisak. (*g. 1. Reg.* XIV. 25. 26. 27 (*h. ibid. v.* 21. 2. *Paral.* XII. 13.

195. SEMEIAS PROPHETA.

SEMEIAS (*a.* propheta exercitum Rehabeami contra regem Israëlis paratum, suâ auctoritate revocat & *arma regi animoso excutit.* (*b.* Idem post vastatam ab Ægyptiis provinciam, & captam urbem sacram, regem & principes consolatur, & ferre servitutem mente æquâ jubet: quod pœnitentiâ, & tolerantiâ habituri sint brevi DEUM clementem & propitium (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* שְׁמַעְיָה Schemajah. *Gr.* Σαμαΐας, *edit. Rom. vel* Σαμέας, *edit. Hamburg. Vulg. Lat.* Semejas. *Luther. & Pagnin. Semajah.* (*b.* 1. *Reg. XII.* 22. 23. 24. 2. *Paral.* XI. 2. *seqq.* [*c. cap. XII. poster. Paral. v.* 5. *seqq.*

196. ABI-

196. ABIA REX. II.

ABIA, (*a.* Rehabeami filius, (*b.* patre quidem sapientior & fortior, sed non minùs *temerarius atque impius.* (*c. Bellum* Jeroboamo *cupidè indicit*, qui eum duplo majore exercitu ita intercluſit, ut *locq evadendi non esſet.* Abia *preſſus calamitate, & in anguſtias extremas compulſus*, (*d.* salutem à Deo expetit, idemque facere militem ſuum jubet. (*e.* Tantus igitur *pavor hoſtibus injectus eſt*, ut *conſpectum eorum*, quos circumvallaverant, *trepidarent, ſeſeque effuſi in fugam conjicerent.* Abia eos inſequens, quinquaginta millia (*f.* gladio tollit, eisque urbes tres cum eorum vinculis extorquet. (*g.* Regnavit annos tres (*h.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* אֲבִיָּם Abhijam. *Gr.* Αβιὰ, *edit. Rom. vel* Αβιὰ. *edit. Hamb. V. L. Abiam. Pagn. Abijah ex 2. Paral.* XII. 6. *ubi Ebr. vocatur* אֲבִיָּה *Lu. ther.* Abija. (*b. 2. Reg. XIV. v. ult. 2. Paral. XII. 16. 1.* (*b. l. Reg. XV. 3.* (*d. 2. Paral. XIII, 3. 14.* (*e. ib. 8. 14. 15.* (*f. Paral.* XIII. 17. *numerantur 500000. Sic habet Lutherus. Unde Auctor* quinquaginta *millia pro* quingentis *mill. ponat, non capio. Forſan eſt ſphalma typographicum primæ editionis, in omnibus deinde retentum.* (*g. ib. a. v. 15. ad 20.* (*h. ibid. v. 1.*

197. ASA REX. III.

ASA (*a.* Abiæ filius (*b. pietate & juſtitiâ celebris,*

bris, tranquillè populo præfuit (*c.* annos decem, quo tempore idola confringit, lucos incendit, homines impuros *damnat exilio, disciplinam collapsam instaurat, religionis veritatem revocat.* (*d.* Matri pervicaci & superstitiosæ, & nomen antistitæ (*e.* aufert, & *potentiam reginæ adimit.* (*f.* Cumrege Æthiopum Zarâ, (*g.* primùm *prælio congrediens*, decies *centena millia militum*, (*h.* & currus trecentos internecione delet Iterum cum rege Israëlis Baësa, auxiliis Benhadadæ Syri, [*i.* pugnans, tribum Naptalim occupat, [*k.* lapidesq; & ligna ad Ramam muniendam convecta, transportat, & trium inde *civitatum ampliat pomœria:* (*l. fossam* ingentem ad arcendas regum Israëlis incursiones, impensis magnis *ducit.* Deum offendit sæpius quòd extero regi Syriæ confisus est, [*m.* & prophetam se dehortantem non audit, [*n.* & *plus spei in medico habuit, quàm in Deo:* (*o.* senex pedibus laboravit. (*p.* Cum potentiâ annos unum & quadraginta fuit. (*q.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* אָסָא *Græc.* Ασὰ. *Vulg.* Lat. *& Pagnin.* Asa. *Luth.* Asse. (*b.* 1. *Reg.* XV. *8.* 2. *Paral.* XIV 1. (*c.* 1. Reg. *XV. 11. seqq.* 2. *Paral.* XIV. 1. *seqq.* XV. 19. *seqq.* [*d.* 1. Reg. XIV. 2. 3. 4. 5. (*e. Antistites, itis, est etiam gen. fœm. Sed* Gellius *lib.* XIII. *N. A. cap. 19. inquit: Sacerdotes fœminas M. Cicero* Antistitas *dicit, non, secundum Grammaticam legem anti-*

stites. Nam eum insolentias verborum à veteribus dictorum plerumque respueret, hujus tamen verbi in eâ parte sonitu delectatus sacerdotes, inquit, Cererisatq; illius fani antistitæ *&c. Virgilius in ciri etiam dicit:* antistita. [*f. Respicit Auctor 2. Paral. XIV 16. 1. Reg. XV. 13. in Vulg. Lat. dicitur Asæ mater posuisse* simulacrum Priapi. *Sed in fontibus est* מִפְלֶצֶת *Vide omninò quæ Buxt. in Lex. ad rad.* פלץ *p. 610. habet. Adde verò, quæ Corn, à lap. in 1. Reg.* XV. §. 13. *& Num.* XXV. *3. adnotavit. Quomodo porro Asa matrem deposuerit. vide apud Marianam in Schol. de 2. Paral.* XV. *16. Adde omninò D. Quistorp. in eundem locum* [*g.* זֶרַח *Serach.* (*h.* maxumus est hic exercitus, cujus fit mentio in scripturâ. *Vide Paral.* XIV. *9. seqq.* [*i. 1. Reg.* XV. *18. seqq.* [*k. ibid. v. 20.* [*l. ibid. v. 22. Sed ibi, & 2. Paral.* XVI. *6.* duarum *tantùm civitatum fit mentio,* (*m. 2. Paral.* XVI. *7. seq.* [*n. ibid. v. 10.* (*o, ibid. v. 12.* [*p. ib.* (*q. ib. v. 13. & 1. Reg.* XV. *10.*

198. AZARIAS PROPHETA.

PROPHETA Azarias [*a.* Obedi filius, [*b.* à bello Æthiopico regi Asæ redeunti gratulatur, (*c.* eiq; de vastatione, & solitudine Ecclesiæ simul vaticinatur, (*d.* & *omnium malorum, omnium periculorum,* testatur esse *causam, cultum idololatricum. Severitate orationis* suæ regem *impellit,* ut idola everteret, (*e.* sedemq; & domicilium hopitibus piis non negaret. Nam de Efraimi, Manassis, Simeonis tribubus multi ad ipsum confugiebant. (*f.* Prophetæ ejusdem instinctu,

Maa-

Maachæ matri regis. Absolonis filiæ, *nomen Augustæ denegatur*, (*g.* qui in lucis sacrificaverat, & *idolum turpiter colebat*. Regi & populo, suis precibus, pacem annorum triginta impetrat. [*h.*

ANNOTATIONES.

a. Ebr. עֻזִּיָּהוּ Asarjahu. *Græc.* Ἀζαρίας. *Vulg. Lat. Azarias. Luth. Asaria.* (*b.* 2. *Paral.* XV. 1. (*c ib. v.* 2. (*d. v.* 3. *seqq.* [*e. v.* 8. (*f. v.* 9. 10. (*g. vide Histor. præced.* 197. *lit. f.* (*h.* 2. *Paral.* XV. 19.

199. HANAN PROPHETA.

PROPHETA Hanan [*a.* regem Asam, quòd *amicitiam cum* Benhadadâ Syro *junxerat, graviter objurgat*, eiq; miracula Dei, qui Æthiopicas, & Libycas copias, coram ipso straverat. exprobando objicit: præterea *stultitiam reprehendit*, quòd *auxilium hominis, auxilio Dei omnipotentis anteposuerit:* ideò amicitiam, illam profitetur non fore diuturnam, & statim bella cruenta secutura affirmat. Hac accusatione, rex alioquin minimè malus, *ita excanduit, ut habenas iræ nimium laxaret*, & prophetam *in vincula conjiceret* (*b.*

ANNOTATIONES.

a. Ebr. חֲנָנִי *Chanani. Græc.* Ανανὶ; *vel* Ἀνάνι. *edit. Hamb. Luth. Pagn & Vulg. Lat.* Hanani. (*b.* 2. *Paral.* XVI. 7. 8. 9. 10.

200. JOSAPHATUS REX. IV.

JOSAPHATUS, Asæ Regis filius, (*a* Rex *justissimus atq; optimus:* nisi quòd cum regibus Israëlis, Acha-

bo & Ochoziâ, affinitatem & *societatem iniit:* quæ & prophetis displicuit, & ipsi ejusq; regno pænè exitio fuit. Nam cum Achabo *prælio victus est*, (*b.* & cum Ochoziâ *classem perdidit.* (*c.* Ad eum Arabes & Philistini miserunt legatos & munera. (*d.* Ipse cum Moabitis, aliisque gentibus finitimis, non tam pugnavit armis & milite, quàm precibus, laudibus, votis, gratiarum actione. [*e.* Hostes enim vulneribus sese mutuis confecerunt, [*f.* tantâ prædâ totque spoliis post se relictis, ut miles in colligendo, totos dies tres consumeret. [*g.* Prophetas per opida misit, qui populum docerent: [*h.* judices in urbibus constituit, qui *legitimè gubernarent:* (*i.* præfectus dedit, qui *munera & facta singulorum inspicerent:* (*k.* idem sapientissimus rex & *maximus doctor, qui, quod ab aliis exigeret vitâ & moribus ipse expressit.* Obiit anno ætatis sexagesimo, [*l.* regni vigesimo quinto.

ANNOTATIONES.

[*a. 1. Reg.* XV. 24. XXII. 41. 2. *Paral.* XVII. *1. Ebr. est* יְהוֹשָׁפָט Jehoschaphat, *uti Tremellio scribit. Gr.* Ἰωσαφάτ *Vulg.* L. *& Luth. Josaphat, Pagnin. Jehoschaphat.* (*b.* 1. *Reg.* XXII. 1. *seqq. ad* 32. (*c. ibid v.* 49. 50. *Adde & 2. Paral.* XIIX. *1. seqq.* XX. 35. *seq.* [*d.* 2. *Paral.* XVII. 11. [*e. cap.* XX. *1.* 22. 26. 28. *& c.* [*f. v.* 23. (*g. ibid. v.* 25. (*h.* 2. *Paral.* XVII. 7. *seqq.* (*i. cap.* XIX. 5. *seqq.* [*k. ibid. v.* 11. (*l. ann. ætat.* 35. *rex. coronatur* 1. *Reg.* XXII. 42. *& cum potentiâ fuit* 25. *ann. ibid.*

201. AMA-

201. AMARIAS SACERDOS.

AMARIAS [*a.* sacerdos, constitutus à rege Josaphato pontifex, *nihil prætermisit, quod ad viri sapientis & seduli munus & dignitatem pertineret.* Nam de *jure & legibus*, de ceremoniis & placitis, & *de omni re controversâ*, unâ cum Zabadiâ *respondit*, cûm alter *rebus Ecclesiasticis*, alter *negotiis civilibus præfectus* esset, in quo labore atque sollicitudine, studium & opera regis laudatissimi, ipsis non defuit. [*b.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* אֲמַרְיָה *vel* אֲמַרְיָהוּ Amarjahu. *Gr.* Αμαριας. *Vulg. Lat. Amarias.* *Luther. Amarja* (*b. 2. Paral.* XIX. *11.*

202. JEHUS, PROPHETA.

JEHUS Propheta, Hananis filius, (*a.* regem Josaphatum, è bello Syriaco saucium revertentem, *animo forti increpat.* (*b.* Ideò enim ab irato Deo ait punitum, quod improbo *tulerit suppetias*, & quòd hosti Dei studuerit esse amicus: (*c. conservatum* autem *manu cœlesti* affirmat, ut porrò esset cautior, & ut *cultus vanos ac speciosos tolleret*, Deoque placentes summâ diligentiâ reduceret. Rex sermoni Prophetæ obsecutus, *paret, & se præbet docilem, omnibus benè monentibus auditorem atque discipulum.* Jehus propheta regiam historiam literis mandâsse traditur. [*d.*

ANNOTATIONES.

Jehus, *Ebr.* יֵהוּא *Gr.* Ἰηοῦ. *Luth. Pagnin. Vulg.* L. Jehu. (*a. De Hanone isto vide Hist.* 199. [*b.* 2. *Paral.* XIX. 3. [*c. ibid.* (*d. cap.* XX. 34. *Quid Pontificii inde colligant, vide apud Becan. lib. de Judice controv. pag.* 61. §. 36. *Refutationem eorum habes apud Gerh. Conf. Cath. lib.* II. *special. part.* 1. *p.* 261. *&* *Chamier Panstrat. lib. VII. cap.* 1. *Adde M. Hermani Bockelmani discurs. Theol. posterior* §. 109.

203. JAHAZIEL PROPHETA.

PROPHETA, Jahaziel, [*a.* ê prosapiâ Asaphi, Zachariæ filius, [*b.* Levita & musicus; regi Josaphatos cùm & à finitimis, & transmarinis hostibus oppugnaretur, *coram maximâ hominum frequentiâ*, in templo palàm optata denunciat. (*c.* Jubet enim *in hostes pugnare sine formidine, & viam ostenditad victoriam nempe fiduciam in Deum:* qui tot hostes non ad oppressionem populi sui sed ad mutuam inter ipsos perniciem, in unum coegerit. Prophetæ sermones & vaticinium eventu, insignis comprobavit. [*d.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* יַחֲזִיאֵל Jachasiel. *Gr. edit. Lond.* Ὀζιὴλ. *Hamb.* Ισζιὴλ. *Vulgat. Latin. & Pagn.* Jehaziel *Luth.* Jehasiel. (*b.* 2. *Paral.* XX. 14. (*c. ib. & seq.* (*d. ib. v.* 22.

204. ELIEZER PROPHETA.

ELIEZER propheta, Dodani filius. (*a.* Josaphatum objurgat, quòd affinitati regum Israelis

plus

plus tribuat & deferat honoris, quàm Dei verbo & virtuti. Conjunctionem cum Ochoziâ fuisse pernicioſam, quòd ideò claſſem amiſerit: eandem eſſe adhuc indecoram, quòd deteſtari idolatram debuerit. Quamobrem *ſi florens eſſe cupiat, & Deo acceptus eſſe velit*, neceſſitudinem & fœdus cum rege impio, primo quoque tempore reſcindendum ſuadet. [*b.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Paral.* xx. 37. אֱלִיעֶזֶר *Gr.* Ελιέζερ. *Vulg. & Pagnin.* Eliezer. *Lutb.* Elieſer. [*b. ibid.*

205. JORAMUS, REX V.

JORAMUS, Joſaphati filius primogenitus, [*a.* de Joramo rege Iſraëlis, avunculo ſuo nominatus: degener, impius, infelix: uxorem ducit Athaliam, Regis Iſraëlis Achabi filiam, (*b. fœminam ſupra ſexum crudelem atque furioſam.* In initio regni, fratres ſuos, [*c.* juvenes præſtantes, & quosdam primates, (*d.* patris ſui conſiliarios, *de vitâ tollit* & *populum ad impietatem adigit.* (*e.* Propter tot & tanta flagitia Eliæ, prophetæ *literis acerbè objurgatus*, (*f. non ſolùm melior non fit, ſed more humani ingenii magis inſoleſcit*, rex nimirum adverſus virum humilem, & imperare ſuetus, *nihil curans religionem doctorem.* Idumæos rebelles fatigavit, & vicit inſidiis: [*g.* ſed à Philiſtinis, & Arabibus domatur, [*h.* amiſſis caſtris, ſpoliatâ regiâ, uxoribus abductis, deletâ ſtirpe

ſuâ. [i. Laboravit alvi profluvio per bienium, donec inteſtina defluerent, & tabe conficeretur. [k. Tyrannidem exercuit annos octo, [l. obiit ætatis quadrageſimo, in regiis patrum monumentis non eſt ſepultus: [m. odium Dei atque hominum.

ANNOTATIONES.

JOramus Ebr. יְהוֹרָם *Græc.* Ιωραμ, *Vulg. & Luth.* Joram: *ſed Pagnin.* Jehoram (*a. 2. Paral.* XXI. *1. 3. 1. Reg.* XXII *51. 2. Reg.* IIX. *16.* [*b. 2. Reg.* IIX. *18.* [*c. 2. Paral.* XXI. *2. 3. 4.* (*d. ibid.* (*e ibid. v. 6. ſeqq.* [*f. ibid. v. 12. ſeqq. Quia verò Elias* A. M. *3045. in cœlum ſubvectus, & Joramus A. M. 3049. rex plenariâ poteſtate conſtitutus fuit juxta Calviſium: mirum videri queat, qui Elias literas ad Joramum regem dederit: Rabbini è* cœlo delatas *fuiſſe litteras illas fingunt. Menochius, Jeſuita, in h. l. nugatur literas illas ſcriptas* ab Elia in Paradiſo, *& Angelorum miniſtero inde ad Regem delatas fuiſſe. D. Helvicus & plerique orthodoxi putant ſcriptas eas eſſe ab Eliâ* in mundo adhuc ſuperſtite, & Eliſæo, vel alii alicui relictas, *ut Joramo ſuo tempore traderentur. Cum enim Elias fuerit futurorum præſcius, ejusmodi literas prophetico ſpiritu plenus relinquere facilè potuit. Adſtipulatur Jeſuita Mariana in Schol. adh. l.* Vide *quoq; Ravanellum in Bibilioth. vocem* Litteræ *fol. m 942. Conſeſſ. Cathol. Gerh. tom. 3. pag. 613. Hakſpan. not. philolog. part. 1. pag. 770. Hug. Brougthonum in Centu* S. *Scripturæ p. 78. edit. Francof. ad Mœn. ann. 1606. Dilherr.* im TugendSchatz und Laſter-Platz *pag. 460. Feſſel. in Concord. Bibl. fol. 118. a. Prükner.*

in

in Vindic. Bibl. f. 174. a. Walth. Harmon. Bibl. p. 251. edit. in 4. Tirin. in 2. Paral. XXI. *10. Glass. Gram. S. lib. IV. tract. 3. observ.* XII. *Helvic. In Chronol. f. 13. Hotting. part. III. Hist. Eccles. p. 469. Repete quoque Hist. 162. [g. 2 paral.* XXI. *8. seqq. (h. ib. v, 16. seqq. (i. ib. v. 17. (k. ib. v. 18. 19, [l. ib. v. 20. Successit, juxta Calvisium, Josaphato A. M. 3052. mortuus ann. 3056. ubi successit Ahasja. Ergò* quatuor *saltem annos regnavit. Helvicus Ahasjam ponit in* A. *M. 3056. & Joramum in ann. 3049. Sed ita non complentur anni* XXV. *Josaphati, quem Helvicus æquè ac Calvisius ad A. M. 3018. collocat. Pantaleon Jorami evectionem ponit A. M. 3056. & Ahasjæ 3064. [m. ib.*

206. OCHOZIAS, REX VI.

OCHOZIAS [*a.* natu minim9 Jorami filius, (*b. solus superstes è fratribus*, qui ab Arabibus ocisi erant: [*c.* huic causa exitii & interitûs fuerunt mater scelerata, & *consiliarii perfidi* (*d.* Jorami regis Israëlis factus socius ab Azahele Syro prælio vincitur: (*e.* eundem Joramum, *è vulneribus ægrotantem*, cùm viseret, in Jehum Namsi filium incidunt duo & quadringinta adolescentes, fratrum ejus filii, qui omnes cædi jubentur: ipse quoque è fugâ & latibulo Samariæ extractus, miserè jugulatur. (*f. In solio despectus & vexatus* sedit annum unum.

ANNOTATIONES.

[*a.* DE *scriptione hujus nominis, vide Histor. 176. (b.* 2. *Paral.* XXII. *1. [c. cap.* XXI. *17.* XXII. *1. [d. cap. (d,* XXII. *4. 5. (e. ibid, v, 5. 6. (f. v. 6. 7. 8. 9.*

207. ATHALIA REGINA VII.

ATHALIA, [a. mater Ochoziæ (b. *furiâ quàm reginâ similior*, filio defuncto *arripit tyrannidem. Templum Dei demolitur, Baalis erigit atq; dicat:* (c. *omnium piorum atrox adversaria.* Regiam stirpem Davidis parricidio extinguit, (d. uno infante Joa excepto, quem amita ipsius, intra templi parietes, una cum nutrice celaverat. (e. Hæc quasi mater Anti-Christi *semen benedictum perdere & extirpare voluit.* Joas, qui cum liberis regiis, & ipse *è regia stirpe educatus* & servatus fuerat, cum à Jojada sacerdote *primis pueritiæ annis* in *dignitatem patriam restituererur*, (f. Athalja, impedire id cupiens, in templum advolat, [g. & electioni ejus contradicit: mox è templo extrahitur atq; obtruncatur. (h. Factum id est, anno tyrannidis ipsius septimo. (i.

ANNOTATIONES.

[a. *Ebr.* עֲתַלְיָה Athaljah. v. עֲתַלְיָהוּ Athaljahu. *Gr.* Γοθολία. *Vulg. Lat.* Athalia *pagnin. Athaljahu, Lutht. Athalja Cujus fuerit filia, disserit Spanhemius Dub. Evang. part. I. p. 26. §. XV.* [b. *2. Paral. XX. 10. Baal. accipitur vel* latius, *vel* strictius. *Vide Walæum in N. T. p. 1096. Idolum illud exponit etiam Lud. de Dieu in Epist. Pauli p. 157. & Sam. Petitus in Variis lection. lib. 1. cap. 1. pag. 4. ubi ita ait:* Baal sive Bel speciatim dicitur de Saturno.

Hoc

Hoc habemus è Theodoreto *ad Psſ. CV. Suidâ & aliis.* Βεὲλ ὁ Κρόν& *&c.* (*c. cap. XXIV. 7.* (*d. cap. XXII. 10. seqq.* [*e. ib. v. 11. 12.* [*f. cap. XXIII. 1. seqq.* [*g. ibid. v. 12. 13.* [*h. ibid. v. 14. 15.* (*i. quod colligitur ex cap. XXII. 12. &* XXIII. 1.

208. JOAS, REX VIII.

Joas, Ochoziæ non stirpe, (*a.* sed successione filius, à cæde liberatur prudentiâ amitæ suæ Josabethæ, & in adyto templi clàm educatur annis sex [*b.* Anno ætatis septimo, à sacerdote Jojada oleo consecratur, & diadema accipit *magnâ spe indolis sapientis & religiosæ.* (*c.* Templi parietinas instaurat, vasa fieri nova mandat, fana lucosque Baalis destruit, *omnia regis sancti officia facit.* (*d.* Jojadâ defuncto, *sui fit dissimilimus, magistro morum & exemplorum ex oculis sublato:* (*e.* nam ejus filium Zachariam sacerdotem excellentem, *lapidibus obrui* finit: (*f. oblitus omnium beneficiorum, quæ acceperat:* (*g. nec ullâ post id facinus est felicitate domi aut foris usus.* Altero post Zacharias cædem anno, Syriæ rex in Judæam venit, [*h.* urbem sacram capit, *infinitam hominum multitudinem cædit,* aulicos regis omnes interimit, regem excruciatum, langventem relinquit. (*i.* Ministri regii *causâ calamitatis in dominum translatâ,* in suâ illum arce opprimunt, (*k.* Regnavit annos quadraginta, in majorum sepulchris tumulatus non est: (*l. innocens primâ ætate vixit, post omnem gloriam adulatorum* [*m. mendaciis effudit.*

AN-

ANNOTATIONES.

DE *scriptione vide Hist.* (*a. Ita sentit etiam Crellius in Promt, Bibl. urgetque 2, Paral.* XXII. *9. sub fin. vers. ubi Luth. reddit:* Es war niemand mehr aus dem Hauße Ahasja/ der König würde. *Hinc colligit Crellius, Ahasjam vel Ochoziam sine prole masculâ decessisse. Ac videri possit Athalia inde sumsisse occasionem, reliquum semen regium ex familia Nathanis interimendi, ut ipsa dignitatem regiam retineret. Interim Joas ubique Ahasjæ filius dicitur* 2. *Reg,* XI. l. *2.* 1, *Paral.* XXII. *9.* 11. *&* c. [*b.* 2. *Paral.* XXII, 11. *12.* (*c. cap.* XXIII. *1. seqq.* [*d. cap.* XXIV. *1. seqq.* (*e. ibid. v. 17. seqq,* (*f. ibid. v. 19. 20, 21.* (*g. ib.* 22. [*h. v. 23. seqq,* (*i. v. 24. 25,* [*k. v.* 25. *26.* (*l. v.* 25. (*m. v. 17.*

209. JOJADAS, SACERDOS.

JOJADAS Sacerdos, *propter merita in regem & populum dictus Barechias:* (*a.* regis Jorami genere socru suo Athliâ, in stirpem Davidis regiam desæviente, Joam *è manibus ejus cruentus* clam *eripit*, inienſq; cum nobilibus centurionibus amicitiam, puerum servatum populo producit, & eum unctum publicè regem proclamat. Athaliam *novitate perculsam*, & in templum irruentem, ejici jubet, quæ pavida & minabunda fugiens, in foribus regiæ trucidatur. (*b.* Templum, aram, statuam Baalis confringit, (*c.* Matthanem summum sacerdotem ad basim statuæ mactat. [*d.* Jojadas, dum regi â sacris, & â consiliis

liis fuit, *omnia gubernat, & in templo legitimè & in rebus civilibus prudenter:* (*e.* uxorem etiam de bonâ stirpe regi eligit. (*f. Eo vivente & Ecclesia & Respublica floruit,* (*g.* sed cûm è vivis ex cessisset, aulicorum Joæ indulgentia & obsequium effecit, ut Rex adolescens corruptus, & idololatra & tyrannus fieret. (*h.* Obiit Jojadas anno ætatis trigesimo & centesimo, [*i.* in sepulchris regiis propter merita eximia sepultus, consensu publico. (*k.*

ANNOTATIONES.

IOjadas, *Ebr.* יְהוֹיָדָה Jehojadha. *Gr.* Ιωδαὲ. *edit. Rom. sed Hamb.* Ιωιαδὲ *Luth. & Vulg. Lat. Jojada. Pagnin* Jehojada [*a. Respicit Auctor ad Matth.* XXII. 35. *& Crellius fol.* 78. *col.* 1. *ait:* Wiewohl etliche dafür halten/ *Matthæus* uud *Lucas* reden vom Zacharia/ dem Sohn Jojada. *D. Quistorp. ad Matth* XXIII. *ità: Barachias idem est, quod* Benedictus Domini, *quo nomine propter insignem pietatem* videntur *Judæi Jojadam nominasse, quemadmodum apud Latinos ac Græcos quidam* Sapientes Magni, *Viri* Optumi, Catones *dicti sunt. Eandem opinionem videtur tueri D. Quistorpius etiam innotis ad* 2. *Paral.* XXIV. 21. *Sed vide etiam D. Gerh. in Harm ad Matth. XXIII. Cum Auctore categoricè sentit etiam Crellius in Jojada. fol.* 588. *col.* 2. *Vide inprimis Glass. Philol. S. p. m.* 221. [*b.* 2. *Paral.* XXIII. 1. *seqq.* [*c. ib. v.* 16. 17. *seqq.* (*d. ibid.* (*e. cap.* XXIV. 2. [*f. ibid. v.* 3. [*g. ib. v.* 4. 14. (*h. v.* 15. 16. 17. *seqq* [*i. v.* 15. [*k. v.* 16.

210. ZA-

210. ZACHARIAS SACERDOS. MARTYR.

ZACHARIAS sacerdos, Jojadæ filius, (*a. integritatis & libertatis paternæ imitator, aulicus Joæ superstitiosos & effrenes, & regis imperiti animum ad insaniam similem trahentes*, magnâ auctoritate increpuit, signa & statuas è templo Dei exturbandas quotidiè contendit. (*b.* Id ipsi *tulerunt indignissimè* cumq; sacerdotis imperium non putarent tolerandum, in vestibulo templi, rege connivente, *lapidibq ipsum obruunt*, & inhumatum relinquunt. (*c.* Vindictam divinam, & regi & aulicis in ipsâ morte denunciat, (*d. nec fefellit vaticinium*, Nam spacio anni nondum exacto, *violentâ & malâ morte perierunt* universi. (*e.* Hunc apud Mathæum (*f.* cum Abele Christus jungit; primus enim martyr, de quo sacræ veteres loquuntur literæ, Abel est: & de quo cædem testantur expressè postremus est Zacharias. Alii post ipsum licet occisi multi, tamen nullius facta mentio, nisi Uriæ, sed quasi in transitu, de quo mox dicetur. (*g.*

ANNOTATIONES.

DE *scriptione vide Hist. 187.* (*a. 2. Paral.* XXIV. 20. [*b. ibid.* [*c. ibid. v. 21. 22.* [*d. ib.* (*e. v. 23. seq.* [*f. Matth. XXIII. 35.* (*g. scil. Hist. 246.*

211. AMASIAS REX IX.

AMASIAS, Joæ filius [*a.* patris necem sine crudelitate vindicat: homicidas enim perimit, liberis

beris eorum innocentibus parcit. (*b. Fœderi quòd* cum Israëlitis, *pepigerat*, prophetæ suasu *renunciat*: (*c.* quamvis non sine magno dispendio suo. Nam & *stipendia numerata perdidit*, & civitates Judæ vastari conspexit. (*d.* Contrà Idumæos pugnans cum fiduciâ decem eorum millia *de saxo præcipitat*. (*e.* Elatus tantâ victoriâ, regem Israëlis Joam *temeritate maximâ provocat*, & cum eo congressus, vincitur atq; capitur. (*f.* Post prælium *mœnia urbis potentissimæ destruuntur*, & templum amplissimum diripitur, & *libertas totius populi periclitatur*. (*g.* Non destitit deos Idumæorum Amasias colere: [*h.* unde factâ in eum conjuratione, in urbe Laachi comprehensus necatur, anno ætatis quarto & quinquagesimo, regni sui nono & vigesimo. [*i.*

ANNOTATIONES.

A*Masias*, *Ebr.* אֲמַצְיָהוּ Amatsjahu. *Græc. Amasias vel* Αμασίας. *Vulg. Lat. Amasias. Pagninus Amasjahu. Luth. Amazia.* (*a.* 2. *Paral. XXIV.* 27. (*b. cap. XXV. 3. 4.* (*c. ib. v. 7. seqq.* (*d. v. 10. 13.* [*e, v. 11. 12.* (*f. v. 17. seq. 23.* [*g. ib. & v. 24.* (*h. ib. v. 14.* (*i. v. 24. 25. 27. 28. De tamulò vel lapide sepulchrali* Amaziæ, *quæ nonnulli nugentur, vide apud. D. Dilherr. Disp. Philol. tom. 1. p. 59. & Ludovic. Capell. Diatrib. de litt. Ebr. p. 125.*

212. PROPHETA IGNOTUS.

PROPHETA non nominatus ad regem Amasiam bis mittitur, primum reprehendens ejus factum, quod Israëlitas stipendiis evocasset, qui ob-

obfuturi essent ipsius laudi & victoriæ, eò quòd *Deum iratum haberent:* (*b.* deinde arguens ejusdem impietatem, quòd deos Idumæorum, qui suos non potuissent servare homines, *veneratione coleret.* (*c. Admonitionem* priorem *animo satis æquo accipiens,* pecuniam contemnit, & *hostium suorum victor evadit:* propter alteram ita irascitur, ut prophetæ à se repulso mortem minitaretur: (*d.* cujus excandescentiæ *pœnas* non longo pòst tempore suâ ipse morte *expendit.*

ANNOTATIONES.

[*a.* 2. *Paral. XXV. v. 7. 8. 15.* (*b. v. 7.* (*c. v.* 15. (*d. v. 16. Ebræi in Seder Olam tradunt, Prophetam istum fuisse Amos, qui erat frater Amasiæ regis, & pater Jesaiæ Prophetæ; idq; probare volunt ex Jesa. XXXVII.* 2. *ubi Hieronymus legit*: ad Isaiam filium Amos prophetæ, *atpleriq; legunt juxta Ebr. fontes,* LXXII. ad Isaiam filium Amos prophetam.

213. OZIAS, REX X.

OZIAS [*a.* rex, qui & alio nomine Azarias, (*b.* Amasiæ filius, (*c, bonus pater familiàs, fortissimus vir, prudens gubernator.* Cultu diligente agrorum *regios reditus auxit,* parsimoniâ ærarium amplificavit, (*d.* partim *ornavit ædificiis,* præfecturas militares distribuit, & *arma variigeneris confecit.* (*e.* Arabes, Ammonitas, Philistinos domat, [*f.* & Ægyptios *intra suos fines continet.* (*g.* In tantà felicitate eò progre-

progreditur amentiæ, ut à suo officio discederet, alienum sibi arrogaret. (*h.* Nam *vestimentis & infulis ornatus, templum adit, munus sacerdotis executurus.* Quamobrem cùm incensum adoleret, invitis & conquerentibus sacerdotibus, leprosus in ipso templo fit, nec totius vitæ tempore à *lue urente & deformi* curari potuit. (*i.* Ejus dominatu *motus ingens terram concutit,* (*k.* cujus propheta Zacharias meminit. (*l.* Regnavit annos duos & quinquaginta (*m.* & *animi mœrore obiit,* ætatis anno octavo & sexagesimo. [*n.*

ANNOTATIONES.

[*a.* E*Br.* עזיה Ussijah. *Gr.* Οζιας. *2. Paral.* XXVI. *1. Vulg.* Lat. *Ozias. Luth. Usia.* (*b. 2. Reg. XVI. 21. confer. a. 2. XXVI.* 1. [*c. vide loc. cit.* [*d. 2. Reg.* XIV. *22. 2. Paral.* XXVI. *21. 10.* (*e. ibid. v. 11. 12. 14* (*f. v. 6. 7. 8.* (*g. v. 8.* [*h. v. 16.* [*i. v.* 17. *21.* [*k. Amos. I. 1.* (*l. Zachar.* XIV. *5.* [*m. 2. Paral.* XXVI. *7.* [*n. sedecim enim annorum erat, cum Rex coronaretur, & regnavit ann.* 52. *2. Paral. 3. Josephus suorum fabulas non satis cavit, dum ita lib.* IX. *ant. cap.* XI. *scribit:* Rex commotus mortem illis, qui nescirent, minatus est: & ecce ibi terra vehementer concutitur, fissoque supernè templo radius Solis os Regis improbum ferit, quod è vestigio leprâ contactum est. Accessit huic & aliud prodigium, quôd eodem terræ motu ante urbem in loco qui dicitur Eroge, dimidium montis ad occi-

dentem vergentis revulsum, & per quatuor stadia volutum objectu eemum orientalis montis constitit, obstructâ viâ publicâ, & oppressis ruinâ hortis regiis. &c.

214. AZARIAS SACERDOS.

AZARIAS *sacerdos maximi animi, & legis antiquæ defensor acris,* Regem Oziam adolere incensum prohibet, & egredi è loco sacro jubet: cui assensi sunt octoginta alii sacerdotes. [*a.* Rex opinione pravâ, & contumaciâ sacrilegâ, *neque* Azariæ *comminationes, neque* aliorum *sacerdotum monita curat:* sed quod instituerat, agere pertendens, supplicia & mortem minitatur obstantibus. Dum manu suffimentum adhuc teneret, *lepra frontem & faciem ejus turpem in modum occupat,* (*b.* quique *omnia repleverat minis & conviciis*, exire cum dedecore & pudore è templo compellitur.

ANNOTATIONES.

AZarias, *Ebr.* עֲזַרְיָהוּ Asarjahu. *Græc.* Ἀζαρίας. *Vulg. Lat Azarias Pagn. Azarjahu. Luther. Asarja.* [*a. 2. Paral.* XXVI. *17. seqq.* (*b. ib. v. 19. 21.*

215. JOTHAMUS, REX XI.

JOTHAMUS Oziæ filius, (*a.* patre suo propter morbum tetrum à multitudine segregato, *regnâ habenas tenuit, non sine laude pietatis & magnificentiæ. Templum* enim Dei *splendidius reddit,* (*b.* & *urbes* multas *vallo ac fossis cingit:* (*c.* Regem Ammoniticum vincit, factumque tributari-

tarium certum pondus argenti, frumentique numerum cogit pendere. (*d.* *Regnum possidet annos* sedecim, (*e.* cujus dominatu Judæam hinc Peca Israëlis, inde Rasis Syriæ Rex infestare cœperunt. (*f.*

ANNOTATIONES.

Jothamus, *Ebr.* יותם *Græc.* Ιωάθαμ. *edit. Rom.* *vel* Ιωαθάμ *edit. Hamb. Vulg. L. Joatham, Luth. & Pagnin. Jotham.* [*a.* 2. *Paral.* XXVI. 23. (*b.* XXVII. 3. (*c. ib. v.* 4. (*d. v.* 5. [*e. v.* 10. (*f. vide. Hist,* 191.

216. ACHAS, REX XII.

Achas Jothami filius, (*a. omnium religionum & cultuum externorum insipiens imitator.* More Moabitico filium igne cremat: [*b.* ritu Syriaco, aram maximam facit: (*c.* exemplo Philistinorum, statuas Baali erigit: (*d. homo pessimus & infelicissimus.* Ejus *provinciam depopulatur* rex Syriæ (*e.* & de capto ipso Damasci triumphum agit: militum ejus centum & viginti millia rex Israëlis trucidat, & mulierum ac puellarum millia ducenta capta abducit. (*f.* Vexatur ab Idumæis & Philistinis. (*g. Vocans in auxilium* Assyriorum regem, [*h.* & *sibi* & Syriis *malum accersit.* Filium ejus Maasiam, & duos aulicos potentissimos Zechrius quidã interficit. (*i.* Tot *malis domesticis & externis quasi obrutus, non emendatur, tamen, sed peccata addit graviora:* deos alienos accersit, & idola in urbe sacrâ

statuit, templum Dei claudit, aram ejus evertit, (*k.* & regi Assyrio gratulatus, similem Damascenæ construit. (*l. Horologium miro artificio statuit.* (*m. Omnis impietatis contumax auctor, cujusvis novitatis stultus executor:* hoc uno felix, quòd Ezechiam reliquit filium. In regno fuit annos sedecim: (*n.* in vitâ sex & triginta, *& honore & luce istâ indignus.*

ANNOTATIONES.

ACHAS *Ebr.* אָחָז *Græc.* Αχαζ. *Vulg. Lat.* Achaz. *Pagnin.* Ahaz. *Luther.* Abas (*a.* 2. *Paral.* XXVII. 9. [*b. cap.* XXVIII. 3. 2. *Reg.* XVI. *Theodorëtus apud Corn. à lap. in* 2. *Reg.* XVI. Vide, *inquit*, in aliqvibus Civitatibus semel in anno incendi *rogos, & trans eos saltare aliquos, non solùm pueros sed etiam viros; infantes autem per flammam ferri à matribus. Videbatur a. istud qvædam esse expiatio & purgatio. Existimo autem hoc quoque fuisse Achazi peccatum. Hæc ille. Unde Salianus censet, Achasum filium non combussisse, sed traduxisse tantùm per ignem, itaque eum lustrasse & dedicasse idolo.* Non verò unum tantum, *sed plures filios, & forte omnes ita lustravit, uti qvidam colligunt ex* 2. *Paral.* XXVIII. 3. *Constat interim ex aliis locis, Ammonitas & Ebræorum nonnullos filios suos etiam combussisse igne. Videatur Corn. à Lap. in* Levit. XVIII. 21. *Molochi figuram vide infrà in not. ad Histor.* 229. *Vide D. Dilherr. tom.* 1. *Disp. Phil p.* 146. *& Cheitomæum in Græco-barbario N. T. p.* 54. 55. 56. *seqq.* 2. *Reg.* XVI. 3. [*c. ibid. v.* 10. [*d.* 2. *Paral.* XXVIII. 2. [*e. ibid. v.* 5. *seqq.* [*f. ibid v.* 6. 8. (*g. ibid. v.* 17. 18. (*h. ib.*

(*b. ibid. v. 16. & 2. Reg. XVI. 7.* [*i. 2. Paral. XXVIII. 7.* (*k ibid. v. 24 25.* (*l. 2. Reg. XVI. 10. seqq.* (*m. 2. Reg. XX. 11. Jesa XXXVIII. 8 Vide Schol. Marianæ ad 2. Reg. XX. 11. & Munsteri adnotat. ad loc. cit. nec non D. Friedl. fol. 407. col. 2. Hinc patet, falli Plinium lib. II. cap. 76. dum ait: Umbrarum rationem, & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus primusque horologium quod adpellant sciotericum, Lacedæmone ostendit, &c. Nam Achas diu præcessit Anaximenem: quia Achas vixit sub primam Olympiadem, Anaximenes autem & reliqui Græciæ sapientes circa quinquagesimam. Ducentis, ergò pænè annis Achas antiquior est Anaximene. Videatur Clavius lib. 1. Gnomonices p. 7. & Cornel. à lap. in Jes. XXXVII. Prolixè quoque de hoc horologio agit Walæus in N. T. è Salmasio. p. 922. 923.* (*n. Reg. XVI. 2. 2. Paral. XXVIII. 1.*

217. URIAS, HYPOCRITA.

URIAS (*a.* sacerdos hypocrita, regis Achæ impiis furoribus non modò non resistit, sed omnia ejus *jussa execranda*, scelerate comprobat atque *audacter adjuvat*. Aram Domini dejicit, & *locum templi sacratissimum profanat*, erecta ibi Baalis effigie, & arâ peregrinâ extructâ. (*b.* Tandem etiam templum Dei claudit, & Baalis aperit: *Dei mandatum nihil pensi habens*, regis perfidi, *omnes nutus observat*, (*c. majore spe in homine* sacrilego, *quam in Deo præpotente, collocatâ.*

[a. Br. אוּרִיָּה *Urijah. Gr.* Οὐρίας. *Vulg. Urias. Luther. Uria.* (*b.* 2. *Reg.* XVI. 11. *seqq.* 2. *Paral.* XXVIII. (*c.* 2. *Reg.* XVI. 15. 16.

218. EZECHIAS REX XIII.

EZECHIAS (*a. patris pessimi* (*b. filius* (*c. præstantissimus, Dei amans, & rectæ religionis instaurator,* fana montana sustulit, lucos incendit, idola fregit, (*d.* serpentem æneum diminuit. (*e.* omnes superstitiones delevit. (*f.* libros Salomonis philosophicos è curiosorum manibus eripuit. Contra verò *templum Dei aperuit, expiavit, instauravit, dies festos & sacra antiqua restituit*, & *ad veram cognitionem ac pietatem* ex aliis tribus *multos instigavit* (*g.* A jugo Assyrii se vendicavit, (*h.* & Philistinos repulit. [*i.* Regni Samaritani vidit *ultimum & miserabile excidium,* (*k.* quam ob causam *lacrimas non tenet, & panà aliorum territus, animos suorum populorum ad Deum verè colendum concitat, & exemplo suo, & hortatibus piorum:* (*l.* diem festum in populo Dei solennem, quem pascha nominant, celebravit infinitâ hominum infrequentiâ, dimissis per loca omnia nunciis, qui populum convocarent. [*m.* Regem Assyrium Sennacheribim *muneribus lenivit,* (*n.* ejus præfectum Rabsacem prostravit precibus: ita ut unâ nocte centum octoginta quinque millia hostium ab uno Angelo cæderentur.

int. (o. *Consilio* Esaiæ prophetæ *bono & fideli utitur*, & de ejus auctoritate *multa salutariter agit*. In morbum incidens, *vitæ annorum quindecim impetrat accessionem*, & miraculo cœlesti, sole ipso retrogrado, confirmatur. (*p.* Thesauros suos legatis Babyloniis ostendens, *Deum vehementer offendit: reprehensus acriter à* prophetâ *Dei voluntati sese subjicit.* (*q.* Regnavit annos viginti novem, obiit ætatis quarto & quinquagesimo: (*r. unus è regibus sanctis, quarum pausissimi omnibus temporibus numerantur.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* חִזְקִיָּהוּ חִזְקִיָּהוּ & חִזְקִיָּהוּ *Gr.* Εζεκιας. *Vulg. Lat. Ezechias. Luth. Hiskia* (*b. scil.* Achas. (*c. Crellius fol. 501. col. 2. ita:* War des gottlosen Königs *Achas* nicht natürlicher Sohn/ sondern war entweder von ihm zum Sohn angenommen oder war sein Stieff-Sohn. *Vide* 2. *Reg.* XVI. 20. XVIII. 1. *Paral.* III. 13. 2. *Paral.* 27. Den König *Achaz* verbrante seine Söhne mit Feuer 2. *Paral.* XXVII zu dem / so sind zwischen der Geburth *Achas* und *Hiskiæ* kaum 10. oder 12. Jahr &c. *quod ibidem probatur. Vide & D. Friedlieb. qui cum Crellio sentit. fol. 411. col. 2. & Calvisium ad* A. *M.* 3196. (*d.* 2. *Parl.* XXX. 14. XXXI. 1. 2. *Reg. XVIII.* 4. [*e.* 2. *Reg. XVIII.* 4. (*f. ib.* (*g. ibid.* (*h. ib. v.* 7. [*i. ibid. v.* 9. *seqq.* [*l.* 2. *Reg.* XVIII. 3. *seqq.* 2. *Paral.* XXIX. XXX. (*m. loc. cit. inprimis* 2. *Paral. XXX.* 1. 6. 10. & *c.* [*n.* 2. *Reg. XVIII.* 13. 14. 15. 16. [*o. ibid. à v.* 17. *ad fin cap.*

XIX. 35. 2. *Paral.* XXXII. 1. 20. 21. 22. *Jesa.* XXXVI. 1. XXXVII. *I.* 36. (*p.* XXXVIII. [*q. Jesa.* XXXIX. [*r.* 2. *Paral.* XXIX. 1.

219. SALMANASSAR, ASSYRIUS.

SALMANASSAR (*a.* Assyriorum Imperator potens, quem *regnum* Samariæ *pessundaturum*, propheta Hoseas vaticinabatur. (*b,* Imperii sui anno quinto, Ezechiæ regis Judæ anno sexto, Samariam capit, Hoseam regem abducit, *populum in colonias exteras distribuit*, gentes Persicas in Judæam mittit. (*c.* Cum Samariæ regionem leones vastarent, & colonos ipsos laniarent, [*d.* eis *sacerdotem* Israëliticum præficit, *qui populum rectè instrueret, & rite expiaret.* (*e.* Igitur religio Judaica jam anteà superstitione corrupta cum gentili præterea commiscetur, & in Samariæ urbibus tot sunt constituti dii, quot in eas migraverant populi externi. (*f.* Inde factum est, ut Samaritani pessimè apud Judæos audiverint, & convitium in historiâ Evangelicâ est, Samaritanum appellari. (*g.* Imperavit Salmanassar annos decem.

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* שַׁלְמַנְאֶסֶר *Schal-maneser, edit. Hamb.* Σαλμανασσὲ. *edit. Rom.* Σαλαμανασσὲ. *Vulg. Lat. Salmanasar. Pagn. Salmaneser, Luth Salmaneſſer.* [*b. Hos. I.* (*c.* 2. *Reg.* XVII. 3. *seqq.* XVIII. 9. *seqq.* (*d. cap.* XVII. 24. 25. *seqq.* (*e. ibid.* (*f. ibid. v.* 27. 28. 29 30. 31. *&c.* [*g. Joh. IV.* 9. VIII. 58.

220. SAN-

220. SANHERIBIS ASSYRIUS.

SANHERIBIS [a. Imperator, filius Salmanassaris, *urbes turritas* Lachin & Libnam obsidet, (b. & ad expugnandam Jerosolymam *omnes vires intendit.* (c. Ezechias Rex *magnum auri argentique pondus* numerans, frustrâ eum conciliari studuit. (d. Mittens ad eum (e. tribunos tres, [f. *de deditione postulat:* inter quos Rabsaces (g. *omnium insolentissimus.* Impeditus tum temporis à Tarrachâ [b. rege Æthiopum, post triennium revertitur, & *ad mœnia urbis castra metatur*, ad quam unâ nocte *exercitus* ejus *maximus* ab uno Angelo *extingvitur:* (i. in quâ clade Rabsaces, audax ille convitiator, simul perit. Imperator cum dedecore Ninum, [k. urbem imperialem redjens, (l. ad *reparandum numinum favorem*, superstitione crudeli duos parvos filios immolat, ideoque à duobus natu majoribus Adramelecho & Sareссare inter sacra immanissima *ferro transfoditur*: (m. anno regni Ezechiæ quarto decimo, sui imperii septimo.

ANNOTATIONES.

(a. VEl *Sanheribus.* Ebr. סַנְחֵרִיב Gr. *edit. Hamb.* Σενναχηρὶβ *edit. Rom.* Σενναχηρὶμ. *Quædam exemplaria legunt* Σεννηχαρεὶμ. *Vid. Walaeus p.* 104 *col.* 2. Vulg. Lat. *Sennacherib.* Luth. & *Pagn.* Sanherib. [b. 2. *Reg. XIIX.* 13. 17. 18. *XIX.* 8. (c. *cap. XIIX. v.* 17. 2. *paral.* XXXII. 1. 9. *seqq.* [d. 2. Reg.

XIIX. 14. *seqq.* [*e. scil. Ezechiam vel Hiskami.* (*f. scil. τὸν Tharthan, τὸν Rabsaris, τὸν Rabsacem, ut Vulg. Lat. ex LXXII. habet. Eadem nomna occurrunt etiam in translationibus Pagnini, Munsteri, Tremellii, & Tiguriná Germ. anno 1559. Sed Tigurina Germ. in 8. ano 1530. nec non Lutherus pro secundo vel medio ponunt* Ertz-Kämmerer. *Nec id qvidem sine omni causâ. Nam* סָרִיס *est Eunuchus vel cubicularius, &* רַב *Magister vel Præfectus.* Vide *&* Lex. *Buxtorf. Ebr. p. 521. Ebr.* רַב—סָרִיס *potest verti:* Magister vel Præfectus cubicularii, seu cubiculariorum, *per Synecd. Schindler. in* Lex. *Pentagl. col. 1248. lin. 1. etiam ut Proprium nomen accipi. Nominia illa recensentur 2. Reg.* XIIX. 17. [*g. ibid. §. 19. Lutherus hoc nomen vertit:* Der Ertz-Schencke. *Ebr.* רַב—שָׁקֶה *à rad.* שקה *bibendum dedit. (h. Ebr.* תִּרְהָקָה Thirhakah. *2. Reg.* XIX. *9.* LXXII. Ταρακὰ. *Vulgat. Lat. Tharaca. Luther. Thirhakah. [i. 2. Reg.* XIX. *35. 2. Paral.* XXXII. *21. (k. Ebr.* נִינְוֵה *ita &* Luth. LXXII. *Pagnin. & Vulg. Lat. (l. 2. Reg.* XIX. *36. (m. ib. v. 37.*

221. TOBIAS PATER.

Tobias, Tobuëlis filius [*a.* pupillus, ab aviâ Deborâ educatur. (*b.* Ductus in Assyriam à Salmanassare opes, & præfecturam accipit, (*c.* à Sanheribe *fortunis* rursus *exuitur*, [*d.* quas ei Sarchedon restituit. (*e. Jactatus variis periculis, timorem DEI non abjicit, & suis popularibus, quantum potest, benefacit,* & de epulis surgens interfectos Judæos terræ mandat. (*f. In-*

opia

opiâ & egestate tandem *pressus*, & *privatus oculorum beneficio*, (*g.* ad debitum exigendum filium ablegat in Mediam: [*b.* quo reverso, lætitiâ & gratulatione exultat, (*i.* & visum post annos quatuor mirabiliter recipit: (*k.* estque in tota Nino miraculum cognitum, (*l.* & laudata Dei bonitas & omnipotentia. Angelus Dei, qui filium erat in itinere comitatus, & patri *medicinam paraverat*, *se se aperit*, & opera Dei mirabilia prædicanda svadet. (*m.* Vivens post hæc senex optimus tranquillè, urbis Nini interitum prædicit, (*n.* filium post mortem suam in Mediam redire jubet. (*o.* datisque ei mandatis, ut *constanter Deo fideret*, *neque exilii diuturni moram*, *neque penuriæ molestiam formidaret*, admonet. Moritur anno ætatis centesimo: *fidelis*, *patientis*, *grati hominis exemplum*. Onera maxima, solitudinem, exilium, cæcitatem, *paupertatem*, *animo æquo tulit*, ad quæ accesserat uxoris morositas (*q.* De *clementiâ Dei speravit optimè*: eam expertus, *Deum laudavit magnificè*. (*r.*

ANNOTATIONES.

Tobias in Græcâ editione vocatur Τωβὶτ *vel* Τωβὶτ *ut Vatabli Biblia legunt.* [*a. ex Græca editione Tob. I.* 1. [*b. ibid. v. 8. Gr. edit.* (*c. ib. v.* 14. ἤμλω ἀυτῦ (*scil. Salmanaseris, ex versione Pagnin.*) ἀγοραστὴς. *h. e. eram ipsius obsonator vel emtor rerum in foro venalium.* (*d. hæc iterum ex Gr. cap. 1. v. 23.* [*e. etiam ex Gr. v.* 24. (*f. v.* 24. (*f. v.* 21. (*g. Tob. II.* 11.

pro

pro hirundine, *ut habet Vulg.* Lat. *& Luth. est in Græco textu* ςρȣθία, *h. e.* passeres, *ut vertit Pagninus, & Tigurini apud Vatablum. Munsterus in editione Ebræâ voeat* צִפְּרִים *à* צַפֹּר, *quod generale est, significans* aves, *vel, ut idem in versione* Latinà *habet,* aviculas. *In adnotationibus Basil. ann.* cIↃ lↃ *LVI. in 8. editis ita disserit: De aviculis dissentiunt inter se. Nostra editio [h. e. Vulg.* Lat.] *habet* hirundines; *Græcus vertit* passerculos, *Ebraica verò habent* צפרים *quam vocem David Kimchi sic exponit:* חוא עוף קטן *& alibi scribit:* עוף הוא שם כולל לכל *h. e.* est nomen complectens omnem avem. *Incertum ergò, an passerculus vel hirundo, aut alia avicula nidificaverit in loco, ubi dormire consvevit Tobias. Vide etiam notas Vatabli. (h. cap. IV. 21.* V. *2. 3. [i. cap.* XI. *10. (k. ibid. V. 13. seqq. (l. ibid. v. 16. [m. cap.* XII. *11. seqq. [n. cap* XIV. *6. 10. in Græc. (o. ibid in Græc. (p. in versione* Lat. *cap.* XIV. *3. dicitur, ipsum complevisse annos* CII. *quem numerum Luth. etiam retinuit. Sed Græca editio* CLIIX. *annos eidem tribuit. cap.* XIV. *11. edit. Hamb. Unde igitur Auctor annos collegerit, me quidem latet. Sic tempus cœcitatis Versio* Latina *cap.* XIV. *3. ponit ann.* qvatuor; *sed editio Græca numerat* octo *annos cap.* XIV. *2. (q. Tob.* II. *21. 22. NB. Quid de Tobiælibro statuendum, Theologi exponunt. Vide D.* Gerh. *Isagog. Disp.* I, *cap. 7. & Confess. Cathol. tom. 2. pag. 48. seqq. Tandem & hoc notandum videtur, quod scil. editio Tobiæ Ebræa non sit textus, quo primum scriptus liber fuerit, sed versio sive translatio, quam Munsterus equidem cum versi-*

versione Latinâ edidit, non verò adornavit, uti quidam putant. Prodiit enim ante Munsterum Judæorum opera Constantinopoli. Vide Hotting. Thes. Philol. lib. 2. cap. 2. sect. 1. pag. 527. & præfationem Munsteri in annotat. ad editionem Ebr. Ebræam illam editionem Munsterus acceperat ab Osvvaldo Schreckenfuchsio Rectore Scholæ Memmingensis. Alia verò est editio Ebræa hujus libri, quam divulgavit Paulus Fagius, plurimum discrepans ab illa Schrekenfuchsii & Munsteri.

222. TOBIAS FILIUS.

TOBIAS, Tobiæ & Annæ filius, (*a.* â patre egeno ad repetendum mutuum mittitur in Mediam, ad Gabaëlem, Gabriæ filium. (*b.* Conducturus comitem, sese Angelus ei offert hominis specie: (*c.* qui ipsum â periculis servat, (*d.uxorem ei honestam conciliat*, (*e.hostem connubii dæmonem nequissimum* fugat, (*f.* pecuniam è Media asportat, (*g.* salvum & ditatum reducit, senis patris *albuginem curat*, (*h.* totam gentem captivam *gaudio replet*. Tobias celebrat nuptias Ecbatanis dies quatuordecim, [*i* præsente Gabaële propinquo: Nini, dies septem (*k.* præsentibus Anahele patruo, Achiacharo & Nasbâ patruelibus. *Bonorum soceri sui semissem* statim *accipit*. (*l*, *Monita patris perpetuò observat & jussa cultu debito capessit:* quo defuncto in Mediam remigrat, & de Nini excidio & vastitate audit. (*m.* Moritur Ecbatanis, ætatis anno centesimo vigesimo septimo. (*n.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. Tob. l. 9. [b. cap. IV. 21. Gabriæ fit mentio in edit. Græc. v. 21. & cap. l. §. 16. edition. Hamb. §. 14. edit. Londinensis & Rom. apud Vatabl. §. 15. (c. V. 5. 6. seqq. (d. Vl. 2. seqq. (e. ibid. v 12. seqq. [f. VIII. 3. Recte fugationem dæmonis Angelo vindicat Auctor, non fumo piscino. Vide Danhauer Hodosoph. prg. 278. 279. (g. IX. 1. seqq. (h. XI 13. seqq. [i. ex Græc. edit. VIII. 20. (k. ex Græc. cap. XI. 20, (l VIII. 23. (m. XIV. 11. seqq. [n. juxta edit. Græc. cap. XIV. §. ult. sed juxta Lat. vers, cap. XIV. 13. ætas ejus fuit 99. ann.

223. ACHIACHARUS.

ACHIACHARUS, (a, fratris Tobiæ senioris filius, (b. patrueli suo reditum in urbem Ninon, & restitutionem bonorum impetrat, (c. *egentemque suâ beneficentiâ alit.* In tantam dignitatem evectus est, ut *in aulâ* Assyriâ *maximus, & à rege secundus haberetur: cui ab annulo, à potione, à rationibus erat, & negotia imperii ardua gubernabat.* (d. Alumnum habuit Amanem, pessimum atque in gratissimum, qui *de eo interficiendo consilia agitavit:* sed *quod flagitium meditatus fuerat altori & patrono, id in ipsius caput recidit. Eo* enim *laqueo captus est, quem innocenti sceleratè tetenderat,* (e.

ANNOTATIONES.

(a. GR. Αχιάχαρος (b. Tob. XI, 19. edit. Gr. Vers. Latin. habet. Achior. (c. Tob. I. 2. 4. Græc. edit. Nihil ibi habet versio Latin. aut Lutherus

[d. ib

[d. ibid. in Græc. edit. (e. Tob. XIV. 10. edit. Gr. apud Vatabl. §. 12.

224. RAGUEL.

RAGUEL Tobiæ consobrinus, Ecbatanis habitavit, urbe Medorum regiâ. Unicam filiam Saram, alienigenis septem despondet, qui à diabolo, ante tori genialis ingressum, jugulati sunt: (a. octavò *eam collocans marito* Tobiæ, agnato suo, *nihil sentit incommodi aut periculi*, Angelo DEi pronubo & defensore. (b. *DEO* igitur *benefico & potenti*, propter fugatum spiritum interemtorem, *gratias ingentes agit*, (c. traditâque genero bonorum suorum parte dimidiâ, pecuniæ, jumentorum, servitiorum, [d. cum filiâ dulcissimâ eum dimittit, *lætisque precibus & faustis ominibus prosequitur*. (e.

ANNOTATIONES.

(a. TOb. VI. 15. VII. 11. (b. VIII. 2. [c. ibid. v. 17. seqq. (d. ibid. v. 23. [e. cap. X. 13.

225. SARA.

SARA Raguëlis & Ednæ [a. filia, *virgo cordata & formosa*, sed misera atque ærumnosa. Nam septem ejus sponsos, ante initum conjugalem thalamum, diabolus strangulavit, (b. ideo quod *puellæ sapientissimæ amplexibus homines impii non digni fuerant*. Exagitata domi ab ancillâ, quæ illi tot homicidia exprobraret, & perpetuam sterilitatem imprecatur, *de vitâ ponendâ cogitat*: sed *intenta precibus* DEam orat, *ut*

sibi

sibi aut usum lucis propitius adimat, aut salutiferam patientiam largiatur. (*c.* Exaudita à DEO clementissimo Angelum habet pronubũ, & *in torum optimi adolescentis deducta* Sex filios (*d.* parit & *cum suo marito, sine contro versiâ, longis temporbus ætatem traducit.*

ANNOTATIONES.

[*a.* SIc *vocatur in editione Gr. Tob. VII. 18. Latina versio* Annam *vocat; Lutherus* Hannam. [*b. Tob. VI. 15. VII. 11.* [*c. cap. III. 7. ad finem usque.* [*d. Gr. edit. Tob.* XIV. *6. Codex Latinus ibidem* septem *numerat.*

226. SARCHEDON, ASSYRIUS.

SARCHEDON[*a.* seu [ut alii] Nachordam, tertius Sanheribis filius, patri sævo & infelici succedit, & fratribus parricidis, metu in Armeniorum præsidia confugientibus, *imperium volente populo obtinet.* (*b* Erga exules Judæos *dignâ rego munificentiâ & facilitate utitur,* idque consilio & auctoritate Achiachari, viri excellentissimi, *cum quo omnia secreta, propter fidem & taciturnitatem, communicavit, eique & aulæ illustris & imperii sui magni curam atque administrationem commendavit.* (*c.*

ANNOTATIONES.

[*a.* P*Agnino in vers. Lat. dicitur* Sarchedonus; *in editione Græcâ verò Hamb.* Αχιαρδωνὸς, *edit. Rom.* Σαχεδονὸς. [*b. Tob. I. 21. 22. 23. 24.* (*c. ibid.*

in

in edit. Gr. NB. in notis Hist. â 221. usque ad isthanc 226. secutus sum potissimùm *editionem Græcam bibl. Hamburg. Wolderi. Utrum a. quæ in Tobiæ libro enarrantur, revera contigerint, an verò fingantur saltem contigisse, ut in Comœdiis solenne est, non libet heic disquirere. Videantur præfatio Germ. Luth. in codice* Bibl. *Tobiæ præfixa, & aliorum Theol. dissertationes. D. Walth. in Officin. Bibl. §. 1267. Multum quoque differunt editiones Græcæ, non solum quoad divisionem in capita & versiculos, sed etiam quoad voces nonnullas.*

227. ASSARHADDON ASSYRIUS.

ASSARHADDON [*a.* Imperator, Sanheribis filius. [*b.* avi & patris exemplo, in Samariæ civitates, colonos peregrinos traduxerat; hi cum cæteris Judæis, victimas in loco immolabant, nec tamen *à gentili consvetudine discedebant.* Cùm autem templum Domini, unà cum exulibus reductis, iidem ædificare vellent, à Josuà sacerdote, & Serubabele duce, sunt prohibiti. [*c. Ideò incensi odio & furore* gentiles illi, Judæos ædificantes impediunt, & contra eos mandatum, à Cyri regis filio impiissimo extortum, pertinaciissimè urgent. (*d.* In supremâ dignitate annos vixit decem, imperatorum Assyriorum ultimus.

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* אֵסַרְחַדֹּן Esarchaddon, *2. Reg.* XIX. *37.* אסר־חדן *sine fulcro Vau: Jesa.* XXXVII. *38.* [*b. 2. Reg.* XIX. *37.* (*c. Esræ. IV.* 1. 2. 3. (*d. ib. v.* 4. *seqq.*

228. MERODACHUS BABYLONIUS.

MERODACHUS, filius Baladani, regis Babilonii, [a. Assyriam obtinuit. Regis Ezechiæ amicus fuit, cui etiam, quòd è morbo lethali convaluisset, *per legatos gratulatur:* quibus Ezechias, ostentationis gratiâ, regios *thesauros inspiciendos monstrat*. (b. Regis facto propheta Isaias impense dolet, & ea, quæ ostendisset, omnia in hostis potestatem ventura: & filios ejus evnuchos in aulâ Babylonicâ victuros, ex Dei mandato denunciat. [c. Imperavit annos quadraginta. [d. Abnepos ejus Nebucadnezar urbem Jerosolymam, & regnum Judaicum evertit. [e.

ANNOTATIONES.

[a. *Ebr.* מְרֹדַךְ Gr. Μαρωδὰχ. *edit. Rom. vel* Μαρωδὲχ. *Edit. Vatabli, Hamb. & Basileenses in 8. ann.* 1550. *Luther. Vulg. Lat. Pagnin. Merodach. Cornelius à lap. in Jes.* XXXIX. *1. putat,* Baladan *fuisse nomen proprium* Regis *Assyrij, qui legatos ad Ezechiam misit:* Merodach *verò fuisse nomen commune* Regum *Babyloniorum, ut Ptolem. Ægyptiorum, Cæsar Romanorum Imp. Ebræi nugantur, Merodach istum fuisse Nebucadnezarem, qui Monarchiam ab Assyriis ad Chaldæos transtulerit. Sed ab anno* XV. *Ezechiæ, quo contigisse putatur ejus morbus & sanatio ad ann. quartum Jojakim, quo regnare cœpit Nebucadnezar, fluxerunt anni* CLXIX. *Probabtilter Scaliger lib.* V. *de emendat. templum. & ex eo Torniellus ann. mund. 3306. censent, hunc* Regem *esse Nabonassar, à quo æra Babyloniorum fuit constituta.*

Vide

Vide etiam Cornel. à lap. in Jezech. 1. §. 1. [*b. Jes.* XXXIX. 1. 2. (*c. ib. v.* 3. *seqq.* *Confer etiam* 2. *Reg.* XX. 12 *seq.* 2. *Paral.* XXXI. 31. *Legatio ista incidit in A. M.* 3234. *juxta Calvisium.* Anno uno ante nativitatem Romuli. *ib. scil. apud Calvis.* (*d. juxta Calvis. regnare cœpit* A. *M.* 2329. *mortuus* A. *M.* 3241. *Ergò* XII. *saltem ann. imperavit. Vide & Isagog. Hist, D. Bottigeri p. m.* 498. *Ptolomæo lib.* 4. *cap.* 7. μεγάλ. συντ. *dicitur* Mardocempadus, *vel* Mardocempades. *Suidas* Marodachum *ex* LXXII. *vocat. De Legatione vide etiam D. Christ. Matth, in Theat. Histor, part. vel Monarch.* I. *p.* 71. [*e. anno scil.* 115. *post hanc legationem. Vide Calvis. A. M.* 3234. *&* 3349.

229. MANASSES REX XIV.

MANASSES (*a.* Ezechiæ filius, (*b.* anno ætatis duodecimo, (*c. sceptrum sumit:* ipsum Jeroboamum, auctorem corruptæ religionis & *omnes barbaros populos impietate superat.* (*d. Cultu divinos mutat* gentiles instituit, omnia cœli signa adorat, prophetas interficit, eorum loco augures, astrologos, conjectores, fatidicos admittit, filium suum Molocho, quem Jovem tyrannum nominat Prudentius, immolat, & igne cremat, (*e. vicos urbis* sacra *replet cæde & sanguine.* (*f.* Captus à rege Merodocho, in triumpho Babylone ducitur, [*g.* tum *carceri tetro & vinculis durissimis* annos decem *includitur. Agens inter cataslas & catenas scelerum pœni-*

tentiam, Deo placato *in regnum honorificè restituitur*. (*h.* Post id tempus quicquid anteà pravi egerat, id publicè emendat, *templum DEi reficit, & mœnia diruta instaurat*, & ad regni defensionem comparat necessaria. (*i.* Diutiùs regnavit quàm regum quisquã, annos videlicet quinquaginta quinq; [k. obiit ætatis anno septimo & sexagesimo, sepultus in horto suo, (*l.* extra regia monumenta: *totâ vitâ agitatus incertis sententiis, & anxiâ formidine, & variis successibus.*

ANNOTATIONES.

[*a.* *Br.* מְנַשֶּׁה *Græc.* Μανασσῆς *Vulg. Lat. Manasses. Lutherus: Manasse.* (*b.* 2. *Reg. XX.* 21. *XXI.* 1. [*c. ibid.* [*d.* & *v.* 11. (*e. ibid. inprimis v.* 6. *Morem liberos Molacho immolandi liber Jalkut in Jerem. cap. VII. ita describit.* Imago [*scil. Molochi*] *erat, habens faciem vituli manus expansas instar hominis, manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat, intus excavata. Septem ipsi exstructa fuere sacella, ante quæ imago ista fuerat collocata*; avem *sive* Pullum *columbinum offerens primum sacellum ingrediebatur*; ovem *aut* agnum, *secundum*; arietem, *tertium*; vitulum, *qvartum*; juvencum, *qvintum*; bovem, *sextum qui denique* filium proprium *offerret*, *septimum occupat sacellum. Hic Molochum exosculabatur*, *secundum illud Hoseæ XIII.* 2. *Qui sacrificant homines*, vitulum *osculantur: hinc filius ante Molochum ponebatur*; *Molochus igne supposito succendebatur*, *donecignitus fieret instar lucis. Tunc sacrificuli acceptum infantulum candentibus Molochi*

ebi manibus indebant, ac, ne parentes ejulatum pueri audirent, tympana pulsabant. Sic transtulit locum Mart Petr. Cheitomæus in Græco barbaris N. T. pag. 57. Similem locum ex R. Simeone vide apud Schedium de diis Germ. p. 401. Ægyptiis Moloch. Mars est, velut probat Lud. *de Dieu Animadvers. in V. T. p. 91. 92. Samuel Petitus Saturnum sub Molochi nomine intelligit, apud Walæum in N. T. p. 1096. col. 2. Eandem opinionem etiam alii tuentur, apud Schedium lib. c. p. 400. Ipse Elias Schedius p. 99. Solem sub Molochi nomine cultum fuisse arbitratur. Samuel Petitus Var.* lect. *lib. 1. cap. 1. pag. 1. seqq. ostendit, Molochum & Baalem in genere & communiter omnes gentilium* Deos *dici: ubi verò peculiariter* Deus *alicujus gentis vel urbis designandus fuit, id factum fuisse addito epitheto, petito vel ab ipsâ gente, seu populo, vel ab urbe v. g. Moloch Ammonitarum &c. vel â loco, in quo colebatur, vel aliunde. Itaque monet, non tàm se verè castigandum fuisse Theophylactum, qui ad cap. VII. Act. notarit,* Μολὸχ εἰδώλου εἶναι Μοαβιτῶν. *Non minùs enim Moabitorum Deus, quam ille Ammonitarum, Moloch adpellari poterat. Videatur etiam Gerhardus comment. in Deuteron. pag. 782. (f.* 2. Reg. XXIV. 4. [*g.* 2. *Paral. XXXIII.* 11. (*h. ibid. v.* 12. 13. (*i. ibid.* v. 12. 13. *seqq.* (*k. eod. cap. v.* 1. [*l.* 2. Reg. XXI. 18. *&* 2. *Paral.* XXXIII. 20.

230. ISAIAS PROPHETA.

ISAIAS [*a.* Amosi [*b.* filius, qui frater regis Amasiæ putatur, propheta fidelissimus, præditus spiritu Davidico, & doctor planè Evangelicus (*c. in suâ lingvâ copiosus & eloquens.* (*d.* Mu-

nus docendi suscipit anno ætatis suæ trigesimo. Reges Acham [*e.* & Ezechiam (*f. in negotiis gravissimis*, tempore calamitoso *juvat consiliis & consolatione. Castra* Assyriorum *precibus evertit*, (*g. vitam* regis *precibus propagat*, (*h.* cujus etiam ulcus pestilens, ficu impositâ, curat. (*i.* Ejus temporibus Sol fit retrogradus: (*k.* multis regibus prædicit interitum, [*l.* & spiritu excelso prævidet nulli credibilia. Docuit sub quinque regibus (*m.* annos sex & nonaginta, (*n.* idque *afflicto & pæne deposito totius Ecclesiæ statu.* Regni Samaritani eversionem videt. Tandem à Manasse scribitur fuisse dissectus serrâ ligneâ. [*o. Reliquit doctrinæ suæ monumenta*, in quibus de Christi ortu, passione, obitu, resuscitatione, reditu in cœlos, ita *perspicuè & evidenter loquitur*, tanquam non ventura scriberet, sed audita aut posita ante oculos explicaret. Christum ipsum suum in carne propinquum & patruelem nominat, [*p.* & *immensum majestate Deum agnoscit atque prædicat.* (*q.*

ANNTATIONES.

[*a.* *Br.* יְשַׁעְיָהוּ Jeschajahu. *Unde quidam existumant rectiùs scribi* Jesaias, *quàm* Esaias. *Hic apud Rabbinos* secundum *locum inter Prophetas majores obtinet, & Jeremias primum. Vide Hotting. Thes. Philol. p.* 474. [*b. Quis fuerit Amos iste, non adeò liquet. Hieronymus Jesaiam vocat virum* nobilem *h. e. ex nobili prosapiâ natum. Alting. ipsum appellat* regio

regio sangvine *natum. Sixtus Senens. Bibl. S. p.* 12. *dicit ipsum civem Hierosolymitanum*, genere nobilem, *de tribu Juda.* R. *D. Kimchi, nescimus, ait, genealogiam ejus, è qua tribu sit, nisi quod Rabbini nostri traditione acceperint, Amozum, cujus filius Jesaias fuit, & Amaziam regem, fratres fuisse. Epiphanius putat, Amosum Prophetam, inter minores vulgò numeratum, fuisse patrem Jesaiæ. Sed illum Hieronymus ex differentiâ nominum in textu Ebræo rectè refutat. Pater Jesaiæ vocatur* אמיץ *per* א & צ: *At Propheta Amos dicitur* עמוס *per* ע & ס. *Videatur etiam Gram. S. Glassii p.* 810. *Cum Epiphanio interim sentit Clemens Alexandr. lib.* 1. *Strom. & Cedrenus in Comp. Histor.* [c. *Hieronymo non tam Propheta, quàm Evangelista; nec futura prædixisse quàm præterita commemorasse videtur. Præfat. in Jesaiam.* (d. *vide Hotting. Thes. Philol. pag.* 475 [e. *Jesa. VII.* (f. *Jesa.* XXXVII. XXXVII. (g. 2. *Paral.* XXXII. 20. 21. (h. 2. Reg. XX. 11. (i. *ibid. v.* 7. (k. *hoc differtè dicitur Jesa. XXXVIII. 8. ubi hæc* וַתָּשָׁב הַשֶּׁמֶשׁ *h. e. & REVERSUS* est Sol *&c. Mirum itaq; est, quòd Grotius negare ausus fuerit,* Solem retrocessisse, *& adseruerit,* umbram saltem *retrò ijsse. Gratus autem Jonathan, Paraphrastes Chald. per* horas *exponit. Fuisset itaque hic dies* (*nocti contradistinctus*] XXII. *horarum, cùm esse debuisset tantum* XII. *horarum. Fabulantur Judæi, velut Munsterus* 2. *Reg.* VX. *monet, diem decem gradibus seu horis abbreviatum fuisse in morte* Achaz, *ne scil. luctus fieret super morteejus; resartas autem illas* X. *horas tempore Hiskiæ, ne temporum fieret confusio*[l. *In prophetiâ Jesaiæ passim.*[m.

Jesa. I. 1. & ibi nominatis adde Manassem. (n. probatur id in Promtuar. Crellü. f. 571. col. (ò. Ita Talmudici, R. *Sal. Jarchi. & R. D. Gans. Zem. Dav. p. 19. Et volunt nonnulli, Paulum Ebr.* XI. 37. *adludere ad hoc Jesaiæ supplicium. Vide* Moll. *in Jesa. p. 3.* Lexic. *Talm. Buxtorf. fol. 1396.* Idem *repræsentatur in effigie Jesaiæ ex vetusto aureoque codice Basilij Porphyrogeniti* Imper. *Biblioth. Vaticanæ Patrum testimonia vide apud Cornel. à lap. in Jes. fol. 44. col. 2. A. B.* C. *D. Causam martyrii tractat. fol.* 45. *col. 1. Adde* Schindler. *in Lexic. pentaglotto col. 336. D. [p. Jesa. V. 1. (q. Jes. VI. Non desunt, qui tradant, Jesaiam fuisse socerum (vel prosecerum] Manassis, ut testatur Hieronymus lib. III. comment. in Jes.* XX. Idem *sentit Isidorus lib. de vit. & mort. Sanct. cap.* 28. *Quidam Ebræi ajunt, Manassen fuisse filium filiæ Jesaiæ, uti videre est apud Hieron. in Quæst. in 2. Paral. cap.* XXXIII. *Fuit conjugatus, habuitque uxorem Jesaas, & filium. Vide cap. VII.* 3.

231. NAHUMUS. PROPHETA.

NAHUMUS [*a.* propheta Elchoseus, (*b.* tàm Judæis quàm eorùm adversariis de eversione loquitur. Assyriis futurã calamitatem & ærumnam, aliis gentibus potentissimis internecionem, *exemplis quibus-dam depingit:* (*c.* suo tamen populo *animos addit, & spem facit eximiam,* quòd illorũ tyrannos ipse Deus eversurus sit, *lætitiamque pacis optatæ* tali successu aucturus, ut *festos dies* rursus *agitent,* & vota sua reddant sine impedimento, [*d.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* נַחוּם *Nachum Gr.* Ναὺμ *Vulg. Lat.* Lutherus *& Pagninus, Nahum.* (*b. vel Elkoſai. Sic dictus ſive à* patriâ, *juxta Hieronymum; ſive à* munere, *juxta Ar. Montanum, quidam, apud Hieron. in proœm. prophetæ Nahum, putant, Helkoſæum patrem fuiſſe Nahumi. Sed Helkoſai eſt viculus in Galilæâ; ait ibidem Hieronymus. Idem monent Epiphanius in vitâ Nahumi, Remigius, Lyranus, Hugo,* Ribera *& alij.* Ἀχρονῶ *à quibusdam dicitur, tùm quoad vitæ, tùm quoad prophetiæ exordium. Vulgò tamen ex Ebræorum ſententiâ Joël, Nahum & Habacuc ad Manaſſe tempora referuntur. Vide Zem. Dav. p. 20. & Ar. Mont. p. 5. 3. 8.* [*c. per totam prophetiam* (*d. Nah. I. 1.*

232. HOSEAS PROPHETA.

HOSEAS Propheta, Betheri (*a.* filius, *impuros & inanes cultus* populo exprobrat, Deique iram effundendam, torrentis inſtar, [*b.* multò antè tempora nunciat. *Fœdera* reprehendit cum Ægyptiis, (*c. futura non ſalutis ſed ruinæ cauſam,* donec unâ cum gente profanâ captivi perdantur, & Aſſyriis tandem univerſi ſerviant. (*d.* Minis ubique miſcet conſolationes & *liberationem* non ſolùm è *ſervitute & vinculis*, verùm etiam à morte [*e.* atque inferis [*f.* majore cæteris applauſu promittit. Scripta hujus prophetæ Paulus Apoſtolus adducit, (*g.* & ejus teſtimonio Chriſtus [*h.* utitur, contra Phariſæos ipſum arguentes, quòd cum publicanis & peccatoribus cibum ſu-

meret. Docuisse fertur annos ultra octoginta, sub multis regibus. (*i.*

ANNOTATIONES.

QUomodo scribatur hoc nomen vide suprà *Hist.* 193.

Synchronus Jesaiæ juxta nonnullos (*a. Ebr.* בְּאֵרִי Beeri *h. e.* putealis. *Sic fortasse dictus fuit, quod legis ac doctrinæ divinæ uberrimâ copia ætatis suæ homines adfluxerit, ut scribit Ar. Montanus. Epiphanius tradit, Hoseam fuisse ex tribu Isaschar oriundum. Consentit Hieronymus ac Drusius p.* 3. [*b. Hos. V.* 10. (*c. cap.* VII. 11. VIII. 13. *& alibi.* [*d. cap. IX.* 3. *X.* 6. (*e. cap. VI.* 1. 2. (*f. cap. XIII.* 14. (*g.* Rom. IX. 26. 1. Cor. XV. 55. *Ebr. II.* 14. XIII. 15. (*h. Matth. IX.* 13. *XII.* 6. *scil. sub* Uziâ *vel* Uziâ, *Jothamo*, [*i. Achazo & Hiskia Hos. I.* 1. *Alcasar in Apocal. V.* 2. *censet*, *Angelum illum ad litteram esse Hoseam prophetam: cui adstipulatur quoad sensum mysticum Cornel. à lap. in argumento Hoseæ. f.* 50. 2. C.

233. JOHEL, PROPHETA.

JOHEL (*a.* propheta Rubenites, filius Phatuelis, (*b.* habet conciones præclaras de pœnitentiâ, & de missione Spiritûs sancti *jucundum planè & dulce testimonium.* (*c.* De Christo quoque ita sentit, quòd invocaturi nomen ejus sint futuri beati, [*d.* Regno Judæ ab Assyriis *vastitatem & cladem pronunciat.* (. *Vitæ* ejus *cursus tranquillus est*, & in agro Betherone patriæ suæ sepelitur.

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. Vel Joël Ebr. יואל Gr. Ιωηλ. Vulgat. Luth. & Pagnin. Joël [b. vel Pethuelis [c. Joël. II. 28. seqq. (d. ibid. v. 32. [e. ibid. v. 1. R. Salomon putat Joëlem fuisse filium Samuelis, qui Davidem unxit: quia filius Samuelis à Josepho VI. Antiq. cap. 3. dicitur Joël. Sed temporum ratio hanc opinionem evertit.

234. HABACUCHUS PROPHETA.

HABACUCHUS (a. propheta, *tempore miserrimo gentem trepidantem solatiis erigit:* cui etsi dissipatio & servitus præ foribus sit, tamen Babylonios non fore Judæorum dominos perpetuos, *nec suæ crudelitatis fructum plenum capturos.* Experturum n. populum levationem non modò vinculorum, quæ diuturna futura non sint: sed omnium quoque periculorum habiturum vacuitatem, per Messiam venturum, qui sit fide expectandus, nec ullius mali magnitudine, aut temporis difficultate posse impediri, quin *suo adventu afferat corporibus atque animis libertatem.* Ejus testimonium adducit Paulus prostabiliendâ fidei justitiâ [b. Hic propheta, si in Babylonem è Chaldæâ, cibum Danieli victo deportavit, ut libri apocryphi testantur, ad maximam cum senectutem perveniisse necesse est. [c.

ANNOTATIONES.

(a Ebr. חבקוק Chabhakkuk. *Græc. edit. Hamb.* Αμβακ-

Αμβακκὺμ. Rom. Αμβακοὺμ. *Vide Walæum in Nov. Teſt. pag. 104. col. 2. Vulgat. Pagn. & Luther. Habacuc. Sunt, qui æſtumant, fuiſſe illum* filium Sunamitæ. *Sic Paraphr. Chald. Vide etiam libr. Juchaſ. p. 12. Sed hos refutat ratio Chronologiæ ut obſervat Ar. Montanus p. 571. Hieronymus, Epiphanius, Sixtus Sen. & alii ſcribunt, vixiſſe illum tempore captivitatis Babyl. annisque duobus ante reditum populi Judaici è vitâ diſceſſiſſe. (b. Rom. 1. 17. Gal. III. 11. Ebr. X. 38. (c. D. Dilherrus Tom. 1. Diſpp. Philol. additam. IX. p. 335. ita: Prophetam Habacuc. Danieli, in foveam conjecto, cibum attuliſſe, ut in cap* XIV. *apocryph. v. 37. Dan. traditur, dubitare nos jubet Chronologiæ. Iſidorus & Epiphanius tradunt, hunc prophetam fuiſſe oriundum ex tribu Simeonis, ex agro Bithicucar.*

235. AMON, REX XV.

Amon filius Manaſſæ, (*a.* quamvis patris vincula & calamitatem noviſſet, tamen eo non modò nihilo melior, ſed propemodum deterior fuit: (*b.* ideò propter tyrannidem initio regni ſublatus eſt fraude ſuorum familiarium: [c. cujus percuſſores populus *ſupplicio afficit*, & reliquos factioſos necat. (*d.* Regnat annis duobus, (*e.* cadit anno ætatis quarto & vigeſimo, juxta patrem conditur in horto privato. [*f.*

ANNOTATIONES.

(*a. Ebr.* אָמוֹן *Græc.* Αμὼς. *edit. Rom. vel* Αμὼν. *edit. Hamburg. Luth. Pagn. & Vulg.* Amon. 2. Reg. XXI. 18. (*b. ib. v. 20. 21. 22.* [*c. ib. v. 23.* (*d. ib. v. 24.* (*e. ib. v. 19.* (*f. v. 26. Glycas ait, Amonem dixiſſe; Pa-*

Pater meus â puero multa scelera fecit, at in senectâ pœnitentiam egit: quare & ego in hac ætate pro animi libidine me geram, & deinceps ad Dominum me convertam: ideò Deum hanc temeritatem citâ morte puniviſſe. Ut quod adoleſcentes probè notent atque juvenes.

236. JOSIAS REX XVI.

JOSIAS, Amonis filius, (*a.* ætatis octavo (*b.* anno Rex creatur, *cui ſimilis pietate poſt Davidem nullus vixit: omnis ſuperſtitionis hoſtis acerrimus. Templũ* ab avo & patre violatum purgat, (*c. laceratum redintegrat:* (*d.* quadrigas ſolis in ejus veſtibulo in cendit: [*e.* ganea laterid9 adjuncta evertit, (*f.* ſtatuas cremat, *ſigna è ſolidis metallis* frangit, haruſpices & divinatores *morte punit: ſacrificia ſangvine humano facta* abolet; (*g. templum* deæ Sidoniæ, ſtructum olim à Salomone, (*h. complanat:* aram Jeroboami Bethelenſem diruit, & oſſa ſacerdotum tam mortuorum, quàm viventium ſuper eam cremat, & cineres diſſipat. [*i.* Tribus præterea Manaſſæ, Efraimi, Simeonis *vetere doctrinâ imbuit:* (*k. libros* Moſis repertos *divulgat, & in publicum refert:* (*l.* paſcha celebrat tantâ magnificentiâ, quantâ à Samuelis temporibus non fuerat celebratum. [*m.* Hoc unum ſtultè egit, quòd Nechao Regi Ægyptio bene monenti, bellum intulit: (*k.* cum quo Benhadadæ auxiliis *pugnans infeliciter, ſagittâ percutitur, & ex eo vulnere obit.* (*o.* omnium piorum luctu immenſo, (*p. aſſertor,*

enim

enim fuit *moris majorum, & sinceræ religionis acerrimus. Cum gloriâ floruit* Rex excellens annum unum & triginta [*q.* mortuus ætatis nono & trigesimo. (*r.* Postremus in regum sepulchris conditur, (*s.* neque post eum alius Rex pius, aut laude aliquâ dignus, in hoc populo vixisse cognoscitur.

Josias, *Ebr.* יאשיהו Joschijahu. *Græc.* Ιωσίας. *Vulg. Lat. Josias. Luther. Josia. Pagnin. Josijahu.* (*a.* 2. *Reg.* XXI. 26. 2. *Paral.* XXXIII. 25. [*b.* 2. *Paral.* XXXIV. 1. 2. *Reg.* XXII. [*c.* 2. *Paral.* XXXIV. 8. (*d.* 2. *Reg.* XXII. 3. *seqq.* [*e. cap.* XXIIII. 5. 11. [*f. ibid.* v. 7. [*g. ib. v.* 4. *seqq.* 2. *Paral.* XXXIV. 3. *seqq.* [*h.* 2. *Reg.* XXIII, 13. *confer. Lat. Vulg.* (*i. ibid.* 15. *seqq.* (*k.* 2. *Paral.* XXXIV. 6. (*l.* 2. *Reg. XXII.* 10. *seqq.* XXIII 2. *seqq.* (*m. ib. v.* V. 21. *seqq.* 2. *Paral.* XXXV. 1. *seq.*]*n. ib. v.* 20. *seqq.* (*o. ib. v.* 23. [*p. v.* 24. (*q.* 2. *Paral* XXXIV. 1. [*r. octo enim annorum erat, cùm* Rex *fieret. ib.* [*s. cap.* XXXV 24.

237. HELCHIAS SACERCOS.

Helchias [*a.* summus sacerdos [*b.* Salli filius, (*c. inter ruinas & parietinas templi*, libros Mosaicos reperit, [*d.* quos in populo Dei abolitos & amissos inter Isaiæ & Jeremiæ tempora, simile miraculo est. Eos regi Josiæ oblatos *coram omnibus ordinibus* jubetur *perlegere.* (*e.* Mox secundum illas leges tàm *collegia sacerdotum*, quam *mores* vulgi Helchias *emendat*, *totum regnum à sordibus & impuritate superstitionis* repur-

repurgat, Ecclesiam in dignitatem antiquam Deoque acceptam restituit. (f. Pecuniam, ad structuram templi traditam, summâ fide tractat, & nihil non agit sacerdoti sancto & incorrupto conveniens. (g. Hic diversus est à patre Jeremiæ ejus nepos Saraias summus sacerdos, è captivis à rege præcipuus, Babylone interficitur. (i.

ANNOTATIONES.

[a. Ebr. חִלְקִיָּהוּ Chilkijahu. Gr. χελκίας. Vulg. Lat. Helkia. Lutherus Hilkia. [b. 2. Paral. XXXIV. 9. [c. 1. Paral. VII. 13. [d. 2. Reg. XXII. 8. 2. Paral. XXXIV. 14. 15. (e. ib. v. 30. (f. repete quæ notavimus ad Hist. 236. (g. ut patet ex locis Hist. præced. notatis. [h. cujus fit mentio Jerm. I. 1. Clem. Alex. lib. 1. Strom. Hieronymus vel quisquis est Auctor Quæst. Ebr. in lib. 1. Paralip. Paulus Burgensis, Maldonatus, & Ecenseni, Heliam Jer. I. 1. Jeremiæ patrem fuisse summum pontificem, qui laudatur 2. Paral. XXXIV. 9. Sed hanc opinionem prolixè refutat Cor. à Lap. in Jer. I. Cui adde Comm. Hulsemani in Jer. 31 32. (i. 2. Reg. XXV. 18. seqq. Jerem. LII. 24. seqq. Confer. etiam 1. Paral. VII. 13. 14. NB. Hilkiæ mater fuit Hulda, de quâ Hist. 239. agetur.

238. ZEPHONIAS PROPHETA.

Zephonias [a. propheta, Chusi filius, [b. propter cultus exteros numium falsorum sacerdotibus, regibus, multitudini, quocunque in loco, vel in synagogâ, vel in conventiculis, impetus illius tulerat, perpetuò minatur; neque solum

lùm Judæis (*c.* de *irâ Dei vehemente*, sed vicinis quoque concionatur gentibus: [*d.* inprimis quòd *rapaces & violenti opes suas amplificarent, cum oppressione aliorum.* (*e.* Addit tamen consolationes, quòd Deus non planè suum populum sit deserturus, sed eum congregaturus cum gaudio, *ulturusque* omnes ejus *inimicos atque adversarios.* (*f.*

ANNOTATIONES.

(*a.* *Ebr.* צְפַנְיָה Zephanja. *LXVII.* Σοφονίας. *Vulg. Lat.* Sophonias. *Pagnin. Sephanjah.* Luther. Zephanja. [*b. Sophon. I.* 1. *De Chuso, Gedalia, Amaria: Hiskia, Zephanjæ majoribus, quorum fit mentio loco laudato, nonnulla ex Ebræorum monimentis eruit Arias Mont. p. 636. Sixtus Sen. p. 15. Sed incerta illa sunt omnia. Rabbini censent, Ezeciam, cujus fit mentio Sophon.* 1 *1. esse Hiskiam regem Judæ, ita, ut ejus abnepos fuerit Sophonias. Verum id rectè impugnat Ribera, à Castro & alii.* (*c. Sophon.* I. *per tot.* (*d. cap. II.* 4. *seqq*, [*e. cap.* III. (*f. ib. v. 9. seqq.*

239. OLDA PROPHETRIA.

Olda (*a.* Jerosolymitana, uxor Salli, (*b.* Helchiæ mater, majore quam pro homine, & muliere, sapientiâ prædita, *ludum puellarum aperit, & pietatis initia, temoribus corruptis tradit.* (*c.* Eam libro legis invento, tanquam *doctrinæ cælestis magistram* consuli Rex Josias imperat, quæ hoc responsum dari jussit, certum esse, quòd Deus immissurus genti sit mala illa grandia, quæ sunt

sunt expressa in libro illo nominatim; sed quia rex *doluerit & fleverit*, *ob sua atque communia delicta*, ideo *ipsum fore indemnem*, & moriturum pacificè *condendum in patriis monumentis*. (*d.*

ANNOTATIONES.

Ebr. חֻלְדָּה Chuldah. LXX *edit. Rom.* Ὁδα *Hamb.* Ολδα *Vulg. Lat.* Holda. *Luth. & Pagn.* Hulda. (*b.* 2. *Reg.* XXII. 14. (*c. id. fortasse colligit Auctor ex nomine, quo dicitur* נְבִיאָה *prophetria, & quod habitârit* in secunda *loc. cit. Nam vult Vatablus, intelligi locum* secundæ dignitatis *à templo, quo dabatur opera eruditioni.* (*d. loc. cit. à* §. 14. *ad fin. & 2. Paral. XXXIV.* 22. 28. *De Huldâ ista plura habet Cornel. à lap. in 2. Reg. XXII.* 14. 15. *fol. 292. col. 2.*

240. PASSUR HYPOCRITA.

PASSUR, (*a.* Immeri filius, (*b.* hypocrita & tyrannus, nam ea ferè vitia conjuncta sunt: *extitit primi inter sacerdotes nominis*, (*c.* Jeremiam de bellis, dissipatione, & exilio *multa ominosa & tristia cotidie inculcantem*: tanquam autorem seditionis, *pugno percutit & in carcerem* templo propinquum conjicit. (*d.* Eam *vim* sibi *immeritò illatam* propheta *patiens devorat*, neque tamen adhuc vinctus desistit de irâ Dei concionari: primum omni populo expectandam, (*e.* deinde suo delatori, & familiæ ejus imminentem. (*f.* Tum demum ipsos ait *edoctos eventis* credituros, cùm cladem præsentem viderint; & Passurem co-

gniturum, vaticiniorum quæ protulerit, vanitatem, & superbiæ pœnam, in suæ mortis articulo & quasi momento, cùm intra Babylonis mœnia sit vitam positurus. (g.

ANNOTATIONES.

(a. Ebr. פַּשְׁחוּר Paschchur. Gr. πασχὼρ. V. L. Phassur. Luth. Passur (b. Jer. XX. 1. [c. ib. uti dicitur præpositus & dux in domo Jehovah *Maldonatus, erat, inquit, princeps h. e. secundus à Pontifice. Sed unde hoc probabit Jesuita. Hieronymus arbitratur, fuisse summum Pontificem. Verùm nec hoc probari potest. Fuit unus è templi præfectis: quorum varii erant variis officiis templi præpositi. Cornel. à lap. in Jerem. XX. fol. 685. putat, fuisse unum è sacerdotibus, qui populum deceperint dicendo: pax, pax & c.* [d. ibid v. 2. [e ibid. v. 5, [f. v. 4. 6. [g. ibid.

241. SEMEIAS PSEUDOPROPHETA.

Semeias, (a. pseudo propheta, Zephoniæ (b. *sacerdoti ambitioso & potenti* assentatur, eumque libro inscripto comparat Jojadæ, (c. viro illi constanti & sancto: Jeremiam verò *in invidiam, quatum potest, adducit*, scriptisque & oratione svadet, de eo, tanquam *homine turbulento, & prophetâ* vano, sumendum esse supplicium. (d. *Hanc contumeliam* Jeremias *à se depellens*, ipsum *impudentiæ & mendacii palam arguit*, & cum omnibus suis exstirpatum iri prædicit. (e.

ANNO-

(a. E Br. שְׁמַעְיָהוּ Schemajahu. Cr. Σαμαΐας. Vulg. Semejas. Luth. Semaja [b. Jermi. XXIX. 24. 25. (c. ib. v. 26. [d. ib. v. 27. seqq. (e. ib. v. 30. seq.

242. ANAMEHEL.

ANAMEHEL [a. filius Sellumi, (b. *agrum* Anathoticum Jeremiæ patrueli suo, in obsidione Jerosolymitanâ, *vendendum offert*. Propheta quamvis *libertate, in vinculis detentus, uti non posset*: tamen agrum comparat, officio Baruchi scribæ sui: eaque emptione probat, fore, ut Deus populum vindicet, & in patriam reducat, posteriqué ejus agrum aliquando possident. *Libellum emptionis in vase fictili condi, & sub terrâ occultari* voluit, eventus vaticinii sui certum testimonium. [c.

ANNOTATIONES.

(a. E Br. חֲנַמְאֵל *Chanam-el.* LXXII. Ανανεήλ. *Vulg. Lat. Hanameel. Sic Lutherus etiam ac Pagn.* (b. *Ierem.* XXXII. 7. [c. *ibid. usque ad* § 16.

243. RECHABITÆ, SACERDOTES.

RECHABITÆ [a. sacerdotes, (b. Nazarei (c. professione, *à patre* (d. *in mandatis acceperant*, ne quid proprium haberent, nève vitæ totius tempore vinum unquam gustarent. [e Vastante Judæam Assyrio, *vitandi periculi causâ, se recipiunt Jerosolymam*, quibus cùm vinum in templo proponeret Jeremias, [f. *præcepti patris ita observantes* fuerunt, ut nullo modo ad-

duci, neque ipsi, neque eorum uxores aut liberi possent, ut vel *extremis labiis*, id *attingerent*. [g. Eorum obedientiam cum reprehensione totius populi, propheta *verbis gravissimis commendat*, quòd contra patrem agere noluerint: populus verò ipsum DEUM non vereatur contemnere, neque calamitate præsenti monitus, adhuc resipiscere incipiat. (*h*.

ANNOTATIONES.

(*a*. SIc dicti à Rechabo, patre Jonathabi, quem rex Jehu, ut amicum coluit, 2. Reg. X. 15. *seqq*. (*b*. *si hoc verum est, sciendum illos non fuisse ex tribu Levi, sed ex prosapiâ* Jethronis, *Mosis soceri*. *D. Friedlieb. Th. Exeg.* V. T. *fol.* 727. *q.* 28. *Nazaræos vel Nasiræos à Rechabitis, ut speciem à specie, non ut genus à specie distingvit Hottingerus Thes. Philol. p.* 22. 23. (*d*. *non Rechabo, sed hujus filio, Jonathabo, Jerem. XXXV.* 9 [*e*. *Jerem. cap. cit. v.* 2. *ad fin*. (*f*. *ib. v.* 5. (*g*. *ib. v* 6. 7. 8. 9. 10. 11. (*h*. *v.* 12. *ad finem usque. Nota autem, quòd Nicol. Serarius Rechabitarum originem seu peculiare vivendi institutum ineptissimè ab Israëlitarum exodo arcessat, cum ipsi Rechabitæ apud Jeremiam ulterius non adscendant, qvàm ad Jonathabum, illius instituti auctorem, qui tempore Jehu vixit. Jehu autem regnare cæpit A. M.* 3057. *Exodus autem contigit A. M.* 2435. *Ergò ann.* 604. *post Exodum Jehu Rex factus. Pessimè quaque Monachatum ab exemplo Rechabitarum defendi, ostendunt præ reliquis D. Qvistorp. ad Jerem. XXXV.* D. *Friedlieb. loc. cit. fol.* 723. *Scaliger in Elencho Trihæres. capp.* 23. 24. 25. *aliique plures*.

244.

244. JOACHAS, REX XVII.

JOACHAS (*a.* primus Josiæ filius, (*b.* mente & factis impius, (*c.* de Jeremia & Barucho prophetis capiendis mandatum proponit. Reblatham vocatur à Nechao Ægyptio propter patris rebellionem: in quâ urbe & *diademate privatur*, & *vinculis includitur*, & exul in Ægyptum [*d.* mittitur. Nechaus in urbem sacram ascendens, cives *magno pondere argenti mulctat*, & Joachæ fratrem, mutato prius ipsius nomine, regem constituit. Joachas menses regnavit tres. Capitur anno ætatis tertio & vigesimo, exul & vinctus inter barbaros moritur. (*e.*

ANNOTATIONES.

[*a.* EBr. יְהוֹאָחָז Jehoachas. Gr. Ιωάχαζ. Vulgat. Lat. Joachaz. Luth. Joahas. (*b.* 2. Reg. XXIII. 30. 2. Paral. XXXVI. 1. (*c.* 2. Reg. XXIII. 32. [*d.* ib. 33. 34. 2. Paral. XXXVI. 3. 4. (*e.* vide loc. cit.

245. JOACHIMUS, REX XVIII.

JOACHIMUS (*a.* secundus Josiæ filius, antea dictus Eliachimus. (*b.* Assyriorum imperatori *obligat fidem suam*; (*c.* sed post annos tres cum rege Ægyptiorum fœdus facit, & in illâ conversione regnorum vexatur præterea à Syris, Moabitis, Ammonitis: quæ gentes pertinaciter Judæis sunt adversatæ. Jeremias futura ei mala antè denunciat, verùm *exclusus aulâ*, eadem *vaticinia in librum refert*; ut in manus Regis traderetur: quem *librum* sibi oblatum *cultello* rex *conscidit*,

& in ignem conjicit, (*d. deque suâ insaniâ nihil remittens*, Jeremiam & Baruchum statuit occidere. (*e.* Uriam, Jeremiæ discipulum, *capite punit.* (*f.* Cùm *spem libertatis vanam conciperet*, & Assyrio perditus atque amena repugnaret, vinctus Babylonem abducitur, thesaurique templi, & gaza regis asportatur. [*g.* Daniel puer cum sociis sponte migrat Babylonem, (*h.* anno regis hujus tertio. Regnum ejus fuit annorum undecim, (*i.* obiit ætatis sexto & trigesimo. In exilio moritur inglorius, & secundum prophetæ dictum asini more projicitur. (k.

ANNOTATIONES.

[*a.* *Ebr.* יְהוֹיָקִים Jehojakim. *Sic dictus à Pharaone Græc.* Ἰωακίμ. *Vulg.* Joacim. *Luth.* Jojakim. (*b.* אֶלְיָקִים Eljakim. *2. Reg.* XXIII. 34. [*c. cap.* XXIV. *1.* [*d. Jer.* XXXVI. *1. 23.* (*e. ib. v. 26.* (*f. Jer.* XXVI. *20. 23.* (*g. Dan.* I. *2.* [*h. ib. v. 6.* (*i. 2. Parral.* XXXVI. *5.* (*k. Jer.* XXII. *18. 19.*

246. URIAS PROPHETA MARTYR.

URIAS propheta, Semaiæ filius, [*a.* cum Jeremia consentiens, & contra regem Joachimum *acerbè locutus, proscribitur, & ad supplicium postulatur.* (*b.* Ipse admonitus, ut tyrannum fugeret, in Ægyptum abit: (*c.* inde per exploratorem, *nequam & callidum hominem*, Elnathanem retractus, *gladio feritur*, & cadaver ejus

jus sine honore in sepulchris plebejis conditur. [d.

ANNOTATIONES.

[a. URias ille Ebr. dicit אוּרִיָּה Urijahu, Græc. Οὐρίας. Vulg. Urias. Luther. Uria. Jer. XXVI. 20. (b. ib. v. 21. (c. ib. [d. ib. v. 23.

247. NECHAUS ÆGYPTIUS.

NECHAUS (a. rex Ægpti, Josiam sibi bellum illaturum, missis nunciis dehortatur, seque *transiturum per* ejus *provinciam sine maleficio*, quod ire jussus sit, mandato Dei contra regem Medorum: sed Josias *suspectum habens ejus fidem, petitis acquiescere noluit.* Pugna igitur in Carchamis prope Mageddum urbem ad Euphratem fluvium commissâ, Josias occiditur: (b, filius ejus Joachas, à populo rex electus, *carceri mancipatur:* (c. alter filius Joachimus non tam Rex, quàm quæstor constituitur, ad *pecunias à popularibus exigendas.* (d. Judæa tota spoliatur & fit tributaria. [e. Anno regis Joachimi quarto, Nechaus à Nebucadnezare superatur. & tota Ægyptus in Assyriorum potestatem venit. [f.

ANNOTATIONES.

(a. Ebr. נְכֹה Nocho. Gr. Νεχαὼ. Vulg. Nechao Luth. & Pagnin. Necho. [b. 2. Paral. XXXV. 20. 24. (c. cap. XXXVI. 1. 4. (d. ib. v. 4. seqq. (e. Jer. XLVII. (f. Jerem. XLVI.

248. AHICHAMUS.

AHICHAMUS, (*a.* Saphani filius, [*b.* vir *amans veritatis*, & Jeremiæ studiosissimus. [*c.* Cùm propheta, initio regni Joachimi, *magnâ confidentiâ ordinibus universis obloqueretur*, incentoribus sacerdotibus, & populo tumultuante, ad pœniam deposcitur. (*d.* Ahichamus ejus *conspirationis indignissimæ* non insçius, principibus & nobilitati rem enarrat, qui Jeremiam *fortè gravitate & sapientiâ excusant*, quod videlicet ideò *plectendus morte* non sit, quia *vera constanter dixerit*. Id enim multorum seculorum exemplo piis hominibus olim licitum fuisse atq; concessum. (*e.* Hac procerum rectitudine, & fide Ahichami, propheta *evadit è populi furiosi* & sacerdotum rabidorum *cruentis manibus*.

ANNOTATIONES.

(*a.* *Ebr.* אחיקם Αχικὰμ. *Vulg. Lat. Pagnin. & Luther. Ahikam.* 2. *Reg.* XXII. 12. (*b.* 2. *Paral.* XXXIV. 20. *Jerem.* XXXIX. 14. (*c.* *Jerem.* XXVI. 24. (*d.* *Vide quæ ad Histor.* 245. *notavimus & Jerem.* XXVI. 7. 8. *seqq.* [*e.* *ibid. v.* 16. *seqq.*

249. ANANIAS PSEUDO-PROPHETA.

ANANIAS [*a.* Azuri (*b.* filius Gabaonita, Jeremiæ æmulus. Hic (*c.* cùm jugum ligneum gestaret, quod esset futuræ servitutis indicium, (*d.* Anani-

nanias id de collo ejus dereptum, frangit: (*e.* eodem, inquiens, modo jugum regis Babylonici fractum iri, [*f.* & Jeconiam intra duorum annorum spatium fore *ab omni potestate exterâ liberum & securum.* (*g. Objurgatus propter vanissimam levitatem* à Jeremiâ, *nullam admonitionem admittit:* (*h.* id in eò ipsum non diu fore superstitem & morte subitaneâ periturum, propheta ait: nec fefellit. Nam eo ipso anno Ananias moritur: (*i.* aliis ut sibi visus prudens, sed *ipse sibi vates inutilis & malus.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* חֲנַנְיָה Chananjah. *Græc.* Ἀναΐας. *Vulgat. Hananias. Luther. Hanania.* (*b.* עַזּוּר Assur. *Gr.* Ἀζώρ. *edit. Rom. Jerem. XXVIII. 1.* (*c. scil. Jeremias* (*d. Jerem. XXVII.* (*e. cap.* XXVII. *10.* (*f. ib. v. 11.* [*g. ib. v. 3.* (*h. ib. v. 12. 13. seqq. inprimis v. 16.* (*i. v. 17.*

250. JECONIAS REX XIX.

JECONIAS [*a.* Joachimi filius, à patre Joachimus dictus, regnum ab Assyrio pueritiæ suæ anno octavo (*b.* accipit: ejus ætate contemptâ populus fatuus contra Assyrium *res novas molitur.* Eam ob causam & Rex puer, & mater vidua & regni optimates, & ex urbibus artifices, & quicunque *aliquâ re eminerent*, Babylonem transportantur. [*c.* Ante id tempus regnante ejus patre, in exilium voluntarium iverant decem & octo millia hominum, pollicitante Jeremia, quod post annos septuaginta Deus esset ipsos reducturus in patri-

am. Regnavit Ieconias domi menſes tres, dies decem: [d. in exilio vixit annos ſeptem & triginta: (e. anno ætatis quinto & quadrageſimo, (f. *honorificè liberatus inter familiares atq; amicos Regis* Merodachi *numeratur*, (g. & Babylone thronus ei regius juxta ſedem Imperatoris conſtituitur.

ANNOTATIONES.

(a. EBr. יְהוֹיָכִין Jehojachin. Gr. ιωαχὶν. Lat. Vulg. *Joachin.* 2. *Reg.* XXIV. 6. 2. *Paral.* XXXVI. 8. 9. *Jerem.* LII. 31. *Matth.* I. 11. 12. *vocatur* Ιεχονίας. (b. 2. *Paral.* XXXVI. 9. *Sed* 2. *Reg.* XXIV. 8. *dicitur, ipſum anno* XIIX. *regni diadema ſuſcepiſſe. Concilationem vide apud* Lyr. *in h. l. item apud D. Quiſtorp. & D. Friedlieb. in h. l.* [c. 2. Reg. XXIV. 10. 11. 16. (d. 2. *Paral.* XXXVI. 9. [e. *Jerem.* LII. 3. (f. *ſi ſcil. ad annos* 37. *captivitatis addantur* 8. *anni, de quib.* 2. *Paral.* XXXVI. 9. [g. *Jerem.* LII. 31. 32.

251. SARAIAS.

SARAIAS [a. filius Neriæ, (b. Jeremiæ familiaris cum Rege Zedechia, Babylonem proficiſcitur. Ei librum tradit propheta, in quo Babylonios adhortabatur, ne *durè nimis tractarent* captivos quos illis caſtigandos, non extingvendos dediſſet. Mandavit item Sariæ ut eundem librum Babyloniis legeret, & de regni illius vaſtatione loqueretur: lectum & *lapidi allegatum*, *in flumen* Euphratem *projiceret*, oſtenſurus ſimili olim modo ſubmergendam Babylonem,

nec

nec *gentium reginam* amplius futuram, propter libidinem & superbiam. (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E*Br.* שְׂרָיָה Serajah. *Gr.* Σαρσίας. *edit. Rom.* Σαρσίας. *edit. Hamb. Vulg. Lat.* Saraias. *Luther. & Pagn.* Seraja. (*b. Jerem. LI. 59.* [*c. ib. v. 60. usq. adfin.*

252. EBEDMELECHUS.

EBedmelechus evnuchus, patriâ Æthiops, (*a.* regis Zedechiæ aulicus, *vir præstantis pietatis.* Cùm n. Jeremias in carcerem subterraneum, & lacum lutosum, sacerdotum impulsu & atrocitate, conjectus esset, *virî innocentis miseriâ ex animo doluit*, regemque ejus (*b.* alloquens nomine impetravit, ut è palude extraheretur, ne interiret fœdore & penuriâ. [*c. Salutem dedit prophetæ*, homo externus, quem sui cives & inprimis *crudeles sacrificî*, perdere satagebant. Officii & humanitatis à Deo hanc mercedem retulit, ut in bello non caderet, & *vitam*, quam viro sancto dederat, ipse quoque *lucraretur.* (*d.*

ANNOTATIONES.

[*a. Ebr.* עֶבֶד־מֶלֶךְ *Gr.* Αβδεμέλεχ. *V. L. Abdemelech. Pagnin. & Luth. Ebedmelech. Jer.* XXXVIII. 7. [*b. scil. Jeremiæ.* (*c. ib. v. 7. 13.* (*d. cap.* XXIX. 16. 17. 18.

253. ZE-

253. ZEDECHIAS. REX XX.

ZEDECHIAS (*a.* tertius Josiæ filius, dictus anteà Matthatias, (*b.* fratri suo patrueli [*c.* ab Assyrio substituitur: [*d.* sed *sacramenti* (*e. immemor*, & Jeremiæ faciem non erubescens, (*f.* à rege deficit. [*g.* Assyrii urbe obsessâ reliqua *oppida depopulantur: exercitus intra mœnia fame & peste absumitur:* rex inopiâ & desperatione fugiens, in manus hostiles pervenit. [*i. intercluſis* divinâ iracundiâ *& captis omnibus* regi *lumina effodiuntur*, filii *privantur vitâ*, nobilitas *ferro extinguitur libertas adimitur omni populo.* (*k.* Templum regia, urbs, igne à Nabuzardane, imperatoris præfecto, succenduntur, (*l. turres & mœnia complanantur, regio florentiſsima in poteſtatem redigitur barbaram.* Rex cœcatus, in carcere moritur, (*m.* qui regnaverat annos undecim, [*n.* captus anno ætatis secundo & trigesimo, Judæ rex postremus & miserrimus. Duravit regnum à Rehabeamo, Salomonis filio, usque ad Zedechiæ exilium annos trecentos nonaginta quatuor, [*o.* menses sex, dies sedecim: cujus vastitatem multi prophetæ denunciarant: inprimis Jeremias & Hezechiel; ille præsens non interposito silentio: hic absens, missis etiamè Babylone literis, quam visurum regem Jeremias prædixit, non visurum Hezechiel narravit: cùm autem viso orbatus esset, non vidit, quamvis esset in urbem introductus. Est autem illa calamitas

lamitas plurimis verbis & sæpius regi & populo significata, ne quis suæ impietatis & incredulitatis ullam excusationem inveniret.

ANNOTATIONES.

(a. F *Br.* צִדְקִיָּהוּ Zidhkijahu. LXXII. Σεδεκίας. *V. Lat. Sedecias. Luth.* Zidekia. (b. מַתַּנְיָה Matthanjah. LXXII. Ματθανία. *2. Reg.* XXIV. 17. *Vulg. Lat. Matthania.* [c. *Auctor, dum* Jojachin *vocat* Zidekiæ fratrem patruelem, *voluit fortasse conciliare 2. Reg.* XXIV. 17. & *2. Paral.* XXXVI. 11. *Ibi etiam* Zidekia *vocatur* דּוֹד LXXII. ἀδελφὸς & πατρὸς & Jojachin: *hic verò* אָח *frater &* Joachim. *Ibi* Lutherus *vertit* Vetter/ *hic v.* Bruder. *Sed* LXXII. *in loco hoc posteriore etiam retinuit:* ἀδελφὸς & πατρὸς αὐτέ. *Et Vulg. Lat. utrobiq; habet* patruum. *Notum autem est, vocem* fratris *in lingva S. etiam notare cognatos & patruos vel patrueles (d. vide loc. cit.* [e. *h. e. juramenti (f. 2. Paral* XXXVI. 12. [g. *ibid. v.* 13. [h. *2. Reg.* XXV. 1. 2. 3. (i. *ib. v. 4. 5. 6.* (k. *ib. v. 7. & 2. Paral.* XXXVI. 17. 18. (l. *ib. v. 19. & 2. Reg. XXV. 8. 9. Confer etiam Jerem.* XXXIX. & LII. 11. [m. *Jer. LII.* 11. (n. *2. Paral.* XXXVI. *11. 2. Reg.* XXIV. 18. [o. *juxta indicem Chronolog. Bibl. & calculum* Lutheri. *Nam* Rhehabeamus *successit Patri A. M. 2971. & Zidekia abducitur A. M. 3365. Iuxta Calvisium verò duravit hoc regnum à* Rehabeamo *usque ad captivitatem Zidekiæ ann. 391.*

GEOR-

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER SEPTIMUS.

Ecclesiæ exulis atque restitutæ.

254. JEREMIAS PROPHETA.

JEREMIAS (*a.* propheta, Helchiæ (*b.* sacerdotis filius, ab utero matris tam Judæorum, quàm gentium doctor consecratur: (*c. jam inde à primâ adolescentiâ, usque ad vitæ exitum homo afflictissimus.* Ad pœnitentiam & reges & populum sine intermissione adhortatur, & regni excidium maturè prædicit. (*d. Tot pœnè hostes quot auditores habet, idem tamen semper sentit, & loquitur:* terrens obstinatos, non auditur: (*e.* consolans opprimendos, non admittitur: [*f.* objurgans summos infimosque, subsannatur. (*g.* Verberatus est à sacerdotibus, [*h.* pulsatus à principibus, (*i. in carceres detrusus* à regibus, (*k. ad mortem postulatus* à plebe, *vexatus ab omni hominum genere:* (*l.* unde etiam *imbecillitate & impatientiâ devictus, horam natalis sui detestatur, & se factum hominem dolet & conqueritur.* (*m. In docendo indefatigatus, in castigando acer, in periculis invictus, in vinculis*

lis liberrimus, inimicus omnium impiorum sempiternus. Regi Zedechiæ suadet deditionem, (*n.* & annos servitutis exprimit, (*o.* & liberationem fore certam ostendit: [*p.* sed *surdo narrat omnia.* Urbem cremari suis oculis vidit, nec non suorum hostium aut vincula, aut interitum conspexit: (*q.* ipse libertate donatus est à præfecto Assyrii. (*r.* Docuit sub quinque [*s.* regibus, annos circiter quinquaginta. (*t.* Manens cum reliquiis civium humiliorum (*u.* in patriâ, tumultu populari in Ægyptum pertrahitur, (*x.* & juxta urbem Taphanas (*y.* saxis obruitur, in loco celebri sepultus, ut scribit Epiphanius: [*z.* contrà placidè obiisse, solus è veteribus tradit in carmine suo Tertullianus. (*aa.*

ANNOTAONES.

[*a.* יִרְמְיָהוּ Jermejahu. *Gr.* Ιερεμίας. (*b.* הַקְּרִי יִרְמְיָה *Vide Hist.* 237. [*c. Jerem.* I. 5. [*d. ibid.* v. 10. *seqq.* (*e. cap.* XLIV. 15. 16. [*f. cap.* XXX. XXXI. *& alibi passim.* (*g. cap.* XX. 1. *seqq.* XXXVII. 13. XXXIIX. 4. [*i. cap.* XXI. 1. *seqq.* (*k. cap.* XXXII. 2. 3. XXXIII. 1. [*l. cap.* XXVI. 10. *seqq.* [*m.* XX. 14. *seqq.* (*n.* XXI. 8. (*o.* XXV. 11. [*p. ibid.* v. 12. [*q. cap.* LII. 12. *seqq.* (*r.* XXXIX. 11. *seqq.* (*s. scil. sub* Josiâ *Jer.* I. 2. *sub* Joachimo *rege,* XIIX. *sub* Jechoniâ *rege,* XIX. (*t. Quamdiu docuerit, non inter omnes constat. Elmakin hist. Eccles. p. 128. dicit, spatium prophetiæ Jeremiæ fuisse 38. annorum. Junius v. ipsum annos minimùm* 43. *docuisse adserit. Corn. à Lap. annos* 44. *eum prophetasse existumat. Auctor* 50, *annos numerat. D. Friedlibius munere prophetico functum*

ctum existumat annos 77. Ab anno XIII. Josiæ, cujus meminit Jeremias cap. I. 2. ad excœcationem Zidekiæ, vel exoculationem ejusdem apud Calvisium numerantur anni 40. Quamdiu autem deinceps Propheta docuerit non facilè dici potest. (u. Jerem. XI. 7. (x. cap. XLIII 8. XLIV. 1. scribit Tachpanhes. Ebr. תַּחְפַּנְחֵס Tachpanches. Τάφνας, quod Auctor retinuit, licet longiùs à fontibus recedat. (z. de vitâ & interitu Prophet. [aa. in Scorp. c. 8. Sunt, qui in Paradiso terrestri superstitē Prophetam volant. Sed eâdem ratione Prophetam ibi collocant, quâ alii Eliam & Enochum ait Hottingerus Thes. Philol. p. 476. Dorotheus, Epiphanius & Isidorus, penes quos sit fides, Jeremiam sepultum in Taphnis, & sepulcrum ejus ab Ægyptiis in magno honore habitum fuisse; eò, quod ipse precibus suis inde aspides, crocodilos & immanes feras profligasset, indies pulvere è sepulcro suo accepto profligaret. Porrò Joh. Moschus in Prato suo spirituali cap. 77. tradit, ossa Jeremiæ inde ab Alexandro M. translata esse Alexandriam, urbem ab eo conditam, ibique coli in Tetrapylo. Addit Chronicum Alexandrinum, à Radero, Jesuitâ, editum, Alexandrum illustre monumentum Jeremiæ cineribus excitasse; sicut Nicephorus lib. IIX. c. 30. narrat, ei simile erectum ab Helenâ. Denique adjiciunt Dorotheus & Epiphanius, quòd Jeremias in Ægypto sacerdotibus Ægyptiis futurum prædixerit, ut omnia eorum simulacra conciderent, quam virgo mater in Ægyptum cum suo infante accessura esset; idque ita accidisse, quum B. virgo cum Jesulo Ægyptum intravit.

255. GE-

255. GEDALIAS.

GEDALIAS (*a.* filius Ahichami, (*b.* vir nobilis & moderatus, Judææ præfectus ab Assyrio relinquitur. [*c.* Jeremiam benignè & honorificè tractat, cui [*d.* opinione datâ, (*e.* vel in Judæâ manendi, vel Babylonem migrandi, ruinas patriæ habitare maluit. (*f.* Reliquiæ Judæorum *sub hoc præfecto vixerunt tranquille;* sed ipse *vitio credulitatis nimium laborabat* in utramq; partem. Nam amicis *fidem non habuit*, qui eum de Ismaëlis insidiis certiorem faciebant: (*g.* & Ismaëli hosti credidit, *qui ejus caput & jugulum petebat.* (*h.* Sociis fidis interdicit, nec insidiatorem opprimerent: [*i.* Ismaëlem hominem perjurum *hospitio excipit*, à quo domi suæ inter epulas interficitur. [*k.*

ANNOTATIONES.

[*a.* *Ebr.* גְּדַלְיָהוּ Ghedhaljahu. *Græc.* γοδολίας. *Vulg. Lat.* Godolias. *Pagn.* Gedaljahu. *Luther.* Gedalja. *Jerem.* XXXIX. 14. [*b. ib.* (*c. cap.* XL. *s.* 7. [*d. scilicet Jeremiæ cap.* XL. *s.* [*e. sc. à Nehusamidane. Jerem.* XXXIX. 11. *XL.* 2. 5. (*f. ib. v.* 6. (*g. ib. v.* 13. 14. (*h. XLI.* 1. (*i.* XL. 16. (*k. XLI.* 1. 2.

256. JISMAEL TYRANNUS.

JISMAEL (*a.* Nathaniæ filius, (*b.* regiâ stirpe inflatus, tyrannidem affectat, Gedaliam hospitem suum, & bene de se meritum *per insidias everti*, [*c.* Chaldæorum præsidia ejicit, [*d.* & stragem

gem Judæorum tantam edit, ut fossam ab Asâ rege ductam cadaveribus impleret. [e. Viros octoginta religionis causâ urbem sacram adituros, Mispam astu invitat, è quibus septuaginta perimit, reliquos spe monstrati thesauri, dimittit superstites. (f. Filias regis, & populi reliquias, cùm ei Johanan unâ cum prædâ extorsisset: ad Ammonitas socios se recipit, [g. cùm locum in Judæa tutum nusquam inveniret.

ANNOTATIONES.

[a. יִשְׁמָעֵאל Jischmaël Gr. Ισμαηλ. *Vulg. Ismahel. Pagnin. & Luther. Ismaël. Jerem.* XL. 8. 14. 16. XLI. 1. [b. XL. 8. [c. XLI. 1. 2. [d. *ib. v.* 3. [e. XLI. 9. *Quod Auctor* fossam *vocat, id Vulg. Lat. & Munstero est* lacus, *Pagnin.* cisterna: *Junio ac Tremello* fovea. *Utriq; Tigurinæ Germ.* (*quarum aliquoties mentionem fecimus*) *ac Dietenbergio* eine Grube; *Luthero* ein Brunn. LXXII. φρέαρ *h. e.* puteus. *Ebr.* *cujus varias significationes vide apud Buxtorf. Lex. Ebr. p. 67. h. l. videtur intelligi cisterna, quam fodit Asa, cum bellum gereret contra Baësam, ut cives aquam haberent. Mariana in Schol. ad h. l.* [f. *Jerm. XLI.* 5. 9. (g. *ib. v.* 11. 15.

257. JOHANAN. TYRANNUS.

JOHANAN (a. filius Careæ, [b. Ismaëlis æmulus, Judæos *captos* ab eo (c. *in libertatem restituit*, Mispensibus & Gibeonitis urbem reddit. (d. *An-*

[d. Auctor fuit populo, ut metu Chaldæorum in Ægyptum se conferret: *cui maxima contentione* Jeremias *repugnabat.* (e. *In hunc* ipse *atrociter invectus,* (f. populum in barbaram provinciam deducit, & prophetam coactum atque ligatum, secum abripit. (g. Populus in Ægypto *fame, bello, pestilentiâ consumitur,* (h. & quod vitare cupiverat, ne Chaldæis serviret, *in* idipsum *malum cum majore clade & infelicitate incidit.*

ANNOTATIONES.

[a. *Ebr.* יוֹחָנָן Jochanan. *Gr.* Ιωάναν. *Vulg. Pagnin. & Luth. Johanan.* [b. *Ebr.* קָרֵחַ Kareach. *Gr.* Κάρης, *edit. Rom.* Καρὲ. *edit. Hamb. Vulg. Lat. Carce. Luth. & Pagn.* Careah. *Jer.* XL. *8. 13. 16. XLI. 11. 13. 16. XLII. 1.* (c. *scil. Ismaële.* (d. *Jer.* XLI. *14. 16.* (e. *XLII. 1. 11. seqq.* [f. XLIII. *2. 3.* (g. *ib. v. 5. 6. 7.* [h. XLII. *17.* XLIV. *7. 14. 27. 28.*

258. ACHABUS ET SEDECHIAS PSEUDO PROPHETÆ.

ACHABUS filius Colajæ, & Sedechias filius Maasiæ, (a. *corruptore doctrinæ sanctæ, & vitiis omnibus infames, & hostes* Jeremiæ *capitales,* cum aliis impiis in servitutem Babylonicam abducuntur. *Moti non sunt vel calamitate publicâ, vel suâ miseriâ, ut vitam apertè sceleratam emendarent.* Quamobrem libidinis (c. & *flagitiorum pessimorum convicti,* sententiâ Nebucad-

bucadnezaris, *in ſartaginem ferventem conjiciuntur & ſupplicio horrendo extinguuntur atrociſſimè.* Inde eſt ſermone vulgi jactatum, cùm *alicui malum extremum* quis *imprecatur*, ut diceret; Eveniat tibi, quod Achabo & Sedechiæ, hominibus impiiſſimis evénit. [*d.*

ANNOTATIONES.

A *Chabus, Ebr.* אַחְאָב *Ach-abh. Gr.* Αχιὰβ. *edit. Rom. & Baſil.* Αχὰβ. *edit. Hamburg. Luther. & Pagnin. Ahab.* Zedechias *vel Sedechias, Ebr.* צִדְקִיָּהוּ *Gr.* Σεδεκίας. *Vulg. Lat. Sedecias.* Luth. Zedekia. (*a.* Jerem. XXIX. 21. (*b. ib. v. 20.* (*c. ib v. 23.* 22. *Ebræi, teſte Hieronymo, & ex eis Ramban, Hugo, Thomas & Lyranus tratunt, hos duos, ſcil. Sedeciam & Achabum, fuiſſe ſenes illos, qui Suſannæ pudicitiam tentarunt & vitam. Utriq; n. erant in Babylone tempore Nebucadnezaris, & Aſtyagis Medi utriq; mendaces; utriq; cæſi ob adulteria, &c. Aliis v. videtur hæc eſſe fabula. Sic ſentit Afranius, Maldonatus & alij. Quin Hieronymus ipſe ſubinde fabulam vocat: quia hi fuere Prophetæ, illi v. in fragm. & Hiſt. Suſannæ dicuntur judices. Hos Nebucadnezar, illos populos occidit. Hos Nebucadnezar igne frixiſſe dicitur, illi v. dicuntur lapidati. Videatur Maldonatus, Sunchez, Pererius, &c.*

259. BARUCHUS PROPHETA.

BARUCHUS Neri filius, famulus & amanuenſis Jeremiæ, (*a. lateri ſui domini ac præceptoris ſemper affixus, nullo in periculo eum deſeruit.* Doctrinam veram & ipſe propagavit, & *in*

lingva

linguâ patriâ elegans ac disertus scriptor fuit. *Detento* prophetâ *in vinculis*, quæ jussus fuerat, [*b.* in templo publicè legit, [*c. librum* à rege lacceratum, *denuo transscribit*, & plura adjungit vaticinia. (*d.* A rege Joachâ duci jussus, *divino præsidio servatur, ne furori tyranni objiceretur.* (*e.* Deductus in Ægyptum *in tantam animi perturbationem incidit, ut non procul à desperatione abesset:* (*f.* sed Jeremias, monendo & *consolando*, hominem sibi fidissimum *sublevat atq; erigit.* [*g.* Hic propheta & in patriâ, & in exilio cum suo præceptore indesinenter docuit.

ANNOTATIONES.

BAruchus, *Ebr.* בָּרוּךְ *Gr.* Βαρούχ. [*a. Jerem.* XXXVI. 3. (*b. ib.* 5. 6. [*c.* v. 8. 10. (*d. ib. v.* 32. [*e. ib. v.* 26. [*f. Jerem.* XLV. *Causas mœroris nimii varias exponit ex diversis auctoribus Cornelius à lap. in Jerem.* XLVI. §. 1. [*g. ib. v.* 2. *seqq. An Baruchi liber sit Canonicus, queritur. Cum orthodoxis id negant, Joh. Diredo Pontificus, lib. 1. de Script. cap. ult.* Lyranus, *Dionysius Carthusianus, & quidem alij. Cornel. à lap. in Proph. Maj. fol.* 893. 2. *A. contendit, ipsum Jeremiam auctorem esse libri sub Baruchi nomine evulgati. Sed plumbea sunt, quibus pugnat, argumenta, immò nugamenta potiùs. Ipsum Baruchum nobili familiâ ortum ait Josephus* X. *Antiq. cap.* XI. *quòd inde nonnulli probare volunt, quod fratrem habuisse dicitur Sarajam principem. Uterq; enim fuisse putatur filius Neriæ, filij Muasiæ. ex Jerem.* LI. 59. *collatus cum* Baruch. *I.* 1. *Sed quia de auctoritate liberi Baruchi dubitatur, hæc etiam sunt dubia.*

260. OBADIAS PROPHETA.

OBADIAS (*a.* propheta *populo exuli & captivo verba facit de liberatione*, quæ sit futura glorioſa. Invehitur in gentem Idumæam, impiam & inſolentem, quæ *ex malis & calamitatibꝰ* Judæorum non ſolum *animo voluptatem caperet*, verum etiam *ludibriis & petulantiâ eos ſubſannaret*: cujus gaudium verſum iri in triſtitiam ore veridico narrat.

ANNOTATIONES.

(*a.* Ebr. עֹבַדְיָה Obhadjah. *Gr.* Ὀβδίας *edit. Rom. & Londin.* Αβδειᾶς. *edit. Hamburg.* Αβδιᾶς. *edit. Baſil. Vulg. Lat. Abdias. Pagn. & Lutherus Obadja. Hunc quidam volunt fuiſſe* ſemicenturionem *ſeu* Quinquagenarium *illum apud Ahasjam* (*de quo vide Hiſt.* 176.) *regem; â quo, cum poſt duos Quinquagenarios ad comprehendendum Eliam miſſos, ac cœleſti igne abſumtos, miſſus & ipſe fuit, defeciſſe & Eliæ adhæſiſſe dicitur. Hieronymus arbitratur, eum fuiſſe virum illum, qui ut* 1. Reg. XIIX. *legitur, temporibus Achabi & Iſebelis centum Prophetas abdidit & cibavit; cum quo facere videtur Arias Mont. Ebræi multi & Epiphanius. Sed Alting. & D. Waltherus ex ipſis* Prophetæ *verbis, inprimis v. ex* ἀπιχαιρεκακία. *Cujus Idumæos accuſat, colligunt, eum* poſt deportationem *Jojakimi & deſtructionem templi prophetaſſe, & σύγχρονον Jeremiæ & Jezech. fuiſſe. Walth. Offic. Bibl.* §. 1005. *Et hoc etiam Cornelio à lap. in Proph. min. fol.* 350. *probabilius videtur, multisq; rationibus confirmatur.*

261.

261. HEZECHIEL. PROPHETA.

HEZECHIEL (*a.* propheta, Busi, (*b. eruditi sacerdotis, sapiens filius*, trigesimo suæ ætatis anno (*c. ad docendum publicè se coluit.* Tempore regis Joachimi profectus Babylonem sponte est cum iis, quos ad migrationem Jeremias hortatus fuerat. [*d.* Absens statum urbis sacræ, Deo per somnia aut rapto mirificos demonstrante, cognoscebat, (*e. conspectu gloriæ Dei per varia simulacra fruebatur:* (*f.* unde ejus misericordiam splendidè effert, [g. & reditum in patriam populo promittit, [h. & multis gentibus urbibusque mala & damna varia minitatur. [*i.* Mittit etiam è Babylone literas ad regem Zedechiam, quibus illi deditionem prudentissimè svadet, nève *funditùs patriam evertat*, fideliter admonet. De regno Christi, (*k.* de mortuorum resuscitatione, (*l.* de interitu tyrannorum, de ultimis Ecclesiæ temporibus, (*m.* de novi templi instauratione & pulchritudine, *dulcissimè & perspicuè docet.* (*n.* Occisus perhibetur à principe Ægyptio, quem sua libertate nimis offenderat, ut est apud Epiphanium (*o.*

ANNOTATIONES.

[*a.* יְחֶזְקֵאל Jecheskel. *Tremell.* Jechezkel. *Gr.* Ιεζεκιὴλ. *edit. Rom.* Ιεζεκιὲλ. *edit. Basil.* Εζεκιὴλ. *edit. Hamburg. Vulgat. Latin.* Ezechiel. *Luth.* Hesekiel. *Pagnin.*

Pagnin. Jehezkel. Jezech. I. 3. XXIV. 24. *Fuere nonnulli, præsertim veterum, qui putarunt, Jezechielem fuisse Pythagoram. Vide Clem. Alexandrin. lib. i. Strom. Ambrosius quoque Pythagoram Judæum fuisse autumat in epist. ad Iren. lib. 3. epist. 20. Ac Theodor. lib. 1. de fide* circumcisum *Pythagoram ait. Sed fabulosa sunt omnia, si fortè circumcisionem excipiamus, quam Pythagoras à Judæis & Prophetis, mutuari potuit. Ac dogma Pythagoræ, quo μετεμψύχωσιν docuit, Jezechielis cap. XXXVII. prorsus contrarium, evidentissimè evertit opinionem, quod Pythagoras fuerit, Jezechiel. Videatur Tertul. lib. de animâ cap. 28. Nec probabile est, quod nonnulli apud Nazianz. orat. 47. ferunt, hunc Prophetam fuisse* servum *Jeremiæ. Ex genere enim nobilissimo Sacerdotum fuit. [b.* בזוי *Jezech. I. Hunc Busi nugantur Ebræi fuisse* Jeremiam Prophetam, *sic dictum, quod contemtui & ludibrio fuerit Judæis: à* בוז spernere. *3. [c. numerus iste invenitur Jezech. I. 1. sed ibi non additur, unde faciendum sit* initium *illius numeri. Auctor initium illud à Prophetæ nativitate sumsit. Cum Auctore facit Menochius Jesuita, Hieronymus in prologo, Hottingerus Thesaur. Philol. pag. 479. & quidam alii Jonathan, Chald. Paraphrastes,* initium ponit illud tempus, *quo Hilkijah, sacerdos magnus, invenit librum legis in domo sanctuarii. Vide Histor. 237. litt. c. Eidem sententiæ subscribunt Biblia Vinar. vel Noriberg. Consentit Chronolog. Calvisii. Hic enim librorum Mosaic. inventionem & publicationem, sub Josiâ factam, refert ad A. M. 3325. & initium Prophetiæ Jezech. ad A. M. 3355. Maldonatus, Lavaterus & Theodor. in Jezech. volunt, fuisse annum 30. captivi-*

tatis,

tatis, numerando ab illo tempore, quo Judæi sub Jojachin vel Jechoniâ abducti sunt. Sed repugnat diserte versus 2. cap. I. Iezech. Cornelius â lap. & Scalig. Canon. Isagog. p. 288. putant, fuisse annum 30. à Nabobaladanis, patris, Nebucadnezaris regno, â quo Babylonij annos numerabant. Vide Major part. 2. Philol. S p. 95. seq. & Iacobum Salianum tom. 5. Annal. A. M. 3411. ubi hujus sententiæ fundamenta enumerantur. Sed Mariana in Schol. ad Iezech. I. hanc etiam, infringere conatur. (d. 2. Reg XXIV. 14. seqq. & alibi. (e. Iezech. IV. 1. seq. (f. cap. I. 4. seqq. IX. 3. X. 1. seqq. & alibi. (g. inprimis cap. XIIX. 27. XXXIII. 15. [b. cap. XVI. 53. 60. seqq. XXXVII. 21. (i passim. (k. passim. (l. cap. XXXVII. Vide, quæ D. Quistorpius ad h. l. notavit. [m. passim. (n. cap. XL. & seqq. capp. Vide Comment. Villalpandi. (o. Sed Menasse ben Israël. de Resurr. mort. p. 23. in Babyloniâ mortuum scribit. Ac citat Hottingerus Elmakin, Histor. Arab. MSC. ubi docetur Judæos occidisse Prophetam in captivitate, ac sepultum illum fuisse in sepulcro Semi, filii Noachi. Consule et. Sixtum Sen. biblioth. pag. 13. Epiphanius. Isidorus & Dorotheus quædam Iezechielis miracula narrant: quòd quasi alter Moses Iudæos per flumen Chobar sicco pede deduxerit, Chaldæis, eos insequentibus, in eo demersis: quòd piscium copiam suis precibus à Deo impetrarit, quâ Judæos, fame pænè enectos, refecit, quòd venenatos serpentes in impios Danitas & Gaditas immiserit &c. Verùm sit fides penes auctores.

262. PELATIAS.

PELATIAS, (a. Banaiæ filius, [b. unus è viginti quinque principibus, (c. quos populus extule-

rat, *adversa Deo consilia agitabat*, (*d.* & *in summâ licentiâ vivebat*, & *à se dissentientes ferro reprimebat*. (*e.* Accusatus cum collegis suis ab Hezechiele, concione ejus gravi, [*f.* ita *totus animo consternatur*, *ut ipso templi vestibulo*, nondum finitâ prophetæ oratione, subitò exspiraret: (*g.* cujus obitu repentino DEUS significabat, æquè *celere* & *inopinatum* reliquis principibus instare *exitium*, (*b.* nisi *vitam* quàm primum *emendarent*, & *cogitationes perversas atque cruentas abjicerent*.

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* פְלַטְיָהוּ Pelatjahu. *Græc.* Φαλτίας. *Vulg Latin.* Phelti*a*. *Luth. neglecto scheva initiali* Platja. (*b. Iezech.* XI. 1. (*c. ibid. mentio fit* XXV. *virorum*, *quos auctor* principes *vocat. Cornelius à lap. cum* Prado ac Lavatero *putat*, *fuisse* præfectos 24. *virorum*, *in quos distributa erat Ierusalem*, & *vigesimum quintum fuisse omnium præsidem*, *urbisque gubernatorem*, & *convenisse ad portam templi*, *ut de Rep. consulterent. Maldonatus censet*, *fuisse* sacerdotes. *Iunius existumat*, *respici ad illos*, *quorum suprà cap.* IIX. 16. *mentio facta fuerat*, *qui reversi sint à cultu*, *quem in templo* Soli *exhibuerant. Cum eodem sentit Marianæ in Schol. ad h. l.* (*d. v.* 2. [*e. v.* 6. [*f. v.* 5. *seqq.* (*g. v.* 13. (*h. ibid. scil. cap.* XI. *Iezech.*

263. ARBACES MEDUS.

ARBACES (*a.* Medus, qui & Arbactus, [*b.* sedem regiam è Nino in Ecbatana transtulit, eamque urbem à se conditam, *caput imperii* Medi-

Medici fecit, & *manibus, portis, turribus, propugnaculis munitis simam reddit.* (c. Rex Babylonius (*d. sibi aliquem parem esse non ferens,* anno sui imperii duodecimo. (*e. magnum ei bellum infert,* victumq; è medio tollit, & gentem totam in suam redigit potestatem. (*f* De Ecbatanis quæ dicuntur scribunt etiam Græci: reliqua quia à Græcorum historiis longè dissident, omnes Medorum reges Arbaces nominatos fuisse, ut Parthorum Arsaces, Ægyptiorum Pharaones, *opinione colligimq:* eamq; urbem, quam rex primus muniit, ab hoc possessam, donec à Babylonio subjugaretur.

ANNOTATIONES.

[a. Græca editio *Judith. I. 1. vocat* Ἀρφαξὰδ. *V. L. & Luth. Arphaxad.* (b. *Ita sentiunt & alii nonnulli cum Auctore. Vide D. Friedlieb. Theol. Exeg. V. T. fol. 889. q. 1. Quidam putant, illum Arphaxad esse* Dejocem, *alii* Astyagen, *alii* Phraortem. *Sulpitius Severus Judithæ historiam (si historia est) refert ad tempora* Ochi. *Sed refutat id Hornius in comm. pag. 336. 337. lib. 2. Hist. Sacr. Adde Gerh. Exeg. de Scr. S. §. 192. ubi plurima memorabilia occurrunt, quæ huc referri possunt. Verisimile videtur, gesta Judithæ, si revera contigerunt, collocanda esse in ætatem* Manasse Regis *Judæ. Et sic Nebucadnezar erit nomen Assyriorum Monarcharum* commune, *Arphaxad a. erit ille, quem Scriptores prophani vocant,* Attecarmin, *qui Mediâ divisâ regnum suum* Echatanis *confirmavit, ut eo propugnaculo fretus hostibus irrumpentibus obsisteret. D. Friedlieb. loc. cit. Dejo-*

cem &

cem & hunc Arphaxad pro eodem habet etiam D. *Christ. Matth. Theat. Hist. Monarch. l. p. 128. tol. 2. num. IV.* [*c. Judith. l. 2. 3. 4.* [*d. Nebucadnezar ib. v. 5.* [*e. ibid.* [*f. ibid.*

264. HOLOFERNES.

HOLOFERNES (*a.* imperatoris Assyriorum dux, (*b.* longo tempore felicissimus; in Ciliciâ, Arabiâ, Syriâ, (*c.* templis vastandis, & legibus abolendis, suum imperatorem solum esse Deum & dominum, declarare voluit. Bethuliam montanam Judææ urbem obsidet, [*d.* & *incisis aqnarum tubis*, fontibusque adservatis, [*e.* ita premit, ut milites, siti jam deficerent. Est autem is, *qui & DEum & homines contemserat*, manu Judithæ, mulieris viduæ; nundus in lecto interfectus, acinace proprio, [*f.* ne tam *superbum prodigium*, vel hanc suæ mortis relinqueret famam, quod viri alicujus telo gladiove in armis aut prælio cecidisset. Caput ejus, affixum conto, de mœnibus Bethuliæ suspenditur, (*g.* & lecti conopèum, (*h.* in facti memoriam, diu adservatur.

ANNOTATIONES.

[*a.* GR. Ὀλοφέρνης. *vulg. Lat. & Luth.* Holofernes. *In quibusdam codicibus* Lat. *vocatur etiam* Orofaernes. (*b. Græc.* Ἀρχισατράπης. *Orationem prolixam, quâ Holofernem vocavit Nebucadnezar, vide in editione Græcâ Judith. II. 4. 5. seqq.* [*c. cap.* I. 7. *8. 9. II. 12. seqq.* (*d. VII. 1. seqq.* [*e. ibid. v. 6. 10.* [*f. cap. XIII. 1. 7. 8. &c.* (*g. XIV. 2. 7.* (*h. Gr.* κωνωπεῖον. *Hunc Holofernem Zonaras Archisatrapam, Tertullianus*

1. contra

1. *contra Marcion.* Regem *vocat. Et Mairon. adſerit, ipſum Ahasveri & Eſtheræ filium fuiſſe. Sed hæc omnia vel falſa & inepta, vel minimùm incerta videntur.*

265. ACHIOR AMMONITA.

ACHIOR princeps Ammonitarum. (*a.* quos Holofernes unâ cum Moabitis vicerat, de ſtatu populi Iudaici ab Holoferne interrogatus [*b.* de ejus antiquâ origine, perſpectâ ſanctitate, & invictâ virtute *incorruptum dixit teſtimonium:* (*c.* propter quod præfecti & tribuni regii ita excanduerunt, ut cenſerent ſtatim interficiendum. (*d.* Holofernes, ut cum iis, quos laudaverat, cæderetur, vinctum, ad *vallum hoſtile* adduci, & ad arborem alligari jubet. (*e.* Is â vigilibus Bethulienſium capitur, & expoſitâ ſuæ miſeriæ causâ, in oppidum cum plauſu ducitur, & de DEI omnipotentiâ ac bonitate edocetur. [*f.* Achior *incredibili miraculo ſervatus*, & perculſus novâ per fœminam victoriâ, *ritu gentilitatis relicto, in DEum verum, rerum conditorem credit*, & inter cives populi Dei recipitur. (*g.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Ἀχιὼρ. *Judith.* V. *3. vel. 4. Sulpitio dicitur* Accitor. [*b. ib. v. 2.* (*c. ib. v. 4. ſeqq.* [*d. v. 24. ſeqq.* (*e. VI. 1. 2. ſeqq.* [*f. v. 8. ſeqq.* (*g. cap. XIV. 6.*

266. JUDITHA.

JUDITHA (*a* Rubenitis, (*b.* filia Merari, uxor Manaſſæ, vidua Bethulienſis: *pietate, caſtitate, formâ, divitiis, æquè excellens,* Oziam ducem, men-

mente & fide imbecilem, reprehendit. [*c.* In castra Holofernis profecta, (*d. suâ ipsum pulchritudine dementat*, & orationis astutiâ evertit. [*e.* Eundi redeundivè potestatem specie religionis impetrat. [*f.* Vocata ad *cænam Persicam*, (*g.* cibos immundos & vetitos non tangit: [*h.* invitata ad concubitum, subdolè adsentitur. In ducis cubiculũ deducta, (*k. vino & sopore stertentis*, Caput illi amputat, & truncum provolvit. [*l.* Bethulienses, ejus beneficio liberati, *portis cum impetu exeunt*: (*m*: hostes fœminæ audaciâ stupidi, & *casu ducis exanimati*, (*n. fugâ turpissima palantes disperguntur*. (*o.* Mulier de tyranno triumphum agit, & *DEO misericordi atque invicto hymnum canit gratulatorium*, (*p.* & thesauro Holofernis, communi judicio, donatur: (*q. lumen patriæ, decus civium, gloria nominis Judaici, terror gentilium.* Vixit annos quinque supra centesimum, (*r.* Bethuliæ condita juxta mariti sui monumentum. [*s.*

ANNOTATIONES.

[*a.* GR. ιȣδειθ. [*b. ex Vulg.* Lat. *Judith. IIX. 1. Refutat v. hanc opinionem D. Waltherus Officin. bibl. §.* 1250. [*c. Judith. IIX. v. 8. 9. seqq.* (*d. cap.* X, *12. seqq.* (*e. ib. v. 19. seqq.* (*f.* XII. *6. seqq.* (*g. h. e. lautam & opiparam.* [*h. sed eo cibo utitur, quem paraverat ancilla, cap. XXII. 21.* (*i. ibid. v. 13. 14.* [*k. cap.* XIII. 2. (*l. ib. v. 9.* [*m. XIV. 2. seqq.* (*n. ibid. v. 15.* [*o. XV. 2.* [*p. XVI. 1. seqq.* (*q.* XV. *15.* [*r. XVI. 28.* (*s. ib.*

b. An Judithæ liber veram historiam tradat; an verò sit Tragœdia, prolixè discutit D. Walth. Offic. bibl. §. 1252.

267. ABRA.

ABRA Judithæ pedisequa, (*a.* cum herâ suâ *vitam parvi æstimat, & periculorum socia* in castra hostis, dominam sine terrore consequitur. (*b.* Caput Holofernis, cui se omnes Assyrii inclinaverant, utre [*c.* portat sanguineum: propter fidem manu mittitur, (*d.* & propter obsequium erga dominam *in honore habetur:* particeps gloriæ, quæ & discriminis fuerat.

ANNOTATIONES.

(*a.* GR. ἄβρα. *Judith. X. 2.* [*b. ibid. v. 12. seqq.* (*c. cap. XIII. 10. vocatur* πήρα τῶν ἐδωμάτων *Pagn.* pera cibaria (*d. XVI. 28.*

268. OZIAS DUX.

OZIAS dux Bethulienſium, (*a.* capto Achiori *cœnam lautam apparat*, (*b.* quòd esset pro Deo, & populo ejus *locutus animosè:* Judithæ se objurganti, quòd DEO juvandi tempus præscripsisset, placidè paret. [*d.* In urbe obsessâ populum, clamore unanimi deditionem postulantem, placat: (*e.* minimè quidem fortis aut perseverans, attamen non pertinax: aliis timens & aliòs audiens. *Exhilaratus victoriâ mirabili*, gratias DEO Liberatori, & Ju-

& Judithæ Victrici, cum gratulatione & tripudio agit: [*f.* nec occasionem amittens, cursores ablegat, vicinos exhortantes, ut *hostes fugitivos insequerentur alacriter.* (*g.* In colligendâ prædâ barbarica populus dies triginta detinetur, [*h.* omnisque auro, supellectile, armis, & spoliis multiplicibus onustus redit.

ANNOTATIONES.

(a. Judith. VI. 10. *vel.* 15. *edit.* Rom. (*b. ibid. v.* 18. (*c. ib. v.* 16. [*d. cap.* IIX. 8. 9. *seqq.* (*e. ib. v.* 10 23. *seqq.* [*f.* XIII. 23. *seqq.* (*g.* XV. 6. *seqq.* (*h. ib. v.* 14.

269. JOACHIMUS SACERDOS.

Joachimus [*a.* sacerdos Assyriorũ adventu nunciato, angustias montium, & *aditus viarum claudit, per urbes & castella milites disponit.* [*b.* Inprimis *iram DEI jamjam grassantem,* svadet *mitigandam abstinentiâ & emendatione,* promittitq; præsens Dei auxilium pœnitentib9. (*c* Auditâ Bethulienſiũ victoriâ, *publicè gratias agi Deo per urbem* sacram & *oppida mandat,* & Bethuliam, celebri sacerdotum comitatu, & magnâ hominum piorum frequentiâ, ad Judithan salutandam proficiscitur. (*d.*

ANNOTATIONES.

(a. Ιωακειμ. *edit. Hamb. vel* Ιωακιμ. *edit. Rom. Luth.* Jojakim. *Vulg. Lat. Eliachim.* [*b. Judith.* IX. 5. (*c. ibid. v.* 10. *seqq.* [*d. cap.* XV. 10.

270.

270. SUSANNA.

SUSANNA Helechiæ filia, Joachimi *uxor, non minùs sanctitate, quàm formâ eximiâ prædita,* cùm in pomario domus suæ insidiis circumventa *appellaretur de adulterio,* à duobus primatibus, *verita DEUM & conscientiam, periclitari honestè, quàm agere turpiter maluit.* Vocata in judicium, per calumniam damnatur, *frequentissimâ populi concione,* ab iis hominibus, qui noverant illam esse *piam, & vitii expertem. Ad supplicium tractam,* multorum hominum gemitu & querelis, puer Daniel in turbâ exclamans, eam causâ liberali adserit, & *testes improbos atque fallaces* examinans *sceleris & impudentiæ* coram multitudine *convincit.* DEUS decretum in pudicam & immerentem supplicium, in senes ipsos petulantes & audacissimos convertit, qui *saxis* à populo plaudente *cooperiuntur.* (a.

ANNOTATIONES.

(a QVia historia brevis est, nolu versiculos adnotare, cuilibet lector obvios. Qvid verò de Historiolâ istâ statuendum sit, Theologi exponunt. Africanus, Origenis coætaneus, octo argumentis illam oppugnavit. Quos Auctor duos primates *vocat, illi vulgò* duo senes judices *dicuntur. Origenes & Hieronymus tradunt, quòd alter illorum fuerit* Achab, *filius Coliæ, alter verò* Sedecias, *filius Maasiæ. Et huc referunt Jer.* XXIX. 22. *Pererius verò Maldonatus & alii negant.* Vide quæ not. ad Hist. 258.

271. DANIEL PROPHETA.

DANIEL de stripe nobili [*a.* adolescens, evasit *in universo Chaldæorum regno optimus, sapientissimus, maximus:* cui rex divinos honores decernere statuit, (*b.* propter incredibilem sapientiam, & virtutum omnium admirationem. Docuit reges multos, Nebucadnezarem, Merodachum, Balsaarem: [*c.* item Darium & Cyrum, à quibus etiam omnibus est & præmiis & honoribus affectus. Jussus interfici cum Magis cæteris, [*d.* & se & alios liberat: (*e.* conjectus in leonum foveam, (*f.* pascitur & servatur ab Angelo, (*g.* deploratur ab ipso imperatore. [*h.* Nebucadnezari *monstrosum exilium* (*i.* alteri ejus filio interitum prædicit. [*k.* De imperiis regnisque ad finem usque mundi, exhabitu positæ statuæ, (*l.* & ex imaginibus bestiarum quatuor (*m.* prædicit de Messiâ venturo passuroque è numero hebdomadarum, (*n.* tùm de Antichristo scribit evidenter. (*o.* Serpentem Babylonicum, qui pro numine colebatur, objecta offâ necat: (*p.* sacerdotum fraudes, qui regem deceperant, consilio singulari detegit. (*q.* Nullâ calumniâ adigitur, nullo periculo terretur, ut suùm DEO æterno cultum detrahat: (*r. tantâ æstimatione vivit, ut nullus clarior aut potentior in populo* Judaico *unquam fuerit: tantâ in opibus immensis integritate, ut nullius unquam ne suspicio quidem criminis in eum inciderit:* à tot & tàm potentibus adversa-

riis

riis petitur, ut mirum sit, unum fuisse hominem satis ad injuriam: sed apertam Dei defensionem sensit, usque ad annum exilii sui sextum & septuagesimum, *semper factus se ipso clarior*. Sepulchrum ejus Babylone in angiporto multis seculis notum fuisse, non nulli tradunt.

ANNOTATIONES.

(*a.* SCilic. *Judæ. Dan. I. 6. Hotting. Thes. Philol p.* 51 *â.* Αγχοεαλάγητος *est in Scripturâ S. Epiphanius contra Melchised. patrem ejus vocat* Σαβαὰν (*b. Dan. II.* 49. (*c. vel Balthazarem.* [*d.* Daniel. *II.* 12. 13. [*e. ibid. v.* 27. *seqq.* [*f. cap. VI.* 16. *seqq.* (*g. ibid v.* 22. [*h. ibid. v.* 18. 19. 20. [*i cap. IV.* 16. *seqq. inprimis v.* 22. 30. *cùm instar belluæ in sylvis vixit.* Vide *omninò D. Friedlieb. in* V. *Test. fol.* 773. *q.* 13. & 15 [k. *Dan.* V. 17. *seqq.* (*l. cap. II.* 31. *seqq.* [*m. VII.* 3. *seqq.* [*n. cap, IX.* 24. *seqq.*. (*o. cap. XI.* XII. [*p. cap.* XIV. *in Vulg.* Lat. §. 22. & *seqq.* (*q. ibid. cap.* XIV. §. 2. *seqq. in Bibliis Germ.* Luth. Vide Stück in Daniel. [*r. Daniel. VI.* 3. *seqq. Danielem Eunuchum vel castratum fuisse probare contendit Corn. à lap. in Dan.* 1. *f.* 1260. *Sed imbellibus argumentis.*

272. NEBUCADNEZAR.

ASSYRIUS.

NEBUCADNEZAR (*a.* rex Assyriorum, cognomento Magnus imperatorem Medorum, & reges vicinos omnes domuit, (*b.* movens in Judæam, urbem sacram menses octodecim obsidet: (*c. regi* capto *oculos effodit*, (*d.* nobilitatem de medio

tollit

tollit, *urbem & templum incendit, populum in colonias dispergit*, exceptis paucis operariis & agricolis. [*e.* E captivis Judæis quorum admirabatur sapientiam, *ludum regium instituit de sui ærarii suæque mensæ sumtibus*, (*f.* & mox à suo alumno Daniele institutus, *veræ religionis instruitur notitiâ*, (*g. præmiaque & stipendia tribuit doctoribus.* Ab eodem admonitus, ut *fastum nimium deponeret, magis animo suo, & aulicis magnificis atque superbis, quàm viro Dei obsequitur.* (*h.* Ejectus è regno, in solitudinem silvestrem fugit, & bovis pabulo utitur *cœli tempestatibus sub dio obnoxius, & mente atque sensu, animante bruto nihilo sanior.* Capilli ejus, ut jubæ leonum: & digitorum extrema, ut aquilarum ungues creverunt: [*i.* nimirum, ut non unius tantùm beluæ referret similitudinem pœna, qui multarum fuisset similis moribus & consuetudine. *Ad sanitatem* post annos septem *rediens, in solium regium* rursus *collocatur.* (*k.* qui post id tempus *animo humili gratoque DEUM colit*, & ejus bonitatem admirabilem suis edictis prædicat (*l.* Annos regnavit quinque & quadraginta: (*m.* miracula videns & expertus, quanta post Pharaonem Busyrim, nemo alius regum exterorum omnium omnibus temporibus. (*n.*

ANNOTATIONES.

(*a.* E *Br.* נְבוּכַדְנֶאצַּר Nebhuchadhnezzar.

Græc.

Græc. Ναβυχοδονόσωρ. *Sic scribunt Berosus, Chaldæi, Strabo, Megasthenes & c. Glass. Gramm. Sacr. pag. m. 850. vulg. Lat. Nabuchodonosor. Luther. Nebucadnezar. Dan. I. 1. aliquando scribitur* נְבֻכַדְנֶצַּר *Dan. II. 1.* [*b. Judith. I. 6. seqq.* (*c. colligitur istud ex Jerem. LII. 4. 5.* [*d. vide, quæ suprà notavimus ad Hist. 235.* (*e. Jerem. LII. 16.* (*f Dan. I. 3 seqq. Conf. Meisn. Disp. quæ inscribitur: Schola Danielis Babylonica, & Schleipneri conciones Scholasticas.* (*g. Dan. II. 46. seqq. cap. IV. 31. seqq.* (*h. Dan. IV. 21. seqq. in primis v. 26. 27. seqq.* (*i. ibid. v. 30..* [*k. ib. v. 33.* [*l. ib. v. 34.* [*m. Crellius annos regni 43. numerat in Promt. Bibl. f. 725. col. 2. Calvisius initium regni illius ponit in A. M. 3342. obitum v. in A. M. 3389. Regnâsset itaque annos 47. Cum Auctore facit D. Friedl. fol. 774. col. 1. Verum est, inquiens, ex Metasthene, Nebucadnezarem regnasse 45. annos. Dresserus Millen. IV. Isag. p. m. 215. adserit ipsum regnasse ann. 44. D. Christ. Matth. Monarch. I. p. 107. dicit, juxta communem historicorum sententiam, ipsum regnasse ann. 43.* (*n. Dan. III. 32. 33. An Nebucadnezar verè mutatus fuerit in feram vel bestiam: prolixissimè expendit Cornel. à lap. in Dan. fol. 1299. seqq. dignus, qui legatur, sed non sine judicio.*

273. LUDUS IMPERATORIUS.

MAGNUS Imperator [*a.* cùm aliis provinciis subjectis, tum populo Ebræo in potestatem redacto, ludum aperiri è pueris & adolescentulis regiis, præcipit: (*b. quorum & corporum soli-*

ditas & habitus, & indoles ingeniorum ad eruditæ & liberalis disciplinæ adsuefactionem aptahaberetur. (*c. Iis de rebꝰ ad vitam victumq́ pertinentibus abundè, & de optimis ac sapientissimis præceptoribus, singulari consilio prospexit.* Instituti primùm sunt in lingvâ Chaldaicâ, (*d.* quod fieri sine literis nequit: deinde *in pietate & laboribus animi atq́ corporis, inq́ omni genere virtutis & honestatis exercitati.* Inter eos adolescentes Ebræi *sapientiâ, eruditione, temperantiâ ita eminuerunt, ut illis similes aut pares non invenirentur,* (*e* nec aliis regiæ præfecturæ aut munera possent digniùs committi. Ex hoc ludo prodiit *propheta Daniel, Regum doctor & consiliarius,* & socii ejus tres, qui Colossum Imperatoris adorare noluerunt: (*f. quibus viris totum illud seculum nihil vidit melius, sanctius, honoratius.*

ANNOTATIONES.

(*a.* SCil. *Nebucadnezar.* [*b. Dan. I. 3. seqq.*] (*c. scil. adolescentulis. Dan. I. 4.* [*e. ib. v. 17. 18. 19. 20.* [*f. Dan. III. 15. seqq.*

274. ASPENAS.

ASPENAS [*a.* spadonibus præfectus [*b.* in aulâ Babylonicâ, e captivis hominum nobilium corporibus jussus eligere *adolescentes formâ eximios,* (*c.* præcipue Danielem, & tres ejus socios atque æquales elegit, (*d.* eosque amavit tantoperè, propter humanitatem & modestiam, ut

ut, quæ ipsi præscriberent, exequeretur. (e. Nam victu regio, quem capere majorum instituto & legibus non poterant, [f. eis detracto, *aqvâ & leguminibus ipsos aluit*, & Melzari (g. pædagogo singulariter commendavit. Erant autem *meliore colore, viribus, habitudine, quam ii, qui cibo & potu delicatissimo uterentur.*

ANNOTATIONES.

[a. Br. אַשְׁפְּנַז Aschpenas. LXXII. Ασφανέζ. Vulg. Lat. *Asphenez.* Luth. *Aspenas.* (b. Dan. I. 3. Ebraicè vocatur רַב סָרִיסִים h, e. Magister evnuchorum seu cubiculariorum regis. (c. ibid. v. 4. (d ib. v. 6. [e. v. 9. seqq. (f. v. 8. (g. v. 11. 16.

275. ARIOCHUS.

ARiochus (a. Babylonius, regis apparitor (b. Magorum interficiendorum mandatum habebat, propterea quod somnium quoddam regi *in memoriam revocare* ingnorarent. Is rogatu Danielis, à *cœpto immani* ad tempus desistit, & *aliquot ei dies ad investigandum concedit:* (c. quibus exactis Danielem, somnii revelationem & explicationem promittentem ad regem introducit. (d. *Vir certè plurimùm laudandus;* quòd *cædis* non esset *nimium avidus*, quodque *mandata sanguinolenta* pertinaciter non faceret: quâ suâ moderatione *& saluti consuluit virorum doctissimorum: & honori regis*, ne tot viros innocentes perderet, cujus eum facti mox potuisset pœnitere.

ANNOTATINOES.

[a. Ebr. אריוך Arjoch. Gr. Ἀριώχ. Vulgat. Lat. & Luth. Arjoch. Pagn. Arjoch: [b. Dan. II. 14. 15. (c. ib. v. 16. seqq. [d. ib. v. 25. seqq.

276. SADRACH, MESACH, ABEDNEGO.

Sadrach, Mesach, Abednego, (a. propter stirpis nobilitatem, & *ingeniorum ac formæ excellentiam*, in régium andronem (b. accersuntur. More patrio, à cibis lege Dei prohibitis, abstinent: & *doctrinâ brevi tempore* ita *excellunt*, ut *præfecturis provinciarum ornarentur*: (d. *Juvenes ad res maximas nati & accommodati*. Erectum à regê diversis metallis Colossum cum adorare nolent, (c. in caminum ardentem ligati à filio Dei, cum ipsis inflammis exiliente, & ita *æstus reprimente*, ut neque capilli corporis, neque *fila vestimentorum*, igne læderentur, (g. utque ardori fidei ardor cederet etiam *incensi septuplo ardentiori camini*. Rex miraculo stupidus, DEUM Judæorum, *solùm verum & immensum, suo extollit præconio*, & nomini ejus fieri convicium aut contumeliam prohibet, edictaque de eo per provincias proponit. [b. Adolescentes *majoribus, quàm antea, dignitatibus evehuntur*, (i. propter suam *constantem in DEUM pietatem atque fiduciam*. Milites & lictores, qui eos vinxerant, à *flam-*

à *flammâ erumpente consumuntur.* (*k.* Præfecti & duces, qui accusaverant, in fornacem conjiciuntur: rex & consiliarii, qui tulerant injustam sententiam, *errorem suum trementes confitentur.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Sic dicti fuerunt *ab* Aspenas: *anteà enim vocabantur* Hananja, Misaël & Asarja, *Dan. I.* 7. *De nominum istorum mutatione, ἀξιομνημόνευτα nonnulla vide apud Glass. Gram. S. p.* 841. (*b.* à Græco ἀνδρών, *qui est locus, ubi viri frequenter versantur, sicut* γυναικεῖον, *ubi mulieres.* (*c. Dan. I.* 8. *seqq.* [*d. Dan. III.* 12. [*e. ib. v.* 8. *seqq. inprimis v.* 16. *seqq.* (*f. v.* 19. 20. 21. 22. (*g. v.* 25. *seqq.* (*h. ib. v.* 28. 29. (*i. v.* 30. [k. 21. 22.

277. MERODACHUS ASSYRIUS.

Merodachus (*a.* rex Assyriorum, patri Magno succedit, *facilis & beneficus in Ecclesiam.* Primo enim sui regni anno Jeconiam, quem pater ejus annos septem & triginta captum tenuerat, è vinculis producit, (*b.* eique honorem habet, [*c.* & *muneribus afficit,* & alii de suâ mensâ totius vitæ tempore præcipit. (*d.* Regnavit annos triginta, [*e.* & quia Judæos amore religionis fovit atque honoravit, Fatui (*f.* cognomine est à suis appellatus.

ANNOTATIONES.

Eבר. מְרֹדַךְ *Hunc consensu procerum regni Babylonici pro patre Nebucadnezare, mentis impote, ad gubernacu-*

la regni admotum fuisse, Calvisius ad A. M. 3386. ad-serit (b. Jerem. LII. 31. juxta fontes: eduxit eum de domo carceris. Tradit vel fabulatur R. David, die XXV. mortuum fusse Nebucadnezarem, die 26. sepultum, & Evilmerodachum eductum ex carcere, quo tenebatur, quia regnum affectabat: die verò 27. eum regem esse constitutum, tumq; eum pariter Joachimum è carcere eduxisse, & exaltâsse, quod in carcere eo familiariter usus esset. [c. Scriptura loc. cit. ita id effert: levavit vel extulit caput Jojachin *regis Judæ. (d. ib. v. 32. 33. 34. (e. Ptolomæus in canone, & Berosus apud Calvisium ad A. M. 3389. & 3391. docent, Evilmerodachum* duos *tantùm annos regnâsse, ab affine scelerate oppressum. (f. appellatus fuit* Merodach, *cum cognomento* אויל *h. e.* stultus *vel* fatuus. *Ptolomæus ipsum vocat* Ilvarodamum. *Calvis. ad A. M.* 3389. *LXXII.* Ἐλαμαδαχ. *edit. Hamburg. vel* Ἐλαμαδάχαζ. *edit. Rom. & Londin.*

278. BALSAAR.

Balsaar [*a.* rex, Magni filius, (*b. impius, audax, temerarius, temulentus*, Babylone obsidetur à Cyro ferè biennium, qui Euphratem flumen maximum per urbis regiones deductum [*c.* in fossas derivat & avertit, simulatoque obsidionis tædio exercitum abducit. Balsaar *convivium oppiparum* civibus & militi *parat*, vasa sacra è templo rapta profert & contaminat, & ex iis *ad mensuram cum aulicis & concubinis potat.* (*d.* Inter vinum, manus Dei apparet, (*e.*

& li-

& litteras in *parietis tectorium* ignotas (*f.* pingit: quas Daniel, à matre regis [*g.* advocato, ſolo intelligit, & interpretatur, & ſubitã regi perniciẽ nunciat. (*h.* Eadem nocte Babyloniis helluantibꝰ, per ſiccatum fluminis alveum milites Cyri introducit regem interficit, [*i.* aulicos ebrios capit, *urbe & arce potitur: quam vel opere humano extrui potuiſſe, vel humana virtute deſtrui, pœnè incredibile apud mortales habitum*, teſte Oroſio. (*k.* Tenuit imperium annos quatuordecim, (*l.* quod ab ipſo ad Perſas eſt translatum.

ANNOTATIONES.

(*a.* In *font.* בֵּלְשַׁאצַּר Belſchazzar. *Græc.* Βαλτάσαρ. *V. Lat. Balſaſar. Luth. Belſazer. Dan. V.* 1. (*b. ſc. Nebucadnezaris. Dan. V. 18. 22. Codomannus in Annal. ſac. p.* 45. *Junius in notis ad loc. cit. & Biblia Noriberg. vel Vimar. ex Metaſthene docent, quod hic Belſazer fuerit* Evilmerodachi filius, *& nepos Nebucadnezaris. Nec infrequens eſt in Scripturâ per patrem intelligere* avum, *ac per filium* nepotem. *Joſephus lib. 1 cont. Appion & Euſebius l. 9. de præp. Evang. cap.* 4. *citant Beroſum, qui ſcripſerit, Belſazerum eſſe natum ex* filiâ *Nebucadnezaris, patre* Nerigliſſoro, *qui interfecerit Evilmerodachum, & ejus loco regnum occuparit: & huic ſucceſſiſſe Belſacerum.* Vide *& Calviſium ad A. M.* 3391. *Cornelio à lap. in Dan. V. probabilior videtur eorum ſententia, qui putant Balſazarem iſtum fuiſſe filium*

non

non nepotem, Nebacadnezaris, esseq́; eundem cum Evilmerodacho: idq́; probare nititur aliquot rationibus. [*c.* Vide Xenophontem, *Herodotum, Oriosium,* Justinum, *Cornelium à lap. inprimis, & Pererium in Dan. V. ac Salianum A. M. 3516. num.* 38. [*d. Dan.* V. 1. 2. 3. 4. (*e. ib. v.* 5. (*f. scil. Magis Chaldæis. ib. v.* 7. 8. *Verba ad parietem scripta sunt* Chaldæa: *qui itaq́; ignota fuere Chaldæis?* Grotius *in h. l. refert, quòd, licet verba fuerint Chaldaica, scriptura tamen fuerit* vetus Ebræa *vel Samaritana.* [*Videatur Elias Schedius de Dijs German. p.* 182.] *Sed dudum explosum est dogma de antiquioribus Ebræorum litteris. Et qui ignorare Chaldæi eruditiores Ebræorum characteres potuerint, cum quibus tot anni versati fuerant? Alij putant, scripta fuisse verba illa* peregrinis *& maximè inusitatis litteris. Cornelius à lap. & Menochius putant, quod tantum initiales litteræ* פ. ת. מ. מ. *non verò integræ dictiones* מְנֵא מְנֵא תְּקֵל וּדְסִין *sint depictæ. Eligat quisque quod volet,* (*g. ex Lutheri conjecturâ in gloss. marg. Dan. V.* 10. *Consentiunt Vatablus,* Junius, *Origenes, Menochius, Pererius, alijq́;. Josephus* aviam *Belsazaris nominat; & hanc opinionem Gesnerus in Dan. V. existumat probabiliorem.* [*h. Dan* V. *seqq inprimis* 17. *usq́; ad* 28. (*i. Alexander Polyhistor & Metasthenes apud Joseph. & Eusebium tradunt, Belsazerum non fuisse à Cyro interfectum, sed receptum in gratiam, ac præpositum Carmaniæ.* Sed *videtur repugnare Dan.* V. 30. *Quæ verò de ejus morte nugatur R. Saadias vide apud Munster. in notis ad h. l.* [*k. & Pausanias illum vocat potentissimam ac muni-*

munitissimam omnium, quas Sol adspexit [*l. Calvisius ad A. M.* 3391. *tribuit ipsi* quatuor *annorum imperium. Cum Auctore sentit* Richterus *axiom. œcon.* 16. Tres *annos regnasse Belsazerum* Gesnerus *adserit præfat. Disp. sup. Dan. Josephus lib.* 10. *antiq. c.* 13. XVII. *annos regni eidem adsignat.*

279. DARIUS MEDUS.

DARIUS (*a.* rex Medorum, Ahasveri, vel [ut in Græcorum monumentis] Cyaxares, Astyagis filius, (*b.* anno ætatis secundo & sexagesimo, imperare cœpit, (*c.* & Danielem *præ omnibus aliis maximè evexit* (*d.* & ejus genti conservavit regnum veterum beneficium. Verùm quantò magis illum amabat ipse, tantò *impensiùs oderant aulici*, (*e.* qui odio & calumniis efficiunt, ut rege invito in atrum leonum demitteretur. (*f. Cujus vicem* ita *rex doluit*, ut & verbis illum gravibus confirmaret, & jejunus atque pernox suam *erga virum pium ostenderet benevolentiam.* (*g. Cum primâ* autem *luce* ad vivarium contendit, quod suo annulo. (h. nequid ab invidis *homo præstans & innocuus* injuriæ pateretur, obsignaverat, & Danielem illæsum offendens, gratulando extrahit: [i. inquisitos æmulos ejus, cum liberis & uxoribus *laniandos feris objicit:* (*k.* quæ ut virum immerentem non attigerant, ita ossa obtrectatorum comminuerunt mordicus. Deum Danielis, beneficum & omni-

& omnipotentem in omnibus provinciis colendum, edicto sanctissimo mandat. (l.

ANNOTATIONES.

Ilzta *font. Daniel. VI. 1.* Dorgaveſch. *Vide Hotting. in Smegmate lib. 1. pag. 77.* LXXII. Δαρεῖος. *(b. vide D. Friedlieb. fol. 77L. q. 22. ubi ex professo de hoc Dario agit. Adde D. Chr. Matth. Theat. Hist. Monarch. II. p. 162. 163. 164. &c. Est autem Darius* Medus *D. Matth. l. c. p. 155. Quis Darius iste fuerit, eâ de re sex opiniones recenset Corn. à lap. in Dan. VI. f. 1315. & Astyagis filium censet. (c. Dan.* VI. 1. *vel* V. §. *ult. (d. Dan.* VI. 1. 2. 3. *(e. ib. v. 4. [f. ib. v. 5. 16. (g. v. 16. 17. 18. (h. v. 17. [i. v. 19. seqq. (k. v. 24. Quare non solum delatores, sed eorum etiam liberos & uxores projecerit Darius in foveam, vide apud D. Friedl. f. 775. q. 23. (l. Dan. VI. 25. seqq. Dum Auctor ab initio dicit; Ahasveri filius; respicit ad Dan. IX. 1. Sed vide D. Matth. l. c. p. 156. col. 2.*

280. CYRUS PERSA.

CYrus rex Persarum, Darii frater, à prophetâ Isaiâ, longè antè quàm est natus, rex designatur. [*a.* Imperii sui anno primo, de templo domini exædificando mandatum evulgat. *(b.* Judæorum circiter tria & quinquaginta millia *(c.* in libertatem restituit. Vasa templi in urbem sacram remittit, *(d.* & *ampla* de suis thesauris *adjicit donaria, (e.* decernitque sumtus ad fabricam, item ad victimas, & alendos sacerdotes. [*f. Nihil planè intermittit, quod noverat ad ædifi-*

dificii magnificentiam, & populi oppressi gloriam spectare: præcipit quoque Syrorum & Phœnicum præfectis, ut idem curarent atque perficerent, quantâ possent diligentiâ. Doctorem habuit prophetam Danielem, (*g.* qui de futuris imperiis & quibusdam regnis orbis terrarum, prolixe illi narravit, (*h. principi inter omnes* exteros *optimo & præstantissimo.* (*i.* Vixit annos centum, imperavit duos & viginti, [k. in lectulo domi placide obiit: ut Onesicritus & Xenophon tradiderunt. [*l.* Memorantur quædam ejus somnia fatidica, unde à DEO ipso & de regni translatione, & de obitu suo admonitum esse constat.

ANNOTATIONES.

(*a.*]*Esa.* XLIV. 28. XLIV. 1. *ubi vocatur* כּוֹרֶשׁ Coresch. *Gr.* Κύρος. *Vulg. Lat. Cyrus. Pagn. Chores. Luth. Cores.* [*b.* 2. *Paral.* XXXVI. 23. *Esdr.* 1. 2. *seq.* [*c. Esdr. II.* 64. *sit mentio* 42360. *Ancillarum & servorum erant* 7337. *& cantores ac cantatrices* 200. *Summa ergò esset* 49797. [*d. Erdr. I.* 7. *seqq.* (*e. ib. v.* 4. [*f. cap.* VI. 2. 3. *seqq.* (*g Colligitur id ex Dan. I.* 21. VI. 28. X. 1. [*h. credibile est, Danielem exposuisse m aulâ, quæ distinctis vicibus de Monarchijs vidit.* (*i. si sc. de ipso ex Xenophonte judicemus. Sed monet Dilherrus tom.* 1. *Disp. Philol. p.* 151. *Xenophontem descripsisse Cyrum,* non qualis fuerit, *sed* qualem esse oportuerit. *Voluit enim Xenophon in fictâ personâ Cyri eam* παιδείαν *tantùm elegantem picturam esse & imaginem rectè educati & le-*

& legitimè imperantis principis. Vide etiam Epitomatorem Scaligeri in Isagog. Chronolog. c. 26 p. 100. [*k. non convenit inter omnes, quot annos imperarit. Nam Calvisius ad A. M.* 3421. *dici ipsum* regnasse *annos ferè triginta: & D. Dilherrus l. c. adserit, eum anno imperij 29. totam Asiam subegisse,* [*l. Calvisius contra loc. cit. ita scribit: Cyrus ingenti prælio victus à Scythis cadit, cùi cæso superbè insultat Tomyris regina &c. Idem sed prolixiùs refert Justinus lib. 1. p. m. 16. Consentit Philostratus in Heroicis apud D. Chr. Matth. l. c. p. 193. col. 8. Adstipulatur Cornelius à lap. in Jes.* XLV. *fol.* 372. 2. *B.* 377. 2. *D. Diodorus scribit crucifixum fuisse. De sepulchro Cyri vide Hornium in Sulpit. pag.* 311.

281. SESBASAR.

SESBASAR (*a.* satrapa Cyri, (*b.* præfectus missus in Judæam, vasa templi præciosa jussu regis deportat, & ejusdem mandato primum templi lapidem ponit: (*c.* Amicus & fautor Judæorum à quibus informatus erat, se non solùm regi suo rem gratam facere, sed tale studium, talemque operam DEO quoque altissimo placere.

ANNOTATIONES.

[*a.* שֵׁשְׁבַּצַּר Scheschbazzar. *Gr.* Σαναβασσὰρ. *Vulg. Lat. Sassabasar. Lutherus Sesbazar. Pagninus Sesbasar. Tremell. Scheschbatzar. Esdr. I 8.* (*b. loc. cit. dicitur* princeps Judæ. *D. Friedl. fol.* 446. *q.* 4. *ita de eo: fuit ipse* Serubabel, *filius Salalthiel, & Nepos Jechoniæ, Esdr. I. 8. qui Babylone natus erat, & à Chal-*

Chaldæis Sesbazar dicebatur. Similia Menochius habet. Idem patet ex Josepho lib. XI. *Antiq. cap. I. Vide Wernerum disput. de R. E. θ. 25. Conf. Zach. IV. 7. & vide Coccejum in Hagg. fol 445.* [*c. Esa. V. 16.*

282. CAMBYSES PERSA.

CAMBYSES (*a.* Cyri filius, (*b. monstro quàm homini similior*, audax, libidinosus, crudelis, efferatus, DEI & propinquorum contemptor. Patris *edictum* de templo extruendo *antiquavit*, (*c.* & propter tyrannidem luctum seni ingentem attulit. *Amisit copias innumerabiles*, primum fame in Æthiopiâ: deinde ingestis per ventum arenis, in Libyâ. [*d.* Domi occupatâ à duobus Magis regiâ, *imperio excidit*, & equum conscensurus, suo se pugione transfodit, obiitque post vulnus acceptum, die trigesimo, [*e.* Ecbatanis in Syriâ, tyrannidis anno septimo. [*f.*

ANNOTATIONES.

(*a.* PLerique, *quos vidi scribunt* Cambyses, *& Gr.* Καμβυσης. (*b. Calvis. ad A. M. 3421.* (*c. Dan. IV. 5. Vide quoque D. Friedlieb. fol. 446. q. 12. & Coccejum in Proph. minor. fol. 443.* (*d.* Vide *Herodotum lib. 3. & Calvisium ad A. M. 3427. nec non Justinum lib. I. p. m. 16.* (*e. Calvis. loc. cit. post dies à vulnere viginti mortuum adserit.* [*f. Vide iterum Calvis. loc. cit. Tyrannis illius patet vel ex unicâ historiâ, quam apud Senecam lib. 3. de irâ legere licet. Vide & D. Dilherr. tom. I. p. 371.* Varia *Cambysis* nomina, *quibus*

à varijs insignitur; recensèt D. Chr. Matth. p. 195. 196. Dum Auctor Tyranno septem *annos regiminis tribuit, Melanchthonem sequitur in Chronolog. pag. m. 118. Bucholtzerus in Ind. Chronol. p. 31.* octo *annos numerat.*

283. SERUBABEL DUX.

SERUBABEL [*a.* Salathielis [*b.* filius, regis Jeconiæ nepos, [*c.* Babylone nascitur, dictus alio nomine Berechias, primus dux post exilium Babylonicum, (*d.* Dimissus à Cyro, *templi à fundamentis instaurandi* accepit potestatem, estque *opus difficillimum aggressus, non minore sapientiâ quàm animositate: sua* quoque *munera,* quæ à rege munifico acceperat, *structuræ liberaliter impendit.* Ad *loci sacri erectionem* cùm gentes vicinæ se admitti flagitarent, [*e.* eas *in societatem* noluit *accipere,* suique eis *facti rationem reddit.* (*f.* Eâ de causâ accusantes ipsum in aulâ Persicâ, (*g.* mandatum Cyri jussibus contrarium ab impiò & scelerato Cambyse impetrant: (*h.* hic tamen nihilominus *institutum suum urget,* [*i.* Deoque ipsius conatus juvante agit fortiter & prudenter. Moritur anno ætatis octavo & quinquagesimo. (k.

ANNOTATIONES.

(*a.* זְרֻבָּבֶל Serubbabhel. *Gr.* Ζοροβαβὲλ. *edit. Hamb. vel* Ζοροβάβελ. *edit. Rom. Vulg. Lat. Zorobabel. Luth. Serubabel.* (*b.* שְׁאַלְתִּיאֵל Schealtiel. *Gr.* Σαλαθιὴλ. *Vulg. Lat. Salathiel. Luth. Sealthiel. Chemnit. in Harmon. Evang. adserit, Salathielem & Serubabe-*

babelem, quorum fit mentio apud Matth. I. 12. diversos esse ab ijs, quorum mentionem facit Lucas *cap. III. 27. quia hi ex Nathane, Davidis filio, illi ex Salomone ortum traxisse dicuntur &c. Hoc loco intelligitur ille, qui originem ex Salomone traxit.* Vide quoque Walæum *in N. T. pag. 577. col. 2. & 581. col. 2. init. (c. 1. Paral. III. 17. (d. Esdr. III. 2. Hagg. I. 1. cap. II. 3. (e. Esdr. IV. 12. (f. ib. v. 3. (g. ib. v. 4. seqq. [h. scil. anno secundo Darij ib. v. 24. & cap. V. 2. seqq. VI. 1. seqq. inprimis v. 14. 15. Zach. IV. 6. seqq. [i. Si Serubabel primò cum reliquis ex Babylone venit, ac fundamento templi primùm jacto adfuit, Zach.* IV. *7. 9. vixitque, cum templum jam esset absolutum; k. necesse est illum longè diutiùs, quàm annos 58. vixisse. Confer, quæ dicuntur ad Hist. seq. 284. litt. e.*

284. JOSUA SACERDOS.

JOsua (*a.* filius Josadachi, [*b.* nepos Sarajæ, Serubabeli *duci cauto & magnanimo*, pro suis opibus & auctoritate, *nullo loco periculove defuit.* Mense post exilium Babylonicum septimo, festum tabernaculorum solenne instituit, (*c.* & collectâ tributim pecuniâ, templum molitur, (*d.* in quo ædificando anni sex & quadraginta sunt consumti. [*e.* Opere templi absoluto, Pascha celebratur anno sexto Darii regis, mirâ frequentiâ, sed non perfectâ hilaritate, (*f.* nam ii, qui *pristinum loci splendorem & magnificentiam* viderant, non sine gemitu & lacrymis, hoc opus novum, illi minimè æquandum, aspectabant.

ANNOTATIONES.

(*a.* יֵשׁוּעַ Jeschua. *Apud Hagg. & Zachar. scribitur* יְהוֹשׁוּעַ *Vide Exeg. Gerh. f. 400.* §. *8. Gr.* Ιησοῦς. *Vulg. Lat. Josue. Luth. Jesua.* [*b.* יוֹצָדָק *Gr.* Ιωσεδὲκ. *Vulg. Josedec, Luth. Jozadak. Esdr. III. 2.* (*c. ibid. v. 1. 4.* [*d. ib. v. 7. 10. IV. 2.* [*e. Joh II. 20. a fundamento templi jacto A. M. 3420. ad absolutum templum. A M. 3533.* [*utrumq; Calvisius monet*) *elapsi sunt anni CXIII.* (*f. Esdr.* VI. *19. reverà tamen in lætitiâ vers. 22. Nam quæ refert Auctor de gemitu, non videntur pertinere ad templum absolutum, sed ad templi fundamentum primò jactum. Esdr. 3. 12. Interim ex Hagg. II. 3. 4. videtur colligi posse, quosdam etiam post absolutum templum ingemuisse.*

285. HAGGÆUS PROPHETA.

HAGGÆUS (*a.* propheta, primus post exilium, (*b.* ut in templo restituendo ne defatigarentur, duci Serubabeli, & sacerdoti Josuæ, animos addidit: (*c.* populum verò exagitavit, quòd quisque in suâ domo reparandâ esset attentior, quàm in formam veterem redigendo templum Domini. (*d.* Cum autem voluntates hominum excitavisset, etiam ipsos confirmavit consolatione, venturum videlicet *Messiam, omnibus gentibus desideratum,* qui in hoc ipso templo regnaturus esset doctrinâ, miraculis, auctoritate. (*e. Ad pœnitentiam vocat exemplis, & memoriâ malorum præteritorũ,* (*f.* soliisque regum impiorum minatur eversionem. (*g.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a. חַגַּי Chaggai. *Græc.* Ἀγγαῖος, *V. L. Aggæus. Luth. Haggai.* (b. *Coccejus in Proph. minor. fol. 442. Hæc, inquit, prophetia prima est illarum, quæ post captivitatem Babylonicam in terrâ sanctâ sunt editæ.* (c. *Hagg. II. 1. seqq.* [d. *c. I. 3. 4. seqq.* [e. *cap. II. 5. seqq.* (f. *ib. v. 16. seqq.* [g. *ibid. v. 23. Quis verò fuerit Darius, cujus mentionem facit Haggæus cap. I. 1. II. 1. vide apud D. Friedlieb. f. 861. q. 2. & Coccejum in Hagg. f. 443. Sixtus Senensis p. 15. scribit, Haggæum anno post reditum ex Babylone 50. obiisse. Adeò illustris, sanctus, & sapiens fuit Haggæus, ut Origenes, illum atque ac Malachiam & Joh. Baptistam censuerit, non hominem, sed Angelum incarnatum, fuisse, uti refert Garb. Vasquetz 1. p. tom. 1. disp. 184. num. 7. Idem videtur Hieronymus adserere in in cap. 1. Hagg. v. 13. Sed falsa est hæc opinio. Nonnulli ex titulis Psal. CXl. CXXX VII. CXLV. CXLVII. CXLIIX. in Græcis exemplaribus quibusdam adjectis, putant, Haggæum Psalmos illos composuisse. Sed solidè id probari non potest, fontes eâ de re nihil habent.*

286. ZACHARIAS PROPHETA.

ZACHARIAS (a. Propheta, Berechiæ (b. filius, Iddonis nepos, Haggæi collega, opus templi suis concionibus fideliter maturandum suadet, [c. & interea de alio templo longè pulchriore loquitur, quod sit futurum perenne & æternum. (d. Christum Dominum vectum asino, urbem regiam ingressurum affirmat, (e. & triginta nummis argenteis iri venditum, sub imagine

indicat, [*f.* & vulneratum ipsum atque transfixum (*g.* fore, aliis solatio dicit, denique effusurum esse *spiritum* suum *gratiæ & precum* testatur. (*h.* De percussione pastoris, & dispersione ovium: (*i.* item de conjunctione *Ecclesiæ, ex Judæis & gentibus congregandæ*, (*k.* verba facit. Dulcissimi hujus prophetæ testimoniis & doctrinâ utuntur Matthæus, [*l.* Marcus, (*m.* Johannes Evangelista, [*n.* & Paulus Apostolus. (*o.*

ANNOTATINOES.

(*a.* זְכַרְיָה Secharjah. Gr. Ζαχαρίας. Vulg. Lat. *Zacharias. Pagn. Zecharjah. Luth. Secharjah.* (*b* בְּרֶכְיָה Gr. Βαραχίας. *Zach. I.* 1. [*c. cap.* IV. *7. seqq.* (*d. cap. VI.* 12. *13. VIII.* 3. (*e.* IX. *9.* [*f.* XI. *12.* 13. [*g.* XIII. 7. *Matth. XXVI. 31. IX.* 11. [*h. XII. 10.* (*i.* XIII. 7. (*k. XIV. 16.* [*l. Matth.* XXI. *5.* XXVII. *9. 10.* XXVII. *31.* (*m. Marc. XIV.* 27. [*n. Joh. XII.* 15. XIX. 37. [*o. Ephes.* IV. 25. Vatablus, *Arias Mont.* Sanchez, Ribera *in Zachar. & Chrysostomus hom. 1. in* Luc. *putant, Christum Matth.* XXIII. *loqui de hoc Zachariâ Prophetâ penultimo* V. *T. Sed plerique, alij doctissimi viri diversum sentiunt. Vide Corn. à lap. in Matth.* XXIII. *& Harmon. Gerh. cap. 6.* CLIIX. *f. 610. seqq.*

287. ARTAXERXES I. PERSA.

ARTAXERXES Ahasverus, (*a.* qui etiam Darius ab Haggæo (*b.* & Zachariâ prophetis nominatur Hystaspis filius: conjuge superbâ repudiatâ, (*c.* Estherem Ebræam ducit, *eique nomen Augustæ tribuit.* Idem sacerdotem Esdram dilexit, eique propter sapientiam obtemperavit, cui

cui etiam conceſſit liberaliter, ut Jeroſolymam rurſus coleret, (*e. à ruderibus purgaret:* inprimis injunxit, nequid deſiderari pateretur, vel quod ad alimenta ſacerdotum, quos *toto regno immunes* eſſe voluit: vel ad *ſacrificia uſitata legitimè peragenda*, pertineret. (*f. Sumtus de ſuo ærario erogat*, & ad eandem munificentiam ſatrapas, nobilitatem, plebem exhortatur. (*g.* Hoſtes Judæorum in ſuis provinciis decretorum ſeveritate compeſcit, & Hamanum Macedonem eis inſidiatum, cum omne ſtirpe ſuâ *fœdo ſupplicio afficit.* (*h.* Esdræ ſacerdoti poteſtatem dedit *puniendi fortunis, carcere, exilio, morte*, omnes eos, qui aut in legem DEI, aut regia præſcripta deliquiſſent. (*i.* Imperavit annos triginta ſex.

ANNOTATIONES.

(*a.* SEquitur *Auctor* LXXII. *qui Eſth. I. 1. pro Ahasvero ponunt* Artaxerxen. *Quis* Ahasverus *ille, Hiſtorici certant, & litem nemo componit, ait Mariana in Schol. ad Eſth.* l. 1. *Vide etiam D. Friedlieb. f.* 457. *q. 2. D. Quiſtorp. p.* 579. *Crellium in Prompt. bibl. fol. 26. col. 2. Viri docti, & in Ethnicis diu multumq; verſati, non ſolùm Genebrardus lib. 2. ſed etiam Scaliger de emendat. temp. l. 6. & Druſius annot. ad Eſth.* I. & II. *Junius item annot. in Esdr.* IV. *& Eſth.* 1. *pro perſvaſo habent*, Ahasverum *illum eſſe* Xerxem. *Ex Ethnicorum quoque ſcriptis, cum Eſthere libro collatis, id indubitatum eſſe contendunt Scaliger & Genebrardus, quos conſule. Alias aliorum opiniones vide apud D. Dilherr.*

tom. 1. Disp. Philol. p. 139. Vide quoque D. Chr. Matth. p. 236. 230. 293. Cum auctore idem statuit Cornel. à lap. in Esth. fol. 134. 2. additq; ita sentire Megasthenem, Annianum, Lyranum, R. Salamonem, Aben Esram, ac tandem sex conjecturis probabilitatem hujus opinionis ostendere contendit. [*b. vide quæ notavimus ad Hist. 285. circa finem.* [*c. Esth. I. II. 12. 16. 17. seqq.* (*d. cap. II. 5. 18.* (*e. Esd. VII. 11. seqq.* (*f. ib. 13. 26.* [*g. ibid.* (*h. Esth. VII.* [*i. Esdr. VII. 25. 26. De Ahasvero vid. quoq; Anton. Hulsium in Append. Theol. Judaicæ pag. m. 552. & 553. edit. Bredanæ ann. 653. item Hotting. in Smegm. Orient. lib. 1. pag. 77. inprimis Gerh. Exeg. de Scr. S. §. 202. fol. 75.*

288. ESTHER.

ESTHER [*a.* de tribu Benjaminis, [*b.* filia Abihailis, (*c.* cum utroque parente orbata esset, à patruo Mardachaio educatur. (*d.* Inter captivas puellas Babylone electa, fit uxor Artaxerxis primi Imperatoris, à Persis Atossa [*e.* appellata, ut est apud Herodotum. *Morum ipsa & formæ excellentia ita mariti animum cepit & vinxit, ut nullam magis amaret, ei nihil negare posset.* Hæc de *pravo & abominando* Hamani *parricidio*, (*f.* quo *Ecclesiam DEI evertere parabat*, cognoscens, [*g.* primum *ad Deum per jejunia & preces confugit*, (*h.* deinde imperatorem liberrimè adit: (*i.* cujus *animum*, gubernare & flectente DEO, ita *ore & sermone perstrinxit*, ut gentem proscriptã & damnatam liberaret, & re-

& retractaret, sententiâ crudelẽ, (*k.* & Hamani perfidiã, quem Patris loco coluerat, *justâ animadversione puniret.* [*l.* Quod postquam factum est, beneficentiâ imperatoris, arce fortunisque omnibus Hamani potitur. [*m.* Suspicantur nonnulli Estherem belli contra Græcos auctorem fuisse, quòd homo Græcus nomen Judæum extirpare voluerit.

ANNOTATIONES.

[*a.* אֶסְתֵּר Ester. *Nam Dagesch in litterâ* ת *aufert adspirationem. LXXII.* Ἐσθήρ (*b. quod colligitur ex Esth. II.* 5. (*c. ibid. v.* 15. *cap. IX.* 29. [*d. cap. II.* 7. [*e.* הַדַּסָּה Haddhassah. *Est. II.* 7. *LXXII. omiserunt. Vulg.* Lat. Edissa. *Vide Herodot. lib. III. & Cornel. à lap. in Esth.* II. 7. *fol.* 142. 1. *C. in thalamum regis recipitur A. M.* 3468. *Calvis.* (*f. Esth. III.* 8. *seqq.* (*g. cap. IV.* 1. 7. 8. (*h. ib. v.* 16. 17. [*i. cap. V.* 1. *seqq. VII.* 3. [*k. cap. VIII.* 3. 8. 9. *seqq.* (*l. cap.* VII. 9. 10. (*m. cap. IIX.* 2. 7. *Haman suspensus A. M.* 3476 *anno octavo postquam in regiam dignitatem Esther evecta fuit. Calvis. NB. Ebsteræ librum quis scripserit, non adeò liquet. Quidam adserunt, scriptum illum esse à* Mardochæo. *Ita sentit etiam R. Aben-Esra, & plerique patres* Latini, *atque videtur id erui & probari posse ex Esth. IX.* 20. 23. *Eusebius in Chronicis putat, libri illius* Auctorem *esse posteriorum Esra, quem auctorem ejusdem Isidorus existimat Philo illum vendicat* Joachimo, *Ebræorum Pontifici, sacerdotis magni filio. Quidquid sit, constat, auctorem primarium esse Spiritum S. apud Judæos hic liber est in maximâ auctoritate. Nam in More*

Nev. l.

l.2 c.15. ita legitur: Liber Estheræ dictatus est per Spiritum S. Et in Hil. Meg. c. 2. S. 18. hæc habentur: Omnes libri Prophetici & Hagiographi abolebuntur diebus Messiæ, excepto libro Estheræ, qvi æqvè stabilis est atque Pentateuchus.

289. HATHACHUS

HATHACHUS (*a.* evnuchus, Augustæ, [*b.* & gynæcei custos, in gratia Estheris fuit. Nam ejus mandata curavit fideliter, & luctum Mardachaï ipsi [*c.* exposuit, (*d.* qui propter Hamani crudelitatem sordidatus & ejulans urbem peragrabat. (*e.* Hathachus igitur suo nuncio causa fuit servati populi Judaici.

ANNOTATIONES.

[*a.* הֲתָךְ Hathach. *Gr.* Αθαχ *Vulg. Lat. Athach. Esth. IV.* 5. (*b. ib.* [*c. scil. Reginæ.* (*d. cap. IV.* 9. 7. [*e. ib. v.* 1. 2.

290. MARDACHAIUS.

MARDACHAIUS (*a.* Jairi filius, (*b.* rege Jeconiâ capto, vinctus Babylonem ducitur, [*c.* pupillam Estherem fratris filiam adoptat, [*d.* in aulâ vivens evnuchos *vitæ* imperatoris *insidiantes* indicat, [*e.* adorationis honorem Hamano é *Græcis Macedoni* negat. (*f. Admonitus accepti beneficii* imperator Mardachaium *eqvo regio insidentem ornatumque diademate, gemmis & byssо* duci per urbem jubet, & præcone Hamano, ejus merita celebrat. (*g.* Ipse [*h.* æmulo suo [*i.* strangulato (k palatio præficitur, [*l.* & secundus à rege honoratur, [*m.* & potestatem interfici.

ficiendi hostes Judæorum per omne imperium accipit. (*n.* Interfecta gentilium septuaginta quinque millia: (*o.* unde mensis Martii bini dies decimus tertius, & quartus, genti Judææ sunt solennes. [*p.* Vixit secundum Philonem, annos centum nonaginta septem.

ANNOTATIONES.

[*a.* מָרְדֳּכַי Mordechai. *Munsterus Esth.* II. 5. *scribit* מָרְדְּכַי Mordochai. *Gr.* Μαρδοχαῖος. *Vulg. Lat. Mardochæus. Luth. Mardachai. Pagnin, Mordochai.* [*b. Esth. II.* 5. [*c. ib. v.* 6. *&c.* (*d. v.* 7. [*e. cap. VI.* 1. 2. (*f. cap. III.* 2. (*g. cap. VI.* 6. 10. 11. 12. (*h. scil. Mardochaus,* [*i. scil. Hamano.* (*k. c. VII.* 10. (*l. cap. VIII.* 2. 15. (*m.* 2. *ibid. v.* 2. *cap. IX.* 4. (*n. c.* VIII. *v.* 7. *seqq.* [*o. cap. IX.* 16. [*p. ib. v.* 17. 21. *seqq. Talmudici in Megilla, & Paraphrastes Chald. in Esth. II.* 22. *referunt, Mardochæum LXX. linguas calluisse, idq; inde probare volunt, quòd fuerit* ex adsessoribus Cameræ λιβοφρώτης: *lege enim sancitum fuisse ajunt, ut nulli in secretius hoc admitterentur Consilium, nisi quem notitia LXX. linguarum commendaret. Plura in hanc rem vide apud Hotting. in Smegm. lib. I. cap. IV. p.* 63.

291. HAMANUS.

HAMANUS (*a.* Agagithes, [*b.* gente Macedo, (*c.* *in regno* Persico *vir amplissimus*, (*d.* & alter pater imperatoris nominatus: *fastu & diritate intolerabilis.* Mardachai *odio flagrans*, totam ejus gentem cogitat *è medio tollere*, (*e* tanquam abominabilem. Igitur literas à rege efflagitat, & ejus ærario decies mille argenti talen-

talenta se illaturum promittit. (*f.* Imperator ei assentitur, tanquam *viro primario, & minimè suspecto*, & pecuniam promissam ipsi donat, & *decretum sangvinarium divulgat.* (*g.* Imperatoris postea animo Dei providentia mutato, postquam improbitatem & invidiam Hamani compererat, *eum in crucem tolli mandat*, (*h.* & eadem pœna filios ejus decem afficit, (*i.* & *omnibus bonis ac possessionibus exuit.* (*k.* Dignitate Hamani Mardachaius potitur, (*l.* fortunis Esther: (m. propter ejus interitum nemo Persarum doluit, omnes Judæi lætitia exiliérunt. (*n.*

ANNOTATIONES.

(*a.* הָמָן Haman. *Gr.* Αμὰν *Vulgat.* Aman. *Luth. & Pagnin.* Human. (*b. Esth. III.* 1. [*c. Hamanum alii* Persam *alii* Amalekitam; (*quoniam dicitur loc. cit. fuisse de stirpe* Agag, *de quo vide Num. XXIV.* 7. 1. *Sam. XV. ferè per tot.*) *alii* Macedonem *faciunt. Valdè probabile est, eum patre & gente fuisse Macedonem;* (*vide Esth.* XVI. 10. *in Vulg.* Lat. *ubi Ahasverus Hamanem animo & gente Macedonem vocat*) *matre Persam, & antiquâ origine Amalekitam. Sic diversas opiniones conciliare conatur Menochius. Vide etiam Scholia Mariana in Esth.* II. 1. (*d. ibid.* (*e. ib. v.* 5. *seqq.* (*f. ib. v. 8. 9.* [*g. v.* 10. 11. (*h. Esth.* VII. 9. 10. (*i. cap.* IX. 13. 14. (*k. cap.* IIX. 2. 7. [*l. ib.* 2. (*m. ib. v.* 7. (*n. ib. v.* 15. *seqq. Quidam nugantur, Hamanum fuisse illum, qui Esth.* I. 24. *vocatur* Manuchan, *suasitq; Ahasvero repudiare Vasthi, ac in ejus locum surro-*

surrogasse filiam suam; Sed accidisse filiæ tantum, tamque fœdum ventris proluvium, ut suo fœtore omnes abigeret. Sed hoc videtur commentum Rabbin.

292. HARBONA.

HARBONA [*a.* è septem intimis evnuchis, qui aulæ Persicæ præerant, (*b.* Hamano infestus propter superbiam, quòd Mardachaio, *benè de imperio merito*, crucem cubitûm quinquaginta erexerat, id imperatori significat: [*c.* qui lacessitus scelere ejus & tyrannide, animo vehementer turbatur, & Harbonam statim mittit, qui jubeat Hamanum *supplicio infami tolli*, & ei arbori affigi, quàm capiti viri probi & justi, injustè statuerat. [*d.*

ANNOTATIONES.

(*a.* חַרְבוֹנָא Charbona. *Gr.* χαρβωνᾶ. *edit. Hamb. Sed edit. Rom. & Londin. habent* Θάρρα. *Vulg. Lat. Harbona, quod retinuerunt etiam Luth. & Pagn.* (*b. Esth.* I. 10. (*c. cap.* VII. 9. (*d. ib. & vers.* 10.

293. ESDRAS SACERDOS.

ESDRAS (*a.* Saraiæ, summi sacerdotis, filius, (*b.* Josodachi frater, locum gratiæ primum apud Artaxerxem obtinuit: [*c.* alter à Serubabele, qui magnum populi numerum in Judæam reduxit. (*d.* Anno imperii Artaxerxis septimo

mo, post reditum Serubabelis quinto & quadragesimo, *libros Mosaicos publicè interpretatus est*, (*e.* sacra, dies festos, disciplinam restituit: corruptelas, superstitiones, gentilitatem extirpavit: [*f. connubia*, cum Ethnicis contracta, non sine difficultate *diremit*: (*g. nullum viri integri & magnanimi prætermisit officium, vel hoc nomine laude sempiternâ vehendus, quòd Dei summa præcepta & sanctiones, hominum favori semper antepositi: vir præter virtutis merita corporis etiam dignitate spectabilis.* Sepultus est Jerosolymis, (*h.* psalmosque Davidis antea confusos eo ordine, quo nunc leguntur, disposuisse dicitur.[*i.*

ANNOTATIONES.

[*a* עזרא Esra. *Gr.* ἔσδρας. *Vulg.* Lat. *Esdras.* Luth. Esra. [*b Esdr.* VII. *1.* [*c. quod patet ex cap. eod.* VII. *vers.* 11. *12. seqq.* [*d. cap.* II. *1. seqq.* [*e. Nehem.* IIX. *1. seqq.* [*f. per Esdræ ac Nehemiæ libros passim.* [*g. Esdr. X.* (*h.* Crellius *fol.* 275. *col. 8. dicit mortuum quidem Hierosolymis, sed sepultum fuisse Samuræ in Persiâ.* (*i. Hoc solidis argumentis probari vix poterit. Pistorius contra D. Mentzerum, & alii quidam Pontificii fingunt in conflagratione templi libros Mosaicos & Propheticos omnes igne absumtos fuisse. Sed opinionem istam solidissimè refellit D.* Gerh. *Isag. Disp. I. cap. V. quæst. 2. & Conf. Cathol. tom. 2. pag. 71. seqq. & explodunt quasi eandem* ipsi pontificii,

cii, *utpote Genebrardus lib. 2. Chronol. A. M. 3560. Baronius tom. 2. Annal. Ann. 180. n. 12. ipse Bellarminus lib. 2. de V. D. cap. I. §. 2. 3. 4. 8. &c. aliique, quos vide apud D. Gerh. loc. cit. Eandem opinionem prolixè refutat etiam Cornel. à lap. in Esdram f. 4. 1. 2. Porrò Crellius fol. 275. col. 3. refert, Esdram libros V. T. relictis litteris* Ebræis antiquioribus, *descripsisse* Chaldæis, *quibus hodie utamur, characteribus. Idem tradit* Bellarminus *lib. 2. de* V. *D. cap.* 1. *Caspar* Waserus *lib. 2. de numism. cap.* 3. Withakerus *de scripturâ p. 102.* Scaliger, Calvisius, *& alii. Sed refutationem hujus opinionis vide apud* D. Brochmand. *tom.* 1. LI. *de Script. S. q. 8. p. m. 25. D.* Gerhard. *loc. cit. Isagog. quæst.* 4. D. Dilherr. *tom. 1. Disp. Philos. p. 51.* Buxtorf. *in Dissert. de Ebræorum litteris. Neque magni momenti sunt, quæ* Ludovicus Capellus *Buxtorfio opposuit. Tandem quid Finus Adrianus Ferariensis de exemplari authentico Esdræ, hodieq; superstite, nugetur, id refert ac refutat Hotting. Thes. Philol. p. 115. 116. 117. 118. & 513. Duos fuisse Esras vel Esdras, quorum in libb. Esræ & Nehemiæ fit mentio, eruditè probat Glass. in Gramm. S. p. m. 804. edit. Jenens.*

294 SACHANIAS.

SACHANIAS (*a*) Saraiæ, summi sacerdotis, filius, (*a. Esdram sollicitum & anxium, alloquio consolatur*, & gravitate roborat, ne qvid sibi obstare in impiis connubiis dirimendis patiatur: DEI esse considerandam voluntatem, non timendam hominum iracundiam. (*e*. Itaque *indicto* Jerosoly-

lymam *conventu*, (*d.* legem Esdras promulgat ut fœminæ, gentiles & ex iisdem procreati liberi, è familiis Ebraicis pellantur : aut ii, quibus molesta & intolerabilis lex sit, è populo DEI qvamprimùm discedant. [*e.*

ANNOTATIONES.

a] שְׁכַנְיָה Schechanjah. *Gr.* Σεχενίας. *Vulg. Lat. Sechenias. Luth.* Sachanja. *Pagn. Sechanjah* (*b. Esdr. X. 2.* (*c. ib. & vers. 3.4.* (*d. ibid. v. 7.8.9.* (*e. v. 8. & 16.*

295. ARTAXERXES PERSA.

ARTAXERXES, [*a.* qvi etiam Darius, Ahasveri filius, matre Judæâ natus, cognomento Longimanus. (*b.* Mandatum patris de urbe sacrâ renovanda comprobat eaqve de causâ Nehemiam cum ingenti multitudine dimittit: (*c. cui nequid in viâ adversi accideret, comitatum militarem addit.* (*d.* Literas item ad provinciarum præfectos scribit, ne in fabricandis portis, & *ponendis mœnibus, oneri Judæis sint aut impedimento.* (*e.* Imperii ejus anno ultimo, urbs sacra muris circumdata, & portis clausa fuit: (*f.* eamque inhabitandi potestas facta est iis, qui religione & legibus Judæorum vellent vivere. Imperavit annos septem & triginta. (*g.*

ANNOTATIONES.

a) אַרְתַּחְשַׁסְתָּא Artachschasth. *Nehem. II. 1. Græc.* Ἀρθασασθὰ. *Vulg. Lat. Artaxerxes. Luth.*

Luth. Arthaſaſtha. Pagn. Arthahſaſtha. [b. Calviſ. A. M. 3565. & 3546. vocat Artaxerxem Mnemonem. Sed cum Auctore ipſum appellant longimanum Hottingerus Theſ. Philog. p. 514. & D. Dillherrus tom. 1. Diſpp. Philol. pag. 225. [c. Nehem. II. 1. ſeqq. (d. ib. v. 7. 8. 9. &c. [e. ibid. [f. cap. VI. 15. ſeqq. VII. 1. 2. ſeqq. XIII. 6. (g. Calviſ. ad A. M. 3546. tribuit regno illius annos ferè quadraginta. Sed quia Dario Notho ſucceſſit A. M. 3546. ac mortuus fuit A. M. 3589. juxta eundem Calviſium, emergunt anni 43.

296. NEHEMIAS.

NEHEMIAS, (a. filius Helchiæ [b. tertius & Poſtremus eſt, qvi diſperſum per gentiles provincias populum in patriam ſedem reducit, anno Artaxerxis ſecundi vigeſimo, (c. poſt reditum Esdræ decimo quinto. Debetur igitur templi inſtauratio Serubabeli, legum Esdræ, urbis Nehemiæ. Etenim in Judæam veniens, *rudera ſtatim purgat, & urbi condendæ incumbit.* (d. Cum in ipſum conſpirarent vicini, (e. partem ſociorum *in armis excubare*, partem opus juſſit facere: (f. donec urbis muros, intra annos tredecim perfecit, [g. & igne ſacro ſub terrâ invento, (h. *amplisſimam dedicationem inſtituit.* (i. *Sabbathum coli religione* mandavit, [k. fieri cum exteris connubia vetuit, (l. *uſuras, quibus pauperes exhaurirentur*, ſuſtulit, (m. commerciis genti ſuæ indignis interdixit, [n. *ſacerdotum reditus auxit*, agros & oppida antiquis

tiquis colonis assignavit, *hospitia benigna* Prosses lytis *præbuit*. Apopulo *alter urbis conditor*, & pater patriæ dicitur: *celebrandus omnium seculorum memoriâ*. Annum attigit centesimum & trigesimum. (o.

ANNOTATIONES.

(a. נְחֶמְיָה Nechemjah. Νεεμίας. Vulg. Latin. *Nehemias*. (b. *quâ ratione hoc probetur non video. Nam Helchias, ut vocat Auctor, scribitur Ebr.* יְחִלְקִיָּה *vtde supra Hist.* 237. *hic verò scil. Nehemiæ pater, dicitur* חֲכַלְיָה *Nehem. I. 1.* [c. *Nehem. I. 1. II. 1.* (d. *ibid. v.* 17. *& capitibus seqq* [e. *cap. IV. 1. seqq.* [f. *ib. v. 16. 17. 18. 21. &c.* [g. *Calvis. A. M. 3565.* [h. *2. Macc. I. 18. 19. 20. seqq. Hæc etiam Crellius in descriptione Nehemiæ refert, fol. 726. col. 1. sed fabulosa & ἀσύζα]α, illa videri, probant præ cæteris D. Gerh. Isag. D. 1. cap. 7. §. 5. & Walth. in Offic. Bibl. §. 1282.* (i, *Nehem.* XII. 27. *seqq.* (k. *cap. XIII. 15. seqq.* (l. *ibid. v. 23. seqq.* (m. *ib. v. seqq.* [n. *cap. XII. 44. seqq.* (o. *Joseph. lib. XI. antiq. cap. 8. Fuit Nehemias Artaxerxis* pincerna *Nehem. II. 1. Liber Nehemiæ appellatur à plurimis* secundus Esdræ. *Sed ab ipso Nehemia scriptum illum esse, vel hinc elucet, quod toto passim libro* de se ipso *loquatur Nehemias. Putat D. Dilherrus tom. 1. p. 225. Nehemiam in aula Persica unà cum* Themosticle *aliquamdiu versatum fuisse. Severus Sulpitius, Isidorus & Sixtus Senensis in Nehemiâ, censent eum fuisse de tribu Juda. Verum sacerdotem eum fuisse, ideoq; oriundum ex tribu Levi, liquet 2. Macc. II. 21.*

297.

297. ELIASIBUS SACERDOS.

ELIASIBUS (*a.* summus sacerdos, Joachimi filius, (*b.* Josuæ nepos, (*c. cum Tobiâ* homine gentili, *viro pecunioso propinquitatem contraxerat*, eique in vestibulo templi locum assignarat, in quo thesauros suos conderet & asservaret. (*d.* Nehemias *id ægrè ferens*, primùm monuit, ut sedem templi sacram pro suo officio purgaret, ne ex eâ *tabernam* efficeret *nummulariam*; deinde cum monitis nihil impetraret, Tobiæ gazam ejicit, (*e.* & Eliasibum *verbis durissimis increpat*, (*f.* & locum profanatum ipse purgat. Sedit Eliasibus annum unum & viginti, *magis pecuniæ cumulandæ quàm propagandæ religioni deditus.*

ANNOTATIONES.

[*a.* אֶלְיָשִׁיב Eljaschibh. *Gr.* Ελιασιβ. *edit. Hamburg. vel* Ελασιβ. *edit. Rom. Vulgat. Lat. Eliasib.* (*b. Nehem. XII. 10.* (*c. ibid.* (*d. XII. 4 seqq.* [*e. ib. v. 8. 9.* (*f. v.* 11.

298. SEMAIAS.

SEMAIAS (*a.* Delaiæ filius, (*b.* Cosemi (*c.* Arabis proditoris amicus, Sanaballæ & Tobiæ gentilium *muneribus corruptus*, (*d.* Nehemiæ *insidias furtim meditatur*, & ædificationem murorum impedire cupit, adjutus à Noadja Pseudopropheta; sed neque æ-

muli (*f.* versutia, neque impostoris [*g.* vanitas, neque præfectorum (*h.* impiorum insolentia, tantum potuit, ut aut nocerent bono viro, aut eum *ab invicto proposito averterent.*

ANNOTATIONES.

[*a.* שְׁמַעְיָה *Schemajah.* Gr. Σεμεΐ. *Vulg.* Lat. *Semaja ita & Luther.* (*b. Nehem.* VI. 10. [*c. ibid. v.* 1. [*d. ib. v.* 12. 13. [*e. ib. v.* 14. [f. *h. e. Semajæ.* [*g. h. e. Noadjæ.* [*h. h. e. Sanneball. ac Tobiæ.*

299. OCHUS PERSA.

OCHUS Persa, post Artaxerxis, filii Estheris, annum unum & septuagesimum, *sceptrum capit*, suis *majoribus indignus, & infamis avaritiâ* ac tyrannide. Subactâ Ægypto Judæam infestat, (*b.* usus occasione discordia, inter duos sacerdotes fratres, Johannem & Josuam, Jojadæ filios. *Johanni* contra fratrem auxilium *mittit* Vogesem satrapam, (*d*, cujus exercitu barbarico instructus, fratrem *intra templi parietes* interimit. Satrapas templum spoliaturus, à Johanne arcetur: sed is sacerdotem *verbis asperis retundens*, quòd ipse fratris *sanguinem fundere in templo non horruisset*, vi illud diripit, & reditus annuos à Cyro, Dario, Artaxerxe solutos, fisco regio rursus addicit. [*e.* Judæos partim Persis facit ributarios, (*f.* partim in extremam Hircaniæ oram transfert. [*g.* Imperavit Ochus annos

anno viginti sex: (*b. sublatus veneno* à Bagoâ (i. evnucho suo, ut *Sulpitius.*

ANNOTATIONES.

(*a.* VIde *Calvis. A. M. 3600. 3601.* [*b. Confer Joseph. lib.* XI. *antiq. c. 7* [*c. vide Isagog. Histor. D. Böttich. p. m. 518* [*d. Josephus, & ex eo D. Chr. Matth. Theat. Hist. Mont.* II. *p.* 329. *vocat* Bagosen. [*e. vide Joseph. & Matth. loc. citat.* [*f. ibidem & Bottich loc. citat.* (*g. Euseb. in Canon.* (*h. juxta Eusebium, & Bedam de sex ætat. mundi. Sulpitius Severus dicit ipsum regnasse annos* 24. *Tertullianus, 23. Calvisius, 22. A. M. 3611.* (*i. vel* Bagoses. *Aelianus lib. VI. var. hist. refert, Ochum à Bagoâ, qui gente Ægyptius erat, in Apis, Deastri vindictam necatum. Idem tradit Sulpitius Severus lib 2. Hist. Sac. & addit Ælianus, Bagoan cadaver Ochi* felibus *objecisse, & ossa ejus ingladiatorum manubria convertisse.*

300 MANASSES, SACERDOS.

MANASSES sacerdos, Johannis filius, Jojadæ nepos (*a.* lege majorum contemtâ, Darii ultimi imperatoris, satrapæ Saneballæ, filiam, uxorem ducit: [*b.* qui cum flagitii admonitus esset à Nehemiâ, maluit soceri impii auctoritatem & promissa sequi, quàm *salubriter monentis pium admittere consilium.* Quamobrem Nehemias ut ipsum *animo intrepido castigaverat:* ita *judicio constantissimo è sacerdotum ordine ejicit,* (*c. & tanquam hominem contaminatum exterminat,* & è sinagogâ, & è *patria.* Is no-

vum templum in monte Samariæ erigit, ut Jerosolymitanum desereretur, (*d.* ad quem alii sacerdotes ejusmodi connubiis inquinati, se conferebant, quibus domicilium & immunitatem Sanebella concedebat, non amore pietatis, sed odio Nehemiæ.

ANNOTATIONES.

[*a.* *Nehem. XIII. quis ille, quem Nehemias non nominat, fuerit, Josephus lib. XI. antiq. c. 8. refert.* Nimirum hic Manasses. (*b. Nehem. loc. cit.* [*c. ib.* (*d. Joseph. loc. cit. & Bottich. in Isag. Hist. p. m. 66. 67. edit. ann. 1650. D. Christ. Matth. Th. Hist. Monarch. III. p. 20. col. 2. putat, mulierem Samaritanam respexisse ad templum illud Joh. IV. 20. 21.*

301. MALEACHUS, PROPHETA.

MALEACHUS (*a.* prophetarum ferè (*b.* ultimus, primùm sacerdotes reprehendit, (*c.* quòd *sincerè non doceant*, & ea, quæ vituperanda sint, ventris atque voluptatis gratiâ, approbent: postea & populum objurgat, quòd *justa sacerdotibus præmia* aut *planè detrahat*, aut *tenuiter & fraudulenter persolvat.* (*d.* De adventu Eliæ, qui sit præcessurus magnum diem Domini, clarum profert vaticinium: [*e.* quem locum de Johanne Baptistâ Christus interpretatur apud Matthæum. [*f.* Ejus itidem locum obscurum explicat Paulus Apostolus. [*g.* Vetus Testamentum in vaticinio de Johanne desinit in hoc

prophetâ: & novum ab ejusdem ortu incipit» in Lucâ Evangelistâ.

ANNOTATIONES.

(a. מַלְאָכִי *Mal-chi. Gr.* Μαλαχίας. *Vulg. Lat. Maleachias. Luth.* Maleachi. [b. *omninò ultimus. Hinc Tertullianus eum nominat* limitem *inter V. ac N.* T. *Et Ebræi illum vocant* Prophetarum sigillum חוֹתָם הַנְּבִיאִים *Lib. Nizz. p. 200. quia videlicet post Malachiam ordo ac series Prophetauum V. T. abrupta. Consentit Augustinus lib.* XVII. *de C. D. cap.* 24. [c. *Malach. I. 6. seqq. cap. II.* 1. *seqq.* (d. *Malach. I. 8.* 13. *&c. III. 8. seqq.* (e. *cap. IV. 5. 6.* (f. *Confer quæ suprà notavimus ad Histor.* 162. *lit.* [g. *in fin.* [g. *Rom.* IX. 23. *NB. Nonnulli Malachiam cum* Mardochæo *confundunt, ut refert Hotting. Thes. Philol. p. 488.* Rabbini plerique *illum esse* Esdram *contendunt. Vide & Augustin. lib. XX. de C. D. c. 25. Et Jonathan Paraphrastes Chald. Principium hujus Prophetæ sic reddit: Onus verbi Domini super Israël in manu* Malachi, *cujus nomen vocatur* Esra *scriba. Verba Chaldæa vide apud* Rosenbergerum *in Disput. sub titulo:* Daniel Propheta, *thes.* 3. *Vide & Munster. in adnotat. ad* Malach. I. *Et ab hac sententiâ nec Calvinus abhorret, comm. Malach. Sed illam refutat Ar. Mont. p.* 831. *Hieronymus in principio comm. in Malach.* Origeni *tribuit, quasi credidisset,* Malachiam *fuisse* Angelum *de cœlo qui in adsumto corpore prophetaverit. Et LXXII. pro:* in manu Malachiæ *cap. I. habent* ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτ. *Quidam hoc nomen confundunt cum eo, quod habetur Esdr. X. 25. 31.*

& *Nehem. III. 11. VIII. 5. Sed in his locis non scribitur* מַלְאָכִי *verùm* מַלְכִּיָּה, *quæ duo plurimùm differunt. Vide Coccejum in Malach. fol. 580. Epiphanius tradit, natum illum esse in oppido Sopha, in tribu Zabulon, sordidumq; fuisse nomen Angeli ob formam præstantem, & mores inculpatissimos &c.*

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBER OCTAVUS.

Ecclesiæ à regibus Asiaticis vexatæ.

302. ALEXANDER MACEDO.

ALEXANDER Macedo, Philippi filius, Amyntæ nepos, à Daniele designatur *hirci volantis* specie, [*a.* quia *iram & libidinem frenare non potuit, & omnia facilius in bellis, quam moram tulit:* tum etiam *imagine pardi depingitur,* (*b.* quia *violentiâ captus interiit.* Ejus cupiditati orbis terrarum: iracundiæ, hominum infinitorum sangvis, non satis fuit. In amicos sævus, in propinquos crudelis: *in militem profusus.* Ipsum imperii Persici futurum eversorem, & *in flore ætatis atque in cursu victoriarum perituru*m, (*c.* nec hæredes ex se

ex se relicturum, idem propheta multis antè ætatibus prævidit. *Successu* tam *celeri utitur* tamque *felici*, ut usque ad extrema orbis (*d.* penetraverit, & *solo ejus nomine gentes potentissimæ horruerint.* Iter per Syriam faciens urbi sacræ, & templo, & populo pepercit. Alexandriam à se conditam, bonâ exparte judæis, quòd eorum operâ Ægyptos vicerat, dedit habitandam. *Hausto* inter vina *potu Stygio & lethifero*, regna inter duces suos distribuit: [*e.* nam tot ferè reges (*f.* reliquit, quot *consiliarios intimos* habuit: Ptolemæum Ægypti, Seleucum Syriæ, Antigonum Asiæ, Antipatrum Macedoniæ. Imperavit annos tantum duodecim, (*g.* turbo, ut ait Orosius, totius orientis atrocissimus.

ANNOTATINOES.

(*a.* D*An. IIX. 5. 6. 7. 8. 21.* (*b. cap. VII. 6. Pardus est bestia ferocissima, astuta, robusta, velox quæ vino capitur: sic Alexander fuit ferocissimus, astutissimus, valdè robustus ac potens velocissimus & minimè cunctabundus, unde ipsius symb.* μηδὲν ἀναβαλλόμενος, *vino tamenqs. captus & victus. Vide Plutarchum, Curtium, Justinum, Diodorum Siculum &c. Prolixè satis de comparatione Alexandri cum Pardo disserit D. Chr. Matth. Mon. III. p. 3. & 4.* (*c. Dan. IIX. 8.* (*d. h. e. usque in Indiam orientalem,* (*e. 1. Macc. I. 6. 7.* [*f. ibid. v. 10.* [*g. ibid. v. 8. Eusebius sex menses, Diodorus Siculus septem, & Arrianus octo ad annos illos addunt. Strabo lib. XV. & Gellius lib. XVII.*

c. 21. regno ejus XI. saltem annos tribuunt. Justinus lib. XII. annos 14. & Clemens Alexand. lib. 1. Strom. ejus regnum ad ann. 18. extendit. Sed repugnante Chronologiâ. [h. Arrianus addit menses octo. NB. Ex Plutarcho & Justino nonnulli colligunt, Alexandrum M. fuisse spurium ex adulterio Pausaniæ cum Olympiade genitum. Idq; constanter Persæ & Arabes affirmant, velut ex Schikkardo & Vossio monet Hornius in Sulpit. p. 343. Vulgatissima opinio est, Alexandrum totum subegisse Mundum. Sed quam vana hæc sit adsertio, vide in Relig. Medici edit. in 8. p. 306. Anfortis dicendus, disserit idem Auctor p. 161. 192.

303. JADDVS vel JADDVA (*Nehem. IX. 11.*) SACERDOS.

Jaddus summus sacerdos, Johanni patri suo, fratris interfectori: & Manasse fratri suo, (*a. religionis desertori*, longè dissimilis. Alexandrum Jerosolymam animo infesto venientem, *placat humilitate & officiis*: quem cùm sibi obviam videret euntem Alexander, *de equo desiliens, supplex ei honorem habet*, urbemq; & templum non violat, *exercitum victorem sine maleficio per regnum* judaicum *ducit*. Id cùm fieri ab eo Macedones (*b.* mirarentur, respondit se memoriâ somnii cujusdam admonitum fecisse: quo sibi vir quidam tali habitu, qualis sacerdotis istius fuerit, visus per quietem, hortator fuerit, ut iret in Asiam. [*c. Sacerdos Prophetiam Danielis ei exponens, nempe*

regnum

regnum Persicum à Græco homine evertendum, *lætitiâ ipsum ingenti affecit*, (*d.* undè Judæis postulantibus multa concedit liberaliter & templo quædam donaria relinquit.

ANNOTATIONES.

[*a.* Vide *Hist.* 300. [*b.* *inprimis Parmenio.* (*c.* *D. Chr. Matth. Mon. III. pag.* 5. *col.* 1. [*d.* *ita suspicantur nonnulli Vide D. Bottich. Isag. Hist. p. m.* 66. *& Joseph lib. XI. ant. cap.* 8. *nec non Calvis. A. M.* 3618. *Iste Jaddæus vocatur etiam Jaddua, & Iddo ab Ebræis quibusdam. Vide Drusium in Sulpit. Sev. lib.* 2. *Multiputant, ipsum fuisse Simeonem Iscu Justum. Alii de Hananele referunt, quod vulgò de Jaddo isto refertur. Joseph. Gorionides lib.* 1. *cap, vocat Chantab,*

304 ONIAS SACERDOS.

ONIAS Jaddi filius, summus sacerdos, cognomento Priscus, (*a.* à Ptolomæo Lago *variis injuriis agitatur*, cui ob potentiam resistere non potuit. *Amicitiam coluit cum* rege Areo & Spartanis, qui Abrahamum *communem generis autorem habere* se jactitabant: [*b.* quam amicitiam Jonathas, Matthathiæ filius post multos annos renovavit, repetitâ prioris fœderis mentione, (*c.* ut scribit Jason Cyrenæus. [*d.* Sedit in pontificatu annos septem & viginti. (*e.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Vide *Nabb. Chronol. Pantal. Candidi p.* 28. *ad A. M.* 3634. (*b.* 1. *Macc. XII.* 19. *seqq.* (*c.* *ibid. v.* 6. *seqq.*

(*d.* Jason

[d. *Jason iste floruit sub Ptolomæo Philometore, Olymp.* 150. *& post. Hic gesta Maccab. in compendium redigit.* 2. *Macc.* 11. 24. G. *Vossius de Histor. Gr lib.* IV. *c.* 14. [e. *idem sentit Pantal. Candidus loc. cit Crellius in Promt. numerat* XX. *saltem annos, & Helvicus in synops. Hist univers. p.* 35. XXI.

305. SIMON SACERDOS.

SIMON summus sacerdos, Oniæ filius, (a. cognomento justus, (b. templum novis ædificiis ampliat, (c. *urbem valdiorem reddit, cives auctoritate regit, munere sacerdotis fungitur splendidissimè:* quod de ipso testatur Sirachi filius. [d. Hostes habuit Samaritanos, & Philistinos, & quosdam factiosos è suis popularibus: ab Antiocho tamen, rege Syriæ, *in honore habetur*, (e. sedit annis octo & vigniti. (f.

ANNOTATIONES.

Sir. L. 1. [b. *Pantal Cand. in Tabb. Chronol. p.* 30. [c. *Sir. L.* 1. 2. [d. *ibid.* (e. *Macc.* XV. 1. 2. *seqq.* [f. *idem statuit Pant. Candidus loc. cit. Sed Eusebius apud Crellium fol.* 806. *col.* 2. *& Helvicus p.* 35. *annos saltem* IX. *ipsi adsignant.*

306. JOSUA vel SIRACIDES.

JOSUA (a. filius Sirachi, (b Josuæ nepos patriâ Jerosolymitanus, *vir nobilitate, sapientiâ, eruditione præstans.* Regnante Ptolomæo Evergetâ in Ægypto vixit, librumq; ab avo inchoatum,

inchoatum, [c. & ex antiquis hominum piorum commentariis collectum, absolvit & evulgavit: qui liber sanctas & præclaras, de cultu Dei, de bonis moribus, de disciplinâ domesticâ, de omni pietatis officio præceptiones continens, adhuc in manibus studiosorum versatur. (d.

ANNOTATIONES.

[a. Græca editio scribit Ιησῦς. Vide Prolog. Sirac. (b. ita communiter, sed sine fundamentam scribi solet. Græcum est Σειραχ in edit. Rom. & Lond. vel Σιρὰχ in edit. Hamb. non verò Συρὰχ, per υ. [c. vide Prolog. Syrac. (e. est autem liber Apocryphus, de quo vide Hotting. Thes. Philol. p. 523. seqq. Ebraicæ primùm scriptum Siracidæ librum, & deinde in Græcum sermonem à Siracidâ conversum, Walæus putat in Comm. N.T. p. 175. 2.

307. ELEAZAR.

Eleazar Oniæ alter filius, Simonis frater, summus sacerdos, ab Antiocho Entheo Rege Syriæ *multa accipit incommoda:* Sed Ptolomæo Philadelpho *eximiè colitur*, qui supra centena judæorum millia suis redimens impensis, libertate donavit. Rogatus ab eodem, [a. non à rege Herode, ut Justinus Martyr: [b. ut doctos sibi interpretes [c. mitteret, qui libros sacros in linguam Græcam transferrent: regi, tàm præclarè merito gratificatur, eique viros septuaginta duos, è tribubus duodecim selectos

ctos mittit, quos rex cupidissimus *magnifice excipit, & dimittit liberalissime*: quorum nomine adhuc in manibus est librorum veteris testamenti præcipuorum translatio. Eleazar sedit annos viginti. (d.

ANNOTATIONES.

(a. SCil. *Philadelpho. Hæc sententia tutissima est, & receptissima. Videatur Joh. Wowverus in Syntagm. de LXX. Interpr. c. 3.* Robertus Rollocus *de vocatione efficat. cap. 20. ex antiquis verò* Aristeas *in Hist. de Gr. vers.* Josephus *lib. XII. c. 2.* phil. *lib. 2. de Vit. Mos.* Tertullianus *in Apolog. c. 18.* Athanasius *in Synops. &c. Alii quidam ex Iræneo advers. hæres. lib. 3. c. 25. putant fuisse Ptolomæum* Lagidam. *Vide Criticum Sacr. D. Calovii à pag. 693. usque ad pag. 841. & Hotting. Thes. Philol. à pag. 281. usque ad p. 377. inprimis etiam D. Jac. Mart. de Script. Sac. Disp. XIV.* [b. *Apolog. 2. sed refert ille, Herodis saltem tempore, non verò ejus rogatu aut auctoritate, non omnes libros V. T. sed tantum Propheticos, & quidem auctoritate Ptolemæi ultimi conversos in Gr. linguam fuisse.* (c. Quot *fuerint Hottingerus discutit. pag. 289. quæst. 3.* qui *verò & quales fuerint, exponit idem pag. 306. seqq.* (d. *Pant. Candidus pag. 28. Tabb. Chron. Sed Helvicus annos 32. ipsi adsignat. pag. 35. Synops. Hist. univers. & Josephum citat lib. XII cap. 2. Eleazarus verò Pontifex factus A. M. 1662. juxta Calvis. qui cum Helvico sentire videtur. Dicit enim Manassen Eleazaro successisse A. M. 3695.*

308. AN-

308. ANTIOCHUS MAGNUS SYRUS.

ANTIOCHUS Magnus, *Syriæ* rex, post mortem Alexandri Magni, anno uno & centesimo (*a. diadema accipit: pessimus pater prolis sceleratissimæ.* Ejus enim filii fuerunt Seleucus, (*b.* Antiochus, (*c.* & Demetrius: [*d.* quorum temporibus *regni* judaici *status ita commutatus est, ut nunquam postea in aliquam dignitatem durabilem potuerit restitui.* Fuerunt tum impii è judæis homines, qui *DEI æterni sapientiã spernentes, ritus ethnicos sequerentur*, & ad abolendum DEI cultum *regum externorum amicitias & auxilia quærerent: pestes* videlicet *religionis & patriæ*, [*e.* Regnavit Magnus annos triginta septem, ut Appianus: (*f.* qui cùm templa quædam [*g.* spoliare noctu aggrederetur, incolarum concursu, cum militibus suis omnibus, in sacrilegio interimitur, Strabone & justino historico testibus.

ANNOTATIONES.

(*a.* MOrs Alexandri incidit in *A. M.* 3627. & Antiochus M. *juxta Helvicum in Synopsi. Hist. Univ. p.91. fit rex A.M.* 3726. *h. e. post mortem Alex. 99. ann.* [*b.* vide *Hist. seq.* 309. (*c. Hist.* 313. (*d. Hist.* 324 325. &c. Jason. *Hist.* 314. Menelaus. *Hist* 315. &c. Vide & *D. Chr. Matth. Mon. III p.* 87. *col.* 2. *Joseph. lib.* 13. *antiq. c.* 6. & *lib.* 7. *Bell. Jud. c.* 30. [*f.* & *Sulpit. At Euseb. in Chr. numerat annos* 36. (*g. sic*).

[g. *scil. templum Beli, ut Strabo*; *vel Jovis Dodonæi, ut Justinus scribit lib. XXXII.*

309. SELEUCUS PHILOPATOR SYRUS.

SELEucus Syriæ rex Antiochi Magni primus filius, cognomento Philopator, primùm judæis amicus, ad sacrificia & ad templum impensas de suo ærario suppeditavit: (*a.* posteà à Simone [*b.* proditore eò impellitur, ut ad rapiendos templi thesauros, quæstorum suum (*c. cum posestate ablegaret*: quod *facinus* & *quæstori petsime cessit*, quia manu divina pulsatus est: (*d.* & regi ipsi inutile fuit, quia paulò pòst ab Heliodoro quodam purpurato suo (ut Appianus scribit) *oppressus astu*, *vitam cum morte commutavit*, (*e.* anno regni sui duodecimo.

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc. III.* 2. 3. (*b. ib. v.* 4. *seqq. Vide & Hist.* 312. [*c.* τὸν ὅπη τῶν χρημάτων, *ib. v.* 7. *seqq.* (*d. ib. v.* 24. *seqq. & cap. V.* 18. (*e. D. Chr. Matth. Mon. III. p.* 90.

310. HELIODORUS.

HELIODORUS, quæstor Syrius, in urbem sacram *agmine stipatus militari* venit, ut thesauros templi, & pecuniam ibidem depositam auferret: (*d.* sed *à Deo scelerum vindice terretur*, *spectro mirabili.* Visus enim est eques armatus, prioribus in eum pedibus insilire,

re, juxta quem bini satellites robusti, & *veste insigni splendidi*, flagris continentibus eum ad terram straverunt, ut lecticâ è templo efferretur, semianimi similis. (b. Hunc Onias suis precibus & sacrificio servavit, (*c. neque doli aut fraudis suspicio regi suboriretur.* Monitus ab iisdem juvenibus est, qui *illum verbere multârant*, ut gloriam DEI passim prædicaret: [*d.* id Heliodorus votis nuncupatis fecit, & quæ sibi contigerant, regis inimicis est imprecatus. (*e.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc. III. 9. seqq.* (*b. ib. v. 25. seqq.* (*c. ib. v. 31. seqq.* (*d. ib. v.* 33. 34. [*e. ib. v. 35. seqq.*

311. ONIAS SACERDOS.

ONIAS sacerdos, Simonis Justi primus filius, Oniæ nepos, cognomento *Pius*: tantâ gratiâ propter pietatem fuit, ut *apud suos* esset *venerabilis*: tantâ dignitate, propter humanitatem, ut *exteri quoque eum colerent.* (*a.* Regis Seleuci *favorem & patrocinium petit* necessitate, *ut invidiæ & calumniis quasi viam intercluderet*, in eâ *aulâ*, *in quâ sola regnaret pecunia.* (*b.* Heliodoro raptori, spoliaturo templum, resistit: [*c.* Jasonem fratrem suum, *iniqua molientem*, objurgat: Simonem proditorem, & Menelaum furem reprehendit: (*d.* propter eam libertatem *ad necem expetitus*, ad asylum confugit: à quo Simonis & Menelai fratrum instin-

ctu evocatur, & ab Andronico *contra fidem datam, misere interficitur:* (*e. vir suorum temporũ solꝰ incorruptꝰ, solus fidꝰ & templo & patriæ.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. Mac. *III.* 1. 2. 3. [*b. ib. v.* 4. [*c. ib. v.* 16. (*d. cap. IV.* 33. (*e. ib. v.* 34. *seqq.*

312. SIMON PRODITOR.

SIMON Benjamites, [*a.* templi thesaurarius, [*b.* Oniæ, viri optimi, qui *licentiam, quæ vellet, perpetrandi, ei non concederet,* asper & atrox æmulus: *secreta omnia Seleuco enunciat,* & templum opulentissimum, quantum in se erat, spoliandum tradit: [*c.* estque *nec surdo locutus,* neque segnem extimulavit ad rapinam. Misso enim quæstore suo thesauros rex mandat asportandos, & de Simonis studio atque ope suum quæstorem edocet. [*d.* Cùm autem raptor miraculosè esset de cœlo verberatus, [*e.* proditor ille, Oniæ fallaciâ & præstigiis id evenisse calumniabatur, [*f.* virumque sanctum, ut insidiatorem & magnum regi traducebat: *nullo facto notus memorabili, nisi flagitiis & mendacio.* In tumultu publico Jerosolymis oppetiit.

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc.* III. [*b.* προστάτης τοῦ ἱερῆ καθεσταμένος. *ib. v.* 5. 6. (*d. ib. v.* 7. 8. [*e. ib. v.* 24. *seqq.* (*f. cap. IV.* 1. *seqq.*

313.

313. ANTIOCHUS EPIPHANES SYRUS.

ANTIOCHUS Magni secundus filius, dictus Epiphanes, [a [alii nobilem, alii illustrem vertunt] Syriæ rex: *quod nullum unquam prodigium inusitatius, nullum monstrum fœdius fuit*, unde Epimanem illum de moribus multi (b. vocarunt. *Urbe per dolum captâ*, intra triduum octoginta hominum millia perimit, quadraginta ligat, totidem vendit: [c. de templo auri argentiq; talenta mille & octoginta aufert, (d. eoq; statuas am Jovis Olympii erigit. [e. Animadverten Judæos *regionis suæ constantes & liberos defensores*, legis & prophetarum volumina cremat: (f. qui eadem legerent, *vitâ punit*: (g. qui ethnica sacrificia detrectarent, *supplicio afficit*, parcens nulli ætati aut sexui: (h. *nomen Dei evellere è cordibus, cultum ejus tollere ex oculis, conabatur*. In urbe vexandâ Menelao pontifici, Phrygem quendam Philippum hoc est, *pantheræ tigridem adjungit*. (i. Ex Ægypto (k. rediens re malè gestâ, *minatus est, se urbem facturum commune totius gentis sepulchrum*: sed *itinere excussus ab aurigâ*, (l. *morbo fœdissimo affligitur* (m. ita ut vermes è putrefacti corpore ereptarent, (n. & *carnes ossibus defluerent*, tanto fœtore, ut ferre eum nemo servus vellet.

(o. *Simulatam agens pœnitentiam*, multa Judæis incredibilia promittit: [p. sed *tanto cruciatu animi atq; corporis consumitur, ut nihil cogitari aut optari posset ærumnosius.* (q. Extra patriam in agro moritur, & Antiochiam defertur. Regnavit annos duodecim, quem ut effigiem Antichristi, extremam mundi ætatem perdituri, propheta Daniel proponit. [r.

ANNOTATIONES.

(a. R*Ationem appellationis tradit D. Chr. Matth. Mon. III. p.* 90. *col.* 2. (b. *Nam Polybius, & ex eo Athenæus referunt, quòd à Græcis pro* Epiphane *dictus fuerit* Epimanes *h. e. pro glorioso furiosus D. Chr. Matth. p. cit. Vide etiam Corn. à lap. in* 1. Macc. *fol.* 181. 2. *D. Polybius putat à quibusdam dictum Epimanem fuisse, quòd à* Magis *per* Magiam *fuerit intoxicatus, & in delirium vesaniamq; actus. Vide* Montacutium *in præfat. Analectorum.* (c. 2. *Macc. V.* 11. *seqq.* [d. *ib. v.* 16. 21. (e. *cap. VI.* 2. (f. 1. Macc. *I.* 59. [g. *ib. v.* 60. (h. *ib. v.* 63. *seqq. cap. II.* 17. *seqq.* (i. 2. Macc. V. 22. *seqq.* (k. *videtur lapsus memoriæ occurrere hoc loco &* Ægyptum *substitutam pro* Perside, *Confer.* 2. Macc. IX. 1. 4. *ib.* (l. *ib. v.* 7. [m. *ib. v.* 5 6. [n. *ib. v.* 9. [o. *ib. v.* 9. *&* 12. [p. *ib. v.* 16. *seqq.* [q. *v.* 28. [r. *Dan. IIX.* 9. *seqq.*

314. JASON SACERDOS.

JASON, anteà dictus Josua, *Simonis* alter filius, Oniæ frater, *& nomen & religionem mutavit, homo teterrimus:* fratrem Oniam interfectum (a. non dolet, pontificatum ejus ab Antiocho

ocho pecuniâ emit, [*b.* utque regi (*c.* gratum faceret, *lege Dei abrogatâ, ritus Græcos instituit*, (*d.* theatrum sub arce facit, [*e.* ludos per urbem varios exhibet, (*f.* ad specula sacerdotes minis compellit, civium Jerosolymitanorum nomen in Antiochenum mutat. (g. Regis Syriæ præfectum Apollonium, Mnesthei filium, *in urbem faciebus lucentibus, & cantu Pæanico introducit.* (*h.* Cùm legatus ejus, [*i.* Menelaus, precio majore sacerdotium emisset, [*k.* ipse metu ad Ammonitas fugit. (*l.* Morte Antiochi nunciatâ *manum prædonum colligens*, urbem sacram civium studio ingressus, *cædem crudelem factionis adversariæ committit*, (*m.* & Menelaum in arcem fugat. Rursus ejectus, & *omnibus hominibus infensus*, neque in Arabiâ, neque in Ægypto sedem reperit. (*n.* Ex Asiâ exclusus & fugiens, Lacedæmonem se confert, in quâ urbe *egens & contemtus vivit*, (*o.* & *animi duplicis* pœnas duabus orbis partibus expendit: *exul cœli, onus terrarum.*

ANNOTATIONES.

[*a.* 2. *Macc. IV.* 34. (*b. ib. v.* 7. *seqq.* [*c. scil. Antiocho* [*d. ib. v.* 10. 11. [*e. ib. v.* 12. *theatrum hoc Vulg. Lat. Gymnasium vocat, idemq; videtur esse, quod v.* 9. Ephebia *dicitur, Spurcitiem & abominationem hujus prolixè describit Cornel. à lap. in* 1. *Macc. IV. f.* 267. 1. *A. B. C.* (*f. ib.* [*g. v.* 19. (*h. ib. v.* 21. 22. [*i. v.* 23. [*k. v.* 24. *seqq.* (*l. v.* 26. (*m. cap. V.* 5. *seqq.* (*n. ib. v.* 7. 8. *&c.* [*o. ib. v.* 9. 10.

315. # MENELAUS
SACERDOS.

MENELAUS, nomine vero Onias, frater Jasonis, secundum Josephum: Simonis proditoris, secundum Jasonem. (*a. Impietatem fratris* in ritibus Græcorum *imitatur*, *rapacitatem ejus longissimè superat.* Missus ab eodem, ad numerandum Antiocho tributum, *subdolè sacerdotij nomen & honorem in se transfert*, additis ad reditu regis priores, trecentis argenti talentis annuis. (*b.* In urbem rediens, *populum exactionibus & rapinis*, per Sostratum quæstorem *spoliat*, cumque argentum regi promissum, neque hoc modo solvere valeret, [*c. templum depeculari* incipit: vasa aurea partim Andronico regis vicario donat, partim Tyriis vendit mercatoribus (*d.* Fratre suo Simone, & quæstore Sostrato cæsis, ipse per honestos homines de sacrilegio accusatur: [*e.* sed Ptolomæum aulicum *muneribus corrumpit*, [*f.* efficitque, ut de iis qui ipsum accusaverant, Tyri *publicè pœna sumeretur.* (*g.* Quorum virorum tanta fuit dignitas, ut Tyrii eos *honorificè sepelirent.* (*h.* Itaque Menelaus ab Antiocho *suæ sedi & honori restituitur*, sed paulò post ab Antiochi filii præfecto, Berrhœam vocatus, novo supplicii genere, in arenam præcipitatur & insepultus perit. (*i.* Sedit annos duodecim.

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. Scil. Cyrenæum, de quo vide Hist. 304. (b. 2. Mace. IV. 23. seqq. [c. ib. v. 27. [d. ib. v. 32 (e. ib. v. 43. 44. [f. v. 45. 46. (g. v. 47. 48. (h. v. 49. (i. 2. Macc. XIII. 3. 7. Consule Cornel. à lap. in 2. Maccab. fol. 303. 1. C. ubi istud supplicij genus, quo sublatus Menelaus fuit, describitur, & ad Darium Ochum inventorem refertur. Adde Valer. Max. lib. IX. cap. 2.

316. ANDRONICUS.

ANDRONICO, regis Antiochi procuratori, *dulce nihil præter precium erat:* qui *corruptus* Menelai sacerdotis *pecuniâ*, (a. *regis sui commoda post habet, & alienæ tyrannidis executor*, Oniam virum sanctum, præter fas & jusjurandum, suâ manu interficit (b. Igitur propter cædem *ab omni populo unâ voce accusatur*, (c. tantâ vehementiâ ut ipse Antiochus Oniæ mortuo lacrimas funderet, [d. & Andronicum bysso ac ornamentis nudatum, per contumeliam agi circum vicos, in veste vili & lacerâ mandaret, & eodem in loco jugulari, in quo ipse virum integerrimum & omnibus gratum interfecerat. (e.

ANNOTATIONES.

(a. 2. Macc. IV. 32. (c. ibid. v. 34. (c. v. 36. [d. v. 37. (e. v. 39.

317. LYSIMACHUS.

LISIMACHUS, Simonis proditoris, & Menelai sacrilegi frater, (a. utroque nequior; ab hoc reli-

relictus templi procurator, *rapinis urbem*, sacrariumque *exhaurit*, ut fratrem redimeret: qui in aulam regis erat vocatus, ut de non solutione argenti promissi, diceret sententiam. Orto in urbe tumultu, ad defensionem sui tria hominum millia confestim armat. (*b. Plebs omni ferramento militari spoliata*, pulverem, *ligna, cæmenta, & quicquid aliud ira subministrabat, in hostes conjicit*, sociosque ejus non paucos, aut sternit aut vulnerat, reliquos *in fugam vertit*, & tandem ipsum Lysimachum juxta ærarium obtruncat. (*c.*

ANNOTATIONES.

[*a. 2. Macc: IV. 39.* [*b. ib: v. 40.* (*c. ib: v. 42.*

318. MILLE MARTYRES.

METU persecutionis *Antiochenæ*, (*a.* mille viri in speluncam quandam fugerunt: quos milites regii cùm obsiderent, & eis bellum sabbatho facerent, ipsi ob religionem Dei, neque *os speluncæ obstruxerunt*, neque ullum lapidem in hostes mittere sustinuerunt. Itaque non resistentes misserrimè occiduntur, vel (ut Josephus tradit) fumo suffocantur, cùm uxoribus atque liberis. (*b.*

ANNOTATIONES.

(*a. h. e. ab Antiocho institutæ.* [*b. 1. Macc. II. 29.38.*

319. ELEAZAR MARTYR.

ELEAZAR *doctor legis, cancie, sapientiâ, meritis, gra-*

gravitate hostibꝰ etiã suspiciendus, ætate nonagenarius: edere carnes sue illas jussus, noluit: in os sibi ingestas, *expuendo rejecit*. (*c*, Rogatus ut alias carnes appositas sumeret, tanquam illis illegitimis vesceretur: (*b*. mori potiùs, quàm *exemplo offendere juvenes*, aut iis *ad impietatem dux atque auctor esse* voluit. (*c*. *Deum* igitur *omnia inspectantem veritus*, suam *senectutem ornavit fidei confessione, & veritatis constantiâ*: quam in eo, quasi pertinaciam & insaniam, ridentes carnifices, *duris eum plagis ceciderunt*: (*d*. quos ille *cruciatus animo æquo pertulit, legemq; DEI* quam *totâ vitâ & docuerat & coluerat rigidè*, jam in morte, sua sanguine quasi obsignavit, (*e*.

ANNOTATIONES.

[*a*. 2. *Macc*. *IV*. 18. *seqq*. (*b*. *ibid*. *v*. 21. [*c*. *v*. 23. 24. [*d*. *ib*. *v*. 30. 31.

320. MATRES & INFANTES MARTYRES.

Accusatæ sunt mulieres binæ, quòd secundum Dei præscriptum, filios suos circumcidissent: quæ cum in publicum productæ, *sine terrore id faterentur*, infantes occisi, & de matrum uberibus suspensi sunt, fæminæque sanctissimæ *ludibrii causâ*, *per urbem circumductæ*, de muro in fossam præcipitantur. [*b*. Matrum quidem & infantum *nomina* tyrannus abo-

levit, sed *aureis in cœlo literis annotata sunt, & in Dei conspectu vivunt cum lætitia.*

ANNOTATIONES.

[a. 2. *Macc. VI. 10.* (b. *ibid.*

321. FRATRES SEPTEM MARTYRES.

SEPTEM fratres, (*a.* Eleazaris doctoris & Solomonidis (ut existimat Suidas) filii ab Antiocho ad carnes suillas manducandas cogebantur: quas metu legis attingere aut gustare nullo modo voluerunt. *Cæsi flagris & taureis,* (*b.* alacres persistunt: *vexati tormentis, fortes in proposito manent.* (*c.* Quamobrem *acerbioribus* eos rex *pœnis* tentat *aggredi*, ut ipsos, si fieri posset, ad suam sententiam traheret: & *atrocitate supplicior*ũ *reliquos pios deterreret.* Igitur alteri post alterum lingua exscinditur, [*d.* & cute cranium nudatur, nutatur [*e. & membra extrema amputantur,* (*f.* & in sartaginem ferventem immittuntur, (*g.* & (scribunt Victorinus & Theophilus] multis aliis *tormentis subjiciuntur: animo fortiores pœnis, fide ardentiores ignibus.* Itaque *corpora ipsorum carpi, constantia ab iis adimi non potuit:* tortores fatigati, ipsi *expugnati non sunt, ut vel unum verbulum triste aut humile ederent:* matre ipsos identidem stimulante, (*b. ut cruciatus generose ferrent, & impavide morerentur, & vitam in cœlis meliorem expectarent,*

quæ

quæ sublatis tot charissimis filiis, post ipsos eâdem fiduciâ & animositate moritur, [*i.* & *triumphans de Tyranno ac morte, ad sedes beatorum cœlestes* filiis septem comitantibus *transfertur: omnium matronarum summum miraculum*, quæ cœlo tot liberos peperit, & filio Dei singulos & universos unâ luce & pari agone consecravit.

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. Macc. *VII.* 1. *seqq.* [*b.* Taurea *est scutica ex bubulo corio facta. Juvenal. Satyr.* 6. (*c.* 2. Macc. *VII.* 1. [*d. ib. v.* 4. 10. (*e. ib. v.* 7. (*f. v.* 4. [*g. v.* 5. (*h. v.* 20. 21. *seqq.* 28. [*i. v.* 41. *NB. De fratribus istis, Josephus peculiarem libellum conscripsit, cui titulus:* περὶ αὐτοκράτορος λογισμός *Cornel. à lap. provocat ad veterem Josephi editionem, in quâ nomina septem fratrum notatæ fuerint*: Machabæus, *Aber, Machir, Judas, Achas, Areth, Jacob. Matris verò nomen Machabæa, à quâ filii omnes dicti Maehabæi, ut Thomas Aquin. putat, licet Serarius ita dictos putet à fratre primo. Et subjicit Cornelius, verius videri eam dictam fuisse Salomen, sic etiam vocatur in Calendario Græcorum. à Josepho dicitur* Salomona; *à Gorionide & Genebrardo* Anna *de hac matre videri possunt Cyprianus lib. de exhort. ad Martyr. Chrysost. hom.* 4. *de verbis Jesaiæ & c. Ambros. lib. 1. offic. c. 41. Greg. Naz. orat* 22. *Adde Aug. serm.* 109. *de temp. Prudent. in hymno de S. Rom. Gorionides etiam septimi fratris rationem refert.*

322. MATTATHIAS.

Gr. Ματταθίας.

MATTATHIAS Johannis filius, (*a*) cujus majores patriam Jerosolymam, domicilium mo-

Modinam habuerunt : (*b.* in quâ urbe civem quendam ſtatuis ſacrificantem, manu ſuâ transfodit, (*c.* & legatum Regis Apollonium, mandatum impium urgentem, eodem fervore proſternit, & ad libertatem populares ſuos convocat, (*e.* & Antiocho furenti, ex omni nobilitate, ſe primus opponit. Confluentibus ad ipſum Aſſidæis (*f.* viris robuſtis, & aliis multis, rectè adhuc ſentientibus, aras paſſim evertit, [*g.* legem DEI ſervandam docet, infantes circumcidit, (*h.* Græcos homines ſuperſtitionis autores amovet, & *quaſi cornua impiis decutit, & pro DEO ejusq; nomine intrepidè contendit.* Morte propinquâ, filiis ſuis exempla fidei & liberationis recitat, Simonem propter prudentiam, & Judam propter fortitudinem, duces poſt ſe relinquit, & mori pro religione & inſtitutis patriis, rectum eſſe cenſet. (*i.* Vixit integro ſeculo, ſepelitur Modinæ in patriis monumentis, (*k.* *tuba belli contra impios.*

ANNOTATIONES.

[*a*) *1. Macc. II. 1.* (*b. ib. c. ib. v. 25.* (*c. Hiſtoria Ebraica refert, Judæum illum immolâſſe* porcum. *Vide Druſ. ad Sulpit. lib. 2.* (*d. hoc nuſpiam Maccabæorum libri tradunt.* Apollonius verò aliquis occiſus eſt *ab hujus Matthathiæ filio, Judâ 1. Macc. III. 11. 12. Fortaſſe tamen ille* ἀνὴρ βασιλέως, *quem interemit* Matthathias *1. Macc. II. 25. appellatus fuit* Apollonius. *Sic ſentit Cornel. à lap. in 1, Macc, III, fol,*

fol. 192. 2. *B. quo etiam videtur inclinare* §. 12. *cap.* III. 1. *Macc.* (*e. ib. v.* 27. (*f. vide Hist.* 328. [*g.* 1. Macc II. 42. 43. 44. 45. (*h. ib. v.* 46. [*i. ib. à vers.* 49. *ad fin.* [*k. ib. v*, 7.

323. JOHANNES.

JOHANNES [*a.* prim9 filius Matthathiæ cognomento Gaddus, (*b*) propter Bacchidis regii præfecti impressionem, à fratre Jonatha, ad Nabathæos (*c*) in Arabiam mittitur, *ut sarcinas suorum militum tuto in loco deponeret:* quam rem cùm *non satis celatam habuisset*, Jambrii ex urbe Medaba erumpunt, Johannem *vinctum abducunt & cruciatum interimunt*, (*e.* & prædam Judæorum multam dividunt, injusta rapinâ & immanitate non diu fruituri.

ANNOTATIONES.

[*a*] 1. *Macc. II.* 2. (*b. edit. Gr. Hamb. habet* Ιαδδὶς *Rom. verò* Καδδὶς. *omnes autem versiones, quas vidisse contingit*, Gaddis, *præter Jun. & Tremell. ubi est* Gaddesch. 1. *Maccab. II.* 2. [*c. vide Hist.* 345. [*d.* 1. *Macc. IX.* 35. *seqq.* [*e. ib. v.* 36. 38.

324. SIMON.

SIMON Matthathiæ secundus filius, (*a.* cognomine Thassius, (*b.* in Galilæam legatus mittitur, cum tribus militum millibus, hostesq; Ptolemaidem usque insequitur. [*c. Judæ* fratri *adjumento est*, ad victoriam contra Nicanorem. (*d. Pro civium obsessorum salute pugnat feliciter contra Bacchidem.* (*e.* Fratre interter-

interfecto dux factus, in loca deserta metu se confert, & vim Bacchidis trajecto Jordane evadit, (*f.* Altero quoque fratre Jonathâ, per dolum sublato (*g. strenuam suo populo operam novat*, initaq; cum Demetrio pace, (*i* arcem Jerosolymæ capit eamque purgat, jura urbi & templo reddit, (*k.* Johannem filium ducem facit, (*l.* urbes in finibus Judeæ munit, & *optatam multorum annorum pacem reducit.* Spartani & Romani fœdera cum eo sponte renovant. (*m. Invictus armis, simulatione capitur, perit prodiitone.* Nam ad convivium invitatus, specie amicitiæ, ab Hierichuntis præfecto, genero suo, eum uxore, filiis duobus, *inter epularum & poculorum lætitiam, nefariè obtruncatur*, (*n.* cùm nec propinquitati, nec sacerdotio parceret *latro teterrimus, inauditâ homicidiorum grassatione.*

ANNOTATIONES

(*a*) 1. *Macc. II. 3. Josippus, filius Gorion, & Annius Viterbiensis putant, Simonem fuisse primogenitum Mattathiæ. Sed Josephus, Seder Olam & Ebræi Judam fuisse primogenitum adserunt* (*b.* Gr. Δαοσὶ. *ib.* [*c.* 1. *Macc.* V. 16. 17. 21. [*d. cap. IX.* 22. *seqq.* (*e. ib. scil. cap. IX.* (*f. ib. v.* 48. [*g. cap XII.* 48. 50. 52, (*h. cap. XIII.* 1. *seqq.* [*i. eod. cap. v.* 33. 36. *seqq.* (*k. ib. v.* 49. 50. 51. (*l. cap. ZVI.* 2. *seqq.* [*m. cap. XIV.* 16. 20. *seqq.* (*n. cap. ZVI.* 11. 16. *seqq.* Vide & *Sulpit. Sever. Hornii p.* 375. *circa fin.*

325. Ju-

325. JUDAS.

JUDAS Matthathiæ tertius filius, alio nomine Maccabæus: (*a. robore leoni, armis giganti, impetu flammæ graſſanti fuit comparatus: maximus* enim *animo, & celerrimus conſilio, & expedit iſſimus robore extitit Suſceptâ legis divinæ, & populi afflicti defenſione, ſemper ad orandum prius, quàm ad præliandum, accedit.* [*b.* Cum regibus Syriæ, Antiocho & Demetrio, item cum eorum legatis, *prælia facit ſecunda.* Nam Apollonium cædit, (*c.* Seronem vincit, [d. Gorgiam fugat, (*e.* Lyſiæ copias fundit, (*f.* Timotheum ter repellit, (*g.* Nicanori denique reſiſtit: (*h.* Præterea contra Idumæos, Ammonitas, Galaaditas, Galilæos, Arabes, Philiſtinos bella gravia gerit, (*i*] *Urbes* item nobiles, Ephronem, [k] Samariam, (*l*) Hebronem, alias item *plurimas populatur. Hoſtes* ſæpè *multos delet*, ne uno quidem milite ſuo aut amiſſo, aut vulnerato. Templum Jeroſolymitanum purgat, [*m*] ſtatuam inde Jovis ejicit, alias abnominationes tollit: anno ſecundo, menſe ſexto, poſtquàm captum fuerat. Tot *rebus* intra annos paucos *cum laude geſtis*, fœdus cum Macedonibus & Romanis init, (*n*) Vocatus à Nicanore ad colloquium, inſidias ſentit & declinat: [*o.* cum Bacchide prælio congreſſus, *magis fatigatus, quam victus*

victus est, & desertus à suo milite, *stationem* ipse *non deserens, oppetit fortissimè.* (*p.* A Simone & Jonatha fratribus Modinam defertur, ad majorum monumenta: (*q. vir nulli veterum aut gloriâ aut felicitate inferior.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Macc. II.* 4. (*b. cap.* 44. *IV.* 30. 2. *Macc. XIII.* 10. (*c. Macc.* 10. *seqq.* (*d*] *ibid. v.* 13. *seqq.* [*e. cap. IV.* 1. *seqq.* [*f. ibid. v.* 10. 31. 32. *&c.* [*g. cap.* V, 6. 7. 34. 2: Macc: *IIX.* 12. *seqq: XIV.* 15. *seqq:* XV. 1. *seqq:* [*i.* 1. Macc: *V.* 3. *seqq:* [*k*] *ib: v.* 46. 51. 52. [*l*] *ib: v.* 65: 66: (*m*) 1: Macc: *IV*, 36: *seqq:* 2: Macc: X: 1: *seqq:* [*n*) 1: Macc: *IIX*; 1: *seqq:* (*o*] *cap: VII:* 27: 30: 31: (*p*) *cap: IX.* 1, *seqq:* 17: 18: *&c.* (*q*) *ib: v:* 19: *Unde Judas dictus* Maccabæus. *vide apud Glass: Phil: Sacr: lib:* II: *part:* 1: *tract:* 2: *sect:* 3: *p: m:* 433: *edit* Jen: *ann:* 643: *& Cornel: à lap: in* I: Macc: *fol:* 174. 1. *A.* Maccabæorum *historiam C. Barthius olim* X. *libris in numeros redigit, ut testatur ipse comm: in Britonem p.* 562.

326. ELEAZAR.

ELEAZAR cognomento Abaron, Mattathiæ quartus filius, (*a.* pro suâ gente & ipse nullum detrectavit periculum [*b. P*rimùm prælio interfuit contra Nicanorem, (*c.* Patrocli filium, & in eo *ordines honestos duxit:* mox *in prælio* contra Eupatorem, *vitam pro nihilo habuit.* Nam bestiam inter elephantos præclaram videns, non solùm *instrato & ornatu*

regio

regio, verum etiam magnitudine *eminentiorem*, suspicatus eâ regem ipsum vehi, *aditum sibi per cuneos hostiles ferro aperit*, seseque belluæ subjiciens, eam transfodit, & *oppressus mole*, in conspectu duorum exercituum *vitam ponit cum admiratione*. (*d.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. Macc. II. 5. [*b.* cap. III. 42. 44. (*c.* 2. Macc. IIX. 22. *seqq.* [*d.* 1. Macc. VI. 43. *seqq.* *Nec est, quod aliquis objiciat, hunc Eleazarum dici in versione* Lat. *& German. filium* Sauræ, *sed illum Eleazarum fuisse filium* Mattathiæ. *In Græcâ enim editione dicitur* ἐλεάζαρ ὁ Αυαρὰν. *edit. Hamburg. vel* ἐλεάζαρ ὁ Σαυαρὰν, *edit. Rom. qui idem est cum illo Mattathiæ filio, ut patet ex* 1. Macc. II. 5. *Vide & Crell. Promt. Bibl. fol.* 229. *col.* 1. *Pro* Saura *Josephus legit* Auran, *codex Basileensis* Abaran. *Et in Græco non est* τὸ filius. *Vatablus vertit:* Eleazar, qui vocatur Abaran. *Sic & Gorionides, Serarius, Salianus & alij. Quid verò de hoc Eleazari facinore sentiendum sit, vide apud D. Friedlieb. Theol. Exeg. V. Test. fol.* 921. *col.* 1.

327. JONATHAS.

JONATHAS, quintus & ultimus Mattathiæ filius cognomento Apphus, (*a.* post collapsum in suâ gente regnum *vir omnium honoratissimus*, contra Galaaditas [*b.* à Judâ fratre missus octo millia (*c.* hostium vincit, urbes aliquot expugnat, mares in iis omnes interficit. [*d.* Post Judæ obitum dux electus, [*e.* *valdè diminutis Ju-*

dæorum viribus, populi reliquias colligit, & in Jordanem ac lacum Aspharem castra figit. (*f.* Bacchides die sabbatho, in ipsum irruens, mille suorum occisis, *pedem refert, nec procul abfuit, quin* manu Jonathæ *interficeretur.* (*g.* Jambrios, qui Johannem fratrem ejus oppresserant, *stratagemate ulciscitur:* [*h.* Insidiatores à Bacchide immissos quinquaginta occidit. (*i.* Cum rege Syriæ Alexandro init amicitiam, (*k.* Joppen expugnat, [*l.* Azotum capit armis, (*m.* Ascalonem deditione, (*n.* Accaronem munere. Jo. Cultus est ab Alexandro rege, & Demetrio (*p.* item à Spartanis & Romanis. (*q.* A Romanis confirmatur illi dignitas sacerdotalis: à Demetrio byssum & insigna regia accipit, applaudente omni populo. [*r.* Rursus à Demetrio deceptus, & demum à Tryphone circumventus, interficitur, cum duobus filiis: [*s.* quorum ossa Simon Modinam transfert ad sepulchrum patrium, (*t.* ad quod septem tàm excelsas pyramides erexit, [*u.* ut mari Syriaco navigantibus prospectum longè præberent.

ANNOTATIONES.

[*a.* 1. Macc. II. 5. [*b.* cap. V. 17. 20. 24. (*c.* ib. *v.* 34. [*d.* v. 35. 36. [*e.* cap. IX. 28. 29. (*f.* ib. v. 33. (*g.* v. 43. 47. 49. (*h.* ib. v. 35. 38 39. seqq. (*i.* ib. v. 61. (*k.* cap. X. 15. seqq. (*l.* ib. 74. seqq. (*m.* ib. v. 48. Luther. habet, Asdod. *Vide* Crell. *f.* 63. *col.* 3. *Auctor sequitur*

sequitur Græc. editionem. (*n. ib. v. 89.* [*o. ib.* (*p. ib. scli. 1. Macc. X. 3. 15. seqq* (*q. cap. XII. 1. 2. seqq.* (*r. cap. XI. 26. 27.* [*s. cap.* XII. *42. seqq. XIII, 27. 23.* (*t. ib. v. 25* (*u. v. 27. 28.*

328. ASIDÆI.

ASIDÆI [*a.* ex omnibus Israëlitis, viri optimi & fortissimi, Mattathiæ se adjunxerunt contra tyrannum *Antiochum*, [*b.* & cum filio ejus Judâ prœliis multis, pro patriâ gestis salutaritet, interfuerunt. Cum *Alcimo* sacerdote, *de quo mali nihil* propter dignitatem in Ecclesiâ *suspicabantur*, pacem ineunt: qui *violato jurejurando*, ex eorum numero viros sexaginta præcipuos interficit: reliqui quasi flore ex ipsis jam deciduo, *ad laudis inchoatæ maturitatem non pervenerunt.* (*d.*

ANNOTATIONES.

[*a. Græc. editio 1. Macc. II. 42. edit. Hamb.* τῶτο συνήχθησαν πρὸς αὐτὸς συναγωγὴ Ασυδαίων. *&c. sed. edit. Rom. & Lond. habet:* συναγωγὴ Ιδδαίων. *Pagani versio argumento nobis est, illum etiam legisse:* Ασιδαίω Luth. der Frommen / *quâ voce expressit* ἀσιδαίος. *1. Macc. VII. 12. 12. 2. Macc.* XIV. *6. Ergò & ipse legit:* ἀσιδαίων, *non* Ιδδαίων. *Ita legit etiam Junius cum Trem. Vulg.* Lat. *secutus editionem Gr. Rom. habet: Synagoga* Judæorum. *D. Friedl. fol. 920. q. 4.* Asidæi *vel ydem fuerunt cum* Essenis, *vel certè fuerunt familia & secta quædam institutis valdè inter se similes. D. Quistorp. in adnot. bibl. p. 793. eosdem cum*

Phariſæis *confundit. Vide omninò ipſum. De Aſidæis enim tot ferè ſenſus, quot capita interpretum. Vide etiam Scalig. Elench Trihaer Seràrii cap. 22. Druſium de 3. ſect. lib. 1. c* XI. *XII. & quæſt. Ebr. pag.* 38. *Cunæum de Rep. Ebr. pag.* 56. *Fullerum miſcell. Sacr. l.* 1. *cap. 3. &c. Satis etiam prolixè de Aſidæis iſtis agit Cornel. à lap. in* 1. Macc. *f* 187. 188. *Hottingerus Theſ. Philol. p.* 24. *obſervare jubet, hoc nomine tempore* Macabæorum *veniſſe eos, qui nec minis nec promiſſionibus à verâ religione potuerunt* abduci. *Confer Caſaub. Exercit. p. m.* 50. *col.* 1. *Multi ſcribunt* Haſidæi, *cum aſpiratione* [*b. 1.* Macc. *II.* 42 [*c. cap.* VII. 12. *ſeqq. Gr. edit.* (*d. vide quoq;* Lexic. *Philol.* Martin. *in* Haſidæi, *&* D. *Bottich. Iſagog. Hiſt. p.* 75 *primæ edit.*

329. APOLLONIUS.

APollonius Thraſeæ [*a.* filius, dux Samariæ, Antiochi legatus, vir crudeliſſimus in Judæam mittitur cum viginti hominum millibus, (*b.* eâ conditione, ut omnem ſexum maſculum deleret, puellas & matres venderet. (*c.* Simulatâ fraudulenter amicitiâ ſacræ urbis *portas ingreditur & per omnes vicos atque domos cædibus graſſatur.* [*d.* Auditis Judæ facinoribus magnas Samaritanorum & Græcorum *copias ad eum reprimendum contrahit:* cujus impreſſionem Judas non expectans, *cohortibus expeditis in aciem prodit, datoque pugnæ ſigno, hoſtes trepidantes fugat, palantes interimit.* Cæſo in acie Apollonio balthe9 & enſis detrahitur,

hitur quo Judas postea gloriæ causâ, in omnibus præliis usus est. [e.

ANNOTATIONES.

(a. Rectius Thraſæi *Vide Gr. edit. 2. Macc. III. 5. ubi est:* Θραμάξ. [b. 2. Macc. V. 24. [c. ib. (d. v. 25. 26. 1. Macc. III. 10. 11. 12. *Vide &* Josephum lib. XII. c. 11.

330. SERO.

SERO (a. dux inferioris Syriæ, *famæ comparandæ gratiâ*, (b. & ipse exercitum contra Judam educit, *sibiq; stultè ante tubam pollicetur victoriam:* cui Judas *occurrit majore fiducia, quàm viribus:* (c. cujus *miles* cum esset *fame confectus*, (d. *& multitudinem hostium trepidaret, pugnam detrectabat:* quem ipse extimulans, *DEO* ait facillimum, vel exiguis vel magnis copiis vincere, deq; eo uno semper bonum successum expectandum esse. (e. Miles sermone sui ducis, quasi *veterno excusso*, credit, præliatur, triumphat. *Desideratis* Syris *sunt* octingenti: Sero *cum infamiâ fugit, exercitus* ejus per Palæstinam *dispergitur.* (f.

ANNOTATIONES.

[a. Gr. Σήρων. [b. 1. Macc. III. 13. 14. [c. ib. v. 16. (d. v. 18. seqq. (f. v. 23. seqq.

331. LYSIAS.

LYSIAS propinquus regis Antiochi, & filii ejus (ut ait Appianus) educator & tutor, (a.

bella Judaica administravit, initio per legatos Ptolomæum, Nicanorem, & Gorgiam, (*b.* cui hominum millia octo amiserunt, diversis locis & prælis: deinde per seipsum, qui octoginta millia peditum, (*c.* magnum numerum equitum, & camelos (*d.* octoginta in Judæam duxit: de cujus exercitu cæsa sunt peditum millia undecim, equites mille & sexcenti. (*e.* Visus in eo conflictu est eques amictu candidato, & armis aureis Judæ aciem antecedere. [*f.* Tot cladibus sapientior factus Lysias, cum Judæis quâ potest ratione pacem facit. (*g.* Auditâ regis sui morte, filium ejus Antiochum, cognomento Eupatorem, regem creat, [*b.* Menelaum sacerdotem impium, suisque & exteris hominib9 malè fidum, curat necari. (*i.* Tandem cum rege adolescente ipsè proditur, & interficitur à militibus. (k.

ANNOTATIONES.

[*a.* 2. *Macc.* XI. 35. 1. *Macc.* III. 32. 33. *Ex Historiâ Ebraicâ colligere licet, Lysiam fuisse filium fratris Antiochi. Nam auctor illius Historiæ Gorionides appellat eum filium patrui sive patruelem Eupatoris. Erant ergò* Lysias *& Eupator duorum fratrum filii h. e.* ἀ'δελφιδοὶ. [*b. ib. v.* 38. (*c.* 2. Macc. XI. 2. *seqq.* (*d. Elephantos fortasse dicere Auctor voluit.* 2. Macc. XI. 4. (*e. ib. v.* 11. (*f. ib. v.* 11. [*f. ib. v.* 8. (*g. ib. v.* 13. (*h.* 1. *Macc. VI.* 17. (*i.* 2. Macc. XIII. 3. 4. 7. (*k.* 2. *Macc.* XIV. 2.

332. NICANOR, PATROCLI F.

NICANOR, Patrocli filius, [a. Ptolemæi Præfecti Phœniciæ & Cœlesyriæ legatus, [b. *regi Antiocho, cum viginti millibus (c. militum auxilio venit.* Is magnâ temeritate, Judæos mercatoribus externis vendidit, antequam eos ut mancipia teneret. [d. Contra eum agmine quadripartito (e. Judas movens novem hostium millia sternit, (f. captos mutilat, fugientes vulnerat, & omni mercatorum, qui *in castra spe prædæ venerant*, auro potitur. (g. Nicanor *servili habitu* ad mare veniens, scaphâ evadit, & Antiocheæ cum ignominiâ vitam transfigit. Judas spolia hostium partim in suos milites, partim in egenos distribuit, partim gloriæ causa ad amicos mittit.

ANNOTATIONES.

(a. 2. Macc. *IIX.* 9. (b. *ib.* [c. *ib.* (d. *v.* 10. 11. 14. [e. *v.* 21. [f. *v.* 24. [g. *v.* 25.

333. GORGIAS.

GORGIAS Idumæorum dux, [a. Antiochis duobus Epiphani & Eupatori, patri atque filio militavit, longôque tempore copias barbaras ad exscindendam Judæam aluit. A Judâ aliquoties impeditus & duobus justis *prœliis superatus*, (b. *urbium perfugia quæsivit*, & *latrocinia exercuit.* Unum facinus gessit præclarum, contra Josephum

& *Azariam*, urbis sacræ præfectos: quos *in consultò arma sumentes*, in fugam conjicit, & duo millia virorum lectissimorum in fuga opprimit. (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc. XII.* 32. [*b. cap.* X. 14. *seqq.* XII. 36. *seqq. 1. Macc.* IV. *s.* 15. [*c* 1. *Macc.* V. 55. 56. *seqq.*

334. DOSITHEUS.

DOSITHEUS Bacenoris miles, (*a. peritiâ equitandi, & robore corporis famosus*, Gorgiam ducem fortiter pugnantem capit: quem cum vivum perducere ad Judam contenderet, chlamydemque ejus validè teneret: eques quidam Thrax imploratus à Gorgiâ, ei subvenit, qui humerum & Brachium Dositheo amputans ab exitio præsenti ducem suum liberat. [*b.*

ANNOTATIONES.

[*a.* 2. *Macc. XII.* 35. [*b. ibid.*

335. CALLISTHENES.

CALLISTHENES tribunus regius, mercedis gratiâ omnia faciens, sacræ urbis portas suâ manu incenderat: quem ut latere in urbe, post fugatum Nicanorem, Judæ fratres intellexerunt: omni studio mandant inquirendum, *nève elabi posset, loca urbis omnia custodiunt*, & ædiculam, in quâ deprehensus erat, cum ipso succendunt, & *dignam pro maleficio mercedem ei referunt.*

ANNOTATIONES.

Hujus Callisthenis nulla fit mentio in Macc. libris. Ideò nihil adjecimus.

336. Jo-

336. JOSEPHUS.

JOSEPHUS, *virtutis spectatæ juvenis*, addito sibi collegâ Azariâ, urbis præfectus declaratur â Judâ, cum edicto, ne *extra mœnia cum præsidio exirent*, aut ullo *cum hoste confligerent*. (*a. Crebris rumoribus & nunciis de successibus* Judæ *quotidiè perlatis*, Josephus quoq; aliquid facere memorabile voluit. (*b.* Itaque juvenum audaciſſimorum manu adſumtâ, ad urbem *Jamniam occupandam contendit*, & duo ſociorum millia amittit, qvos interfecit Gorgias. (*c.* Paulò poſt judæ fratribus contra Nicanorem, *magis auſpicatam novat operam*: iterumque dux electus cum Zachæo, (*e.* Idumæos impugnat, *& prius acceptam* à Gorgiâ *cladem novâ gloriâ compenſat*.

ANNOTATIONES.

[*a. 1. Macc. V. 18. 19.* (*b. ibid. v. 55. 56. 57.* (*c. v. 58. 59 60.* (*d. 2. Macc. IIX. 22. ſeqq.* (*e. cap. X. 19. ſeqq.*

337. SACERDOTES MILITES.

JUDÆ pugnanti, quacunq; impreſſionem faceret, hoſtes cedere, divino quodam terrore cogebantur: cùm ille intereà paucos, aut rarò unum ſuorum militum deſideraret inſigni miraculo. Hoc animadvertentes nonnulli ſacerdotes, *appetentes laudis, ſed non obſervantes ſui muneris*, etiam agere præclarè ſtuduerunt: quo-

rum tamen manus, non ad arma, sed ad sacrificia ungi Deus præceperat. Quamobrem *avidè sese prælio committentes, graves stultitiæ pœnas luunt*, aliosque suis exemplis docent, DEUM solere non per omnes homines dare salutem & felicitatem vel Reipublicæ vel Ecclesiæ: sed per eos, quorum & muneri convenit, aut quos ipse peculiariter evocavit.

Videtur Auctor respicere ad 1. Mavet V. 55. 56. 61. 62.

338. DOSITHEUS & SOSIPATER.

Dositheus & Sosipater, legati Judæ, (*a.* cùm à Caspinis (quorum urbs munitissima à gentibus promiscuis habitabatur, *conviciis prosciderentur* : muros hostiles impetu adeunt, claustra refringunt, & tantam cædem edunt, ut lacus vicinus, duo stadia latus, sanguine decolor fieret. (*b.* Compotes facti voti sui, præsidium quoddam Timothei Gennæi expugnant, & *amplius decem virorum millia* obtruncant : [*c.* captum Timotheum magna imprudentia incolumem dimittunt. [*d.*

ANNOTATIONES.

[*a.* 1. Macc. XII. 13. 19. (*b. ibid.* 16. *NB. Videtur hic memoriæ lapsus subesse. Quare enim vers.* 13. 14. 16. *enarrantur, ad Judæ exercitum* in genere *spectant, neque ibi ulla fit mentio horum duorum.* (*c.* 2. Macc. XII. 18. 19. [*d. ib. v.* 24. 25.

339. Ti-

339. TIMOTHEUS. GENNÆUS.

TIMOTHEUS Gennæus, facto cum Lysia fœdere, per fratrem suum APOLLONIUM *latrocinia*, & pater NICANOREM Cypri præfectum *piraticam exercuit*: postea peditum centum & viginti millia, equitum duo millia & quingentos contraxit: [*a.* sed cognito Judæ adventu, tantus *terror ejus copiis injicitur*, ut *mutuis concíderent vulneribus*: (*b.* è quorum numero triginta quoque millia Judas occidit: (*c.* & eadem celeritate in præsidiis alia viginti quinque millia delevit. (*d.* Captus à Dositheo & Sosipatro, *pactionibus insidiosis eos eludit, vivensq; & fallens elabitur. e.*

ANNOTATIONES.

[*a. 2. Macc. XIII. 20.* (*b. ibid. v. 22.* [*c. v. 23.* [*d. ib. 26.* (*e. ib. v. 24. 25.*

340. ANTIOCHUS EUPATOR SYRUS

ANTIOCHUS Eupator, Epiphanis filius, regno à Lysiâ & Philippo tutoribus accepto, (*a. bellum Judæis infert*, tantis viribus, quantis antehac Græcorum nemo facerat. Nam præter multitudinem peditum equitumque, currus falcatos, & elephantos adduxit. (*b.* Judas primâ velitatione viros sexcentos sternit [*c. salvo omni milite.* Lysias *terrore perculsus*, cùm ANTIOCHUS comeatu careret & clade non magna admonitus,

cum

Judæorum felicitatem non nesciret: regi consulit, ut *de pace conditiones ferantur*: *d.* eas Judæi cupidè accipiunt, & regem intra mœnia intromittunt, [*e.* qui *violato sacramento*, ne rebellio timenda esset, *mœnia arcis diruit* (*f.* Paulo pòst *bellum de integro reparans*, à Judâ iterum superatur, & *ad pacem renovandam compellitur* [*g.* Philippum tutorem domi rebellem, captâ Antiocheâ expugnat: [h. sed mox capitur à militibus, & interficitur ab agnato Demetrio, [*i.* anno regni sui secundo.

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. Macc. *VI.* 17. (*b. ib. v.* 28. 30. 41. (*c. ib. v.* 24. [*d. ib. v.* 55. 58. 59. [*e. ib. v.* 61. [*f v.* 62. [*g. i.* Macc *IIX.* 31. *usq; ad* §. 50. 2. Mac. *XI.* 13. *seqq.* (*h.* 1. Macc. *VI.* 63. (*i.* 2. Macc. *XVI.* 2.

341. PHILIPPUS.

Philippus è Phrygiâ oriundus, cum rege Epiphane educatus est, factusque urbis sacræ præfectus, (*a. sævitiâ utitur belluinâ, ipso tyranno immanior.* (*b.* Sacerdotes interficit, matres excruciat, infantes jugulat, viros pios sabbathum in speluncâ agentes *flammis ustulat.* (*c.* Cum rege suo profectus in Persiam est: cui rex, in viâ ægrotans, filium commendat, *eiq; diadema, trabeam, & annulum committit:* [*d.* regis filio factus rebellis vincitur, [*e.* & in Ægyptum fugit, & *vitâ demum spoliatur: ferens dignum crudelitatis & perjurii præmium.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

[a 2. Macc. V. 22. [b. ib. (c. cap. VI. 10. 11. [d. 1. Macc. VI. 14. 15. (e. ib. v. 63.

342. PTOLEMÆUS MACRON, ÆGYPTIUS.

PTOLEMÆUS Macron, Ægypti rex, *amicissimo in Judæos animo, commodis ipsorum studuit*, si qua ratione *turbatam, & exhaustam provinciam* posset *in statum quietiorem restituere.* (a. Accusatur proditionis & perfidiæ primùm quòd Cyprum deseruisset, creditam sibi à Philometore: deinde quòd ab Antiocho, *cujus hospitio & beneficiis erat usus*, etiam defecisset: [b. ejus *contumeliæ insolens, venenum præ mœrore haurit*, (c. & curæ pro Judæis susceptæ satisfacere non potuit.

ANNOTATIONES.

(a. 2. Macc. XI. (b. *sequitur Auctor Lat. Vulg. Nam. ex* Gr. *edit. nec non ex Pagnini Tremellii & Lutheri versionibus id non probabitur.* (c. *ibid. NB. Non adeò liquet, utrum fuerit* Rex *Ægypti.*

343. PTOLEMÆUS. PHOENICIÆ PRÆFECTUS.

PTOLEMÆUS præfectus Phoeniciæ, (a. *parasitus regius, omnibus studiis id egit, ut* ad gentilitatem Judæos traduceret, & eos Græcorum ritus edoceret, adjuvante ipsum sophistâ quodam, sene Antiocheno. [b. In templi sacrario

rio ſtatuam Jovis ponit, intra parietes *ſternia pulvinaria*, in porticibus templi, ſacra Veneris, in urbe *Bacchi Orgia celebrat.* (*c.* Decretum prætereà ab Antiocho impetrat, ut nemo ſe Judæum profiteretur, aut legis ſtudioſum oſtenderet. (*d.* Nam qui ſecus facerent, *eos omni tormentorum genere de vitâ ſuſtulit.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2 *Macc.* IIX 8. (*b cap.* VI. 1. 2. [*c. ib.* v 4. *ſeq.* [*d.* v. 8 *ſeq.*

344. SCYTHOPOLITANI.

SCYTHOPOLITANI, (*a.* qui patrio nomine Bethſurani, coloni eorum, qui Dianam Scythicam fugerant: *temporibus periculoſiſſimis nulli calamitoſo aut exuli negarunt hoſpitium*, multo favore & liberalitate Judæos proſequuti: in quorum urbem judas veniens, gratias civibus agit, & in poſterum ut fidi manerent nomini Judaico, cum prædicatione meritorum, quæ & aliis & ſibi ſignificaverant, *humaniter adhortatur. Situs loci index ingeniorum* fuit; nam campeſtris & *maritima regio, erat cultoribus iniqua, & cœli inclementiâ, & frigorum aſperitate, & culturæ difficultate.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc.* XII 3. Scythopolitæ *vocantur. Et ex illo loco tota hæc hiſtoria deſumpta eſt.*

345. NABATHÆI.

NABATHÆI Arabum vicini, amici populi Dei homines, auditâ conſpiratione gen-

gentium contra Judæos, fratres Judam & Jonatham adeunt, eisque *versuta hostium cogitata exponunt.* (*a.* Post Judam interfectum cùm à Bacchide *omnibus ex partibus* gens Judæa *premeretur*, hortatu Jonathæ ad Nabathæos Johannes frater ejus se conferre, & ibi *quicquid haberent pretiosum*, statuit *deponere*: sed *interceptus in vitâ* vir optimus, *in hostium potestatem venit*, (*b.* & sociorum fortunas omnes amittit: quâ clade æquè dolore afficiuntur Nabathæi, ac si ipsi æquali fuissent in periculo.

ANNOTATIONES.

[*a. 1. Macc. V. 24. 25. seqq.* (*b. cap. IX. 35. 36. seq.*

346. DEMETRIUS. SOTER, SYRUS.

DEMETRIUS Seleuci filius, [*a.* obses Romæ aufugit, *conductoq; milite* Tyrio, *regnum patris repetit*, Antiochum regem suum patruelem, non (ut Appianus) consobrinum per milites interficit: [*b.* factus judæis inimicus, (*c.* Alcimum proditorem in urbem mittit, (*d.* & per Nicanorem ad Baccidem, *præter omnem modum sævit.* (*e.* Nicanore interemto, Bacchidem *summæ rei præficit*: (*f.* cujus ductu judæa ferè tota subigitur, & judas dux præstantissimus *supplantatur & perit.* [*g.* Ab Alexandro regnum Syriæ sibi vendicante impugnatus, societatem cum jonathâ inire voluit, eumq;

eumque promissis & largitionibus penè infinitis sollicitavit : (*b.* sed Judæi memores ejus sævitiæ & infidelitatis, cum hoste ipsius Alexandro se conjungunt, [*i.* qui Demetrium victum & regno & vitâ spoliavit. (k. Nam in palude uliginosâ & profundâ cum equo hæsitantem, milites telis & missilibus obruunt. Regnavit annos undecim.

ANNOTATIONES.

[*a.* 1. *Macc. VII. 1. Et Appianus in Syriacis ait, hunc Demetrium fuisse* Σελεύκου μὲν υἱὸν, Ἀντιόχου δὲ τοῦ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδοῦν, υἱωνὸν, δὲ μεγάλου Ἀντιόχου. *Justinus lib. XXXIV. videtur statuere, Demetrium istum fuisse filium Antiochi* Magni. *Nam Antiochum Epiphanem appellat fratrem Demetrii, cùm fuerit fratris filius. Seleucus enim & Antiochus Epiphanes germani fratres erant. Horum filii Eupator & Demetrius* [*b. ib. v. 2. 3. 4.* (*c. ib. v. 5. & seqq.* (*d. ib. v. 9.* [*e. v. 10. 26.* (*f. cap. IX. 1. 2. Macc. XV. 28. 30.* [*g. Macc. IX. 18.* (*h. cap. X. 2. seqq.* [*i. ib. v. 15. 22.* [k. *ib. v. 49. 40. Quare* SOTER *dictus fuerit exponit Drusius ad lib. 2. Sulpit. Vide & Joseph. lib. XII. c. 17.*

BACCHIDES.

347. BACCHIDES regis Demetrii legatus, (*a. artium bellicarum callentissimus* : Jerosolymam veniens, Judæos quosdam in puteum præcipitat, (*b.* & Judæ amicos *inquisitos, supplicius exqui-*

quisitis necat. (*c.* Cum Jonathâ pugnans, *parum abfuit, quin interficeretur.* (*d.* Urbes præcipuas munit, (*e.* & *mætu defectionis, obsides à nobilitate postulat.* (*f.* Alcimo sacerdote defuncto, quo hortatore utebatur, in Syriam redit, [*g.* rursusque ab apostatis Judæis evocatur, qui perdendi Jonathæ spem ipsi fecerant: [*b.* quem cum neque capere securum, (*i.* neque expugnare armatum posset, (*k.* ductores ejus consilii jugulat: [*l.* fœdus cum Jonathâ facit, captivos restituit, neque se in Judæam reversurum, *jurejurando pollicetur.* (*m.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Macc. VII.* 8. [*b. v.* 19. (*c. cap. IX. 25. 26. seqq.* (*d. ib. v.* 47. (*e. cap.* X. 12. [*f. cap. IX. 50, 53.* (*g. ib. 55. 57.* [*h. v. 58. 59.* (*i. v. 60. 61.* [*k. v. 68.* [*l. v. 69.* (*m. v. 70. seqq*

348. ALCIMUS SACERDOS.

ALCIMUS, dictus antea Joachimus, [juxta Joseph lib. XII. cap. 15, *nefarius apostata & proditor,* sacerdotium emit, [*a.* & populum suum perdit, *quovis improbo deterior, quovis furioso amentior.* Judam & fratres ejus primus accusat. [*b.* Assidæos eorum socios *specie jurisjurandi circumvenit & perdit.* (*c.* Nicanorem blasphemum in patriam adducit: (*d.* Bachidem crudelem *omnibus opibus juvat:* (*e. manus suas rapinâ, furtis, cæde* non minùs quàm præ-

fecti regii, *polluit*: (*f. murum* atrii templi interioris, prophetarum opus, *demolitur.* (*g. Percussus manu DEI morbo ferali mutus jacuit, & cruciatus inaredibiles sensit.* (*b. Animam exhalat perfidam & fœdam*, anno sacerdotii sui quarto: [*i.* urbs sine sacerdote fuit annos septem, ut Hegesippus.

ANNOTATIONES.

[*a.* 1. *Macc. VII.* 5. 9. 2. *Macc. XIV.* 3. 4. [*b.* 1. *Macc.* VII. *v.* 5. 6. 2. *Macc. XIV.* 5. *seqq.* [*c. ib. v.* 12. *seqq.* [*d. ib. v.* 25. 26. 27. 29. [*e. ib. v.* 19. *seqq.* (*f. v.* 12. 22. 23. [*g.* 1. *Macc.* IX. 54. (*h. ib. v.* 55. 56. (*i. tribus integris enim præfuit, Helvicus pag.* 36. *NB. De Alcimo isto plura vide apud Hornium ad Sulp. Sever. p.* 367. *& Walæum in N. T. p.* 1054.

349. NICANOR LEGATUS DEMETRII.

NICANOR Demetrii in Romanâ custodiâ socius, & mox in bello legatus, (*a.* ad gentem Judæorum extirpandam cum aliis conjurat: initiô *non armis agens*, ut alii fecerant: *sed insidiis* quibus etiam Judam pœnè fefellisset. (*b. Cùm ejus versutia celari diutiùs non posset, violentiâ agere incipit:* (*c.* amissis in conflictu viris quingentis, (*d. rabie incenditur.* Admissus in urbem aut Judam tradi postulat, aut *excidium templo minatur.* (*e.* Sacerdotes quidam & senatores impii pro salute regis victimas offerentes, ab eo irridentur. [*f.* Prælio cum Judâ commisso

so quinque millia [g. de ejus exercitu cadunt, ipse inter cadavera exanimis invenitur: cui & lingva præsecta est, & caput, humeri, brachium, & dextera amputata, & publicè suspensa sunt. (h. *Dies festus ob facti memoriam instituitur*, tertius decimus mensis *Martii*. [i.

ANNOTATIONES.

(a. 1. *Macc. VII. 26.* [b. *ib. v. 27. seqq.* (c. *ib. v. 31. seqq.* (d. *Videtur lapsus memoriæ. Nam ibidem v. 32. Nicanor dicitur amisisse viros* πενταχιλίους *sive* 5000. (e. *ib. v. 33. 35.* (f. *v. 33. 34.* (g. *immò totus ejus exercitus cadit. v. 46.* [h. *ib. v. 47. & 2. Macc. XV. 28. 30. Sed de lingnâ præsectâ nihil in locis illis habetur. Invenitur tamen* 2. *Maccab.* XV. 33. (i. 1. *Macc. VII. 49.* Vide *quoq; Joseph. lib. XII. c. 19. Gorionidem in Hist. Ebr. lib.* IV. *c.* 24. *Quod auctor ait:* ipse inter cadavera exanimis invenitur: *id Gorionides paulo aliter narrat lib. III. cap. 21. Vidit inquiens, Judas in ipsâ pugnâ Nicanorem habentem in manu suâ gladium evaginatum; clamansque ait: contra te, O Nicanor. Et quum curreret contra illum infervoris sui virtute, avertit Nicanor humerum suum, & fugit à facie Judæ, & Judas apprehendit eum percussitq; gladio suo, & dissecuit in duas partes dejiciens ipsum in terram.*

350. ALEXANDER SYRVS.

ALEXANDER *sortis extremæ homo*, regnum Syriæ tanquam paternum repetit, & totius ferè Orientis viribus bellum Demetrio facit, [a. eumq; Jonathæ auxilio superat: (b. Jonatha sacerdote

creato, ei trabeam & coronam auream mittit. (*e.* Alexander ductâ Cleopetrâ, regis Ægyptii filiâ, Jonatham ad nuptias invitat, [*d.* quem *contrà accusatores, atque invidos plurimos, regiâ auctoritate defendit.* (*e.* Post tantam felicitatem, *otio & libidini deditus*, primùm à socero (*f.* tùm ab Antiochenis deseritur. Nam *ad Demetrium hostem ejus*, Ptolomæus filiam, [*g.* & *Antiocheni signa militaria transtulerunt*: cùm videlicet supplicium solveret Demetrio, quem occiderat: & Antiocho, cujus mentitus originem fuerat. Repudiatus à socero, proditus à civibus, interfectus ab hospite, (*h. ludibrio habitus post mortem pœnas magnorum facinorum meritas luit*, anno regni quinto.

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Macc. X. seqq.* (*b. ib. v.* 50. (*c. v.* 20. 21. 88. 89. (*d. ib. v.* 57. *seqq.* 59. (*e. v.* 61. *seqq.* (*f. cap.* XI. 1. *seqq.* [*g. ibid. v.* 9. 12. [*h. ib. v.* 16. 17. *De Alexandro isto memorabilia plura Hornius habet in comm. Sulp. p.* 369.

351. PTOLEMÆUS PHILOMETOR, ÆGYPTIUS.

Ptolomæus Philometor, Ægyptii rex, Alexandri socer, [*a.* consilia init, quibus generum *exueret regno & potentiâ.* (*b.* Igitur *filiam* ab eo abductam, *Demetrio despondet.* (*c.* & Antiochéam (*d.* veniens regem Ægypti atque *Asiæ* se nominat. [*e.* Rumore tali percepto Alexander è Ce-

è Cilicia properat, (*f.* victusque prælio & in *A*rabiam fugiens, à Zabdiele hospite, *de vitâ tollitur.* [*g.* Post obitum generi, [*h.* paulò post Ptolomæus quoque interficitur, ejusque præsidia ex urbibus, quas ceperat, ejiciuntur. (*i.* Hujus temporib9 Onias sacerdos templum in Ægypto, simile Jerosolymitano, condidit, (*k. per eram ad suũ institutum contorto prophetæ* Isaiæ *vaticinio.* (*l.*

ANNOTATIONES.

(*a.* VIde *Hist. præcedent. lit. d.* (*b. 1. Macc.* XI. 1. *seqq.* [*c. ib v. 12.* [*d.* Αντιόχειαν, *ut* Gr. *editio habet,* [*e. ib. v. 13.* (*f. v. 15.* [*g. ib. &* §. *16. 17. Josephus vocat* Zabulum, *Arabum Dynastam alij* Ζαβδηλον. (*h. scil. Alexandri* (*i. ib. v. 18.* [k. *Joseph. lib. XII. cap. 15. Heliopoli exstructum putatur hoc templum, dictum ab eo* Onion. *Cornel. à lap. in* 1. *Macc.* II. *fol.* 186. *I. A. & in* 2. *Macc.* III. *f.* 26. 1. *A.* [*i. Jesa.* 1. *D.* Böttich. *pag. m.* 67. *Dictus hic Ptolomæus fuit* Philometor, *quia matrem suam uxorem duxit, ait D. Chr. Matth. Mon.* III. *p.* 71. *col.* 1. *Casaubonus in exercitat. p. m.* 251. 1. *Ptolomæus Philometer dictus est non ex verâ causâ, sed ridiculi gratiâ, &* Φιλευασιῶ *per subsannationem. Non est dubium, quin gravissimum aliquod peccatum, vel ex amore, vel ex odio, in matre suâ admiserit. Sic Casaubonus.*

352. DEMETRIUS NICATOR SYRUS.

DEmetrius Nicator, Demetrii Soteris filius, Syriæ rex auxilio Lasthenis (*a.* Cretensis, Alexandrum *opibus alienis nimium superbien-*

tem regno ejecit, *urbes* à Ptolemæo occupatas ad *officium reducit*. [*b.* Jonathan ducem Judæorum, *omnibus quibus potest*, *adjumentis ornat*, & eum *inter amicos intimos numerat*, & *præsidia* quædam *ex urbibus*, præsertim Jerosolymitanâ *educit*, & adversariis ejus *aures non præbet*. (*c.* Conspirantibus Antiochenis, ut regem opprimerent, [*d.* unius Jonathæ beneficio, qui tantùm tria millia Judæorum secum adduxerat, conservatur. Interficiuntur enim à Judæis centum & viginti civium millia, (*e. Antiochia incenditur & spoliatur.* (*f.* Rex *maximorum beneficiorum immemor*, ictum cum Jonatha *fœdus turpiter violat*, (*g. & magnis* Judæos *afficit incommodis.* A Phrahate Partho captus, à Tryphone Apamiense *dignitate exutus*, ab uxore Cleopatrâ *veneno extinctus* est, anno regni sui tertio. [*h.*

ANNOTATIONES.

(*a. Hujus fit mentio* 1. Macc. XI. 31.32. [*b. Vide loc. cit. v.* 19. [*c. ib. v.* 24.37. 41. *seqq.* [*d. ib. v.* 39. 40. 43. 45. [*e. v.* 44. 47. 28. *Sed iterum lapsus memoriæ videtur notandus. Nam v.* 48. *tantum* centum millia *dicuntur cæsa; non centum & viginti millia.* (*f. ib.* (*g. ib. v.* 52. 53. (*h. v.* 54. *seqq.*

353. APOLLONIUS DEMETRII LEGATUS.

Apollonius Cœlosyriæ [*a.* præfectus, Demetrium restituere cupiens, Jonathan Ale-

Alexandri socium, *superbe provocat:* (*b.* *cujus importunite exacerbatus* Jonathas Joppen expugnat: (*c.* quam ipse rursus obsidens, (*d.* non modò *nihil laude dignum gerit*, verum etiam urbes plures amittit. (*e.* intercludens Jonatham, à Simone fratre ejus *in fugam compellitur:* equites Apollonii Azotum venientes, Dagonis delubrum intrant: sed urbs atque templum à Judæis incenduntur. Occisi & cremati sunt octo virorum millia, [*f.* cadavera & ossa eorum, juxta viam publicam in unum acervum conjecta.

ANNOTATIONES.

(*a.* *Quæ etiam vocatur* Cava & inferior *Syria.* 1. *Macc.* X. 69. (*b.* *ib.* *& versib seqq.* (*c.* *v.* 74. 75. 76. [*d.* *v.* 77. (*e.* *v.* 78. *seqq.* (*k.* *v.* 85. *& præcedentibus.*

354. ANTIOCHUS ENTHEUS SYRUS.

Antiochus Entheus, quasi divinus, Alexandri [*a.* filius, Syriæ rex, educatus in aulâ regis Arabis, (*b.* *ad recuperandam sedem paternam,* à Tryphone *animatur.* (*c.* Captâ Antiocheâ, & elephantis regiis, [*d.* beneficio Tryphonis *in sedem patriam evehitur,* missisque muneribus ad Jonatham, *amicitiam cum ambobus init, datisq; honoribus amplis, eos sibi societate devincit.* [*e.* *A* Tryphone tutore & legato suo *per scelus interficitur,*

anno regni quarto, (*f.* ætatis decimo, corruptis, [ut inquit Florus) medicis, qui adolescentem *calculi dolore consumi*, ad populum mentiti, dum secant illum, occiderunt.

ANNOTATIONES,

(*a.* Scil. Balæ *D. Chr. Matth. Mon.* III. *p.* 100. (*b.* *idem ibidem.* (*c.* 1. Macc. *XI.* 54. (*d. ib. v. 56.* (*e.* §. *57. 58. 59.* (*f. D. Chr.* Matth. *loc. cit. ait, factum id esse anno regni* secundo. *Cum Auctore sentit Josephus lib.* XIII. *c.* 12. *nec procul ab illâ sententiâ Calvisius recedit, qui hunc Antiochum cognomento* Sedeten *vocat in Indice. Ita eum etiam Crellius appellat f. 8. 9. col.* 3. *De morte Antiochi vide etiam* 1. Macc. XIII. 31.

355. TRYPHO SYRUS.

TRYPHO Apamiensis, vel Apamenus genere, natus Casiano castello, (*a.* ut Strabo, alio nomine Diodotus, aulicus Alexandri & regum priorum servus, ut Appianus. Hic populi animis à Demetrio alienatis, ut tutor Antiochi filii ejo constitueretur, laborat, seq; ad regem Arabem conferens, adolescentem alumnum abducit. Pupillo suo malè cogitans, & Jonatham tamen valdè metuens, *quod apertè non audebat, id moliebatur insidiis.* (*b.* Jonatham ipsum *illectum fraude capit,* (*c.* & filios ejus duos obsides accipit: (*d.* sed homo perfidissimus & patrem, & filios *de vitâ tollit,* (*e.* & jam *metu vacuus,* pupillum quoque interficit, [*f.* sibique regni diadema imponit: (*g.*

semper

semper similis sui, blanda loquens, scelerata perpetrans: nulli fidus, nisi suæ utilitatis gratiâ. Mutatâ fortunâ dum in patriam fugeret, in itinere (*h*, opprimitur, anno regni sui tertio:

ANNOTATIONES

[*a*. *D. Christian. Matth. Monarch. III. p. 100. col. 2.* (*b*. 1. *Macc.* XII. *v.* 39. *seqq.* (*c*. *ib. v.* 44. *seqq.* (*d*. 1. *Macc. XIII.* 15. 19. [*e*. *ib. §.* 23. [*f*. *v.* 31. *Vide histor. præced. lit. f.* [*g*. 1. *Macc. XIII.* 32. (*h*. *cap.* XV. 37. 39. *& Joseph. lib. XIII. cap.* 12. *Tryphonem istum Diodotum quoque dictum fuisse, præter Appianum, quem Auctor laudat, respiciens librum XVI. Strabo lib. XIV. & Livius epit. LV. testantur. Apud Orosium lib. V. c. 2. vocatur Diodorus, sed perperam substituto R. pro* T.

356. ANTIOCHUS PIUS SYRUS.

ANTIOCHUS Demetrii Nicatoris filius, à Syris *Sedetes*, à Græcis *Soter*, à Judæis *Pius* cognominatus, *regnum patris recuperat*, quod Alexander, Antiochus, Trypho injustè & fraudulenter tenuerant: cum Judæis fœdus iniit, eosque cæteris regibus humaniùs tractavit. (*a*. Tryphonem in urbe Dora, centum & viginti millibus peditum, octo equitum obsedit: (*b*. qui cùm per maris portam scaphâ effugiens, Orthosiadem se contulisset: (*c*. Simon Antiocho *selecta auxilia mittit*: (*d*. sed rex *fortunâ ebrius*, ea contemnit, *amicitiæ* Judæorum *renunciat*, [*e*. eisque per Athenobium legatum

innumera mala infert, & quicquid honoris causâ anteâ conceſſerat, impudenter repetit. (*f.* Victus à Parthis *ipſe ſibi manus infert*, (*g.* anno regni ſuo nono, *pœnas ſuperbiæ, & levitatis expendens Deo & hominibus.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. Macc. XV. 1. 2. *ſeqq.* (*b. ib.* §. 11. 13. *ſeq.* (*c.* §. 37. (*d.* §. 26. (*e.* §. 27. (*f.* §. 28. 31. [*g. D. Chr. Matth. ex Appiano Mon. III. p.* 102.

357. JOHANNES HYRCANUS.

JOHANNES, Simonis primus filius, Matthatiæ nepos, propter indolem præſtantem, dux paterni exercitus *princeps eximius & ſobrius*, Hyrcanus cognominatus, propter victoriam ex eâ gente partam. Impugnante Judæam Antiocho per Cendebæum præfectum, [*a.* ipſe & Judas *patris* conſilio *jam ætate confecti* (*b.* prælium fortiſſimè ineunt: in quo Cendebæus fugatur, [*c.* Judas vulneratur: (*d.* præſidia & urbes, in quas Syri fugientes ſe contulerant, incenduntur: [*e.* parentibus ſuis & fratribus per fraudem occiſis, [f. *ſicarios ſibi* quoque *immiſſos, deprehendit & trucidat.* (*g.* Populo præeſt annos triginta & unum, ſubactis Idumæis, & deletâ Samariâ. *Clarus tribus rebus maximis fuit, principatu gentis, dignitate ſacerdotii, & ſpiritu prophetiæ.* Sacerdotium ante ipſum tenuit Jonathas patruus, & Simon pater: filiorum impietatem & tyrannidem prævidit.

AN-

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Macc. XV. 38. 40.* [*b. cap. XVI. 2 3.* (*c. ibid. v. 4. 8.* [*d. ib. v. 10.* (*f. ibid. v. 11. 16.* [*g. ibid. v. 19. 22. Unde hic Johannes dictus fuerit Hyrcanus, prolixè exponitur in notis ad Sulpit. Sever. Hornii, pag. 376.* [*h. Ita sentit Josephus, quem sequitur Eunctius, Tirinus & quidam alii. Sed Eusebius adserit, ipsum Hyrcanum rerum potitum fuisse XXVI. ann. Idem statuit Sulpitius Sev. lib. 2.*

358. MATER HYRCANI.

HYRCANI mater, Simonis conjux, *fœmina nobilissima*, decepta à genero suo, (*a.* homine nefario, fit *mulierum miserrima*. Maritum exutum armis truncari, filios in vino vinciri videt: [*b.* ipsa quoque *reservata ad pœnas & ludibrium.* Cùm filius ejus Hyrcanus, qui fuerat elapsus solus, Ptolemæi parricidæ præsidium oppugnaret, ipsa cum nullum immitti telum sine injuriâ ejus posset. *Tulit* flagra, *contumelias*, nuditatem, *animo invicto*, & Hyrcanum filium de mœnibus admonebat, ne matri parceret: sed filius matris & germanorum *spectaculo miserabili fractus*, oppugnationem intermittit: nam *animos ei minuebat reverentia, pietas siracundiam coërcebat.* Itaque ne patris cædam vindicans, matrem præcipiteri, fratres jaculis confodi cerneret, *luctu obrutus*, à Dagone castello militem reducit. Ptolemæus so-

ſocrum excruciatam, & adoleſcentes affines interficit, & ad tyrannum Philadelphiæ Zenonem *fugâ ſe recipit.* (c.

ANNOTATIONES.

(a. SCil. *Ptolemæo illo, cujus ſit mentio* 1. *Macc.* XVI. 11. *ſeqq.* (b. *ib. v.* 16. [c. *Joſephus lib.* XIII. *cap.* 15. *Calviſ. ad A. M.* 3815.

359. JUDAS.

JUDAS, Simonis alter filius, fortiſſimi viri patrui ſui (a. appellatione honeſtatus, pro fratre Hyrcano militat, [b. & tyrocinium facit contra Antiochum Grypum. *In flore ætatis & ſummæ virtutis expectatione*, ab affine Ptolemæo *vitâ* in convivio *privatur indigniſſimè.* (c.

ANNOTATIONES.

(a. VIde *ſupra Hiſt.* 323. [b. 1. *Macc.* XVI. 2. (c. *ib. v.* 11. 16.

360. MATTHATIAS.

MATTHATIAS, Simonis natu minimus filius, hoc nomine dictus, ut virtutis avitæ admoneretur. A patre Dei cultum & Pietatem, à fratre *artem militarem diſcere cœperat:* ſed *in conatu gloriæ, & curriculo honorum* à ſuæ ſororis marito, [a. nihil mali ſuſpicans, *in vino & ferculis oppreſſus immaniter interficitur, adoleſcens florentiſſimus.*

ANNOTATIONES.

[a. b. c. *Ptolemæo* 1. *Macc.* XVI. 11. 16.

361. AN-

361. ANTIOCHUS GRYPUS. SYRUS.

Antiochus, Demetrii filius, propter nasi magnitudinem (ut ait Justinus) (*a.* cognomen Grypi [*b.* habuit, dictus alio nomine Philometor, (*c.* educandus Athenas missus est. Successerat Antiocho Sedeti homo Ægyptius Zebina, nominatus Alexander: Zebinæ Demetrius, Sedetis frater. Hoc interemto filius Grypus matris callidæ artibus rex evehitur. [*d.* Cum Zebina Hyrcanus amicitiam coluit, Demetrius eidem bellum facturus, ejicitur à populariibus, quod bellum Grypus renovans, à Juda Simonis filio admodum adolescente superatur. Anno regni sui decimo [*e.* moritur, & venenum, quod mater illi paraverat, ipsam haurire compellit.

ANNOTATIONES.

(*a.* Cilic. *libr.* XXXIX. *pag. m.* 243. (*b.* γρυπός *est*, nasum aduncum *habet. Malè à quibusdam scribitur* Gryphus. [*c. fortassis ab avo Ptolemæo Philometore. Fuit enim filius Cleopatræ, & hæc filia Ptolemæi Philometoris. D. Chr. Matth. Mon. III. p. 103.* [*d. Justin. loc. cit.* (*e. D. Chr. Macc. pag. 104. dicit, ipsum trucidatum fuisse anno regni 29. ætatis verò 45. Idem statuit Calvisius ad A.M. 3854. f. 387. col. 2.*

362. AN-

362. ACTIOCHUS ASPONDIUS, SYRUS.

Antiochus, Antiochi Sedetis filius, quòd educatus Cizyci esset vocatus *Cizycenus*: quòd *nullum fœdus sanctum haberet*, *Aspondius*: Grypi frater uterinus è Cleopatrâ, hæc enim Antiocho Sedeti & Demetrio, fratribus duobus nupta fuit. Exercuerunt inter se Grypus & Cizycenus *ex incestu natu*, discordias parricidiales, quibus ad sui populi commodum Hyrcanus usus, nec tributa amplius solvenda statuit, nec arma conjungenda. Ipsi *odiis armisq; dimicantes* causa extiterunt, ut regnum Syriæ ad Armenios transferretur. Cizyceus à Seleuco Grypi fratris filio occiditur, (*a*. Seleucus in Ciliciam fugiens, urbe Mopsuhestia in suo palatio, ut Josephus: in Gymnasio, ut Appianus, crematur per tumultum popularem. Syriæ regnum à Pompejo Magno redigitur in Romani imperii provinciam.

ANNOTATIONES.

(*a*. D. Chr. Matth. p. 104. ex Eusebio. (*b*. idem, pag. 105, col. 1, 2.

GEOR-

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ

LIBER NONUS.

Gentium Ecclesiæ adversantium.

363. GIGANTES.

GIGANTES multitudo ferox, *nomine celebri & magnâ potentiâ fuit*, (*a.* nata in perniciem Ecclesiæ, *inimica disciplinæ.* Cùm enim liberi ampliùs parentes non audirent, consecuta matrimoniorum confusio est, & *consortio improbitatis*, *violata integritas.* Nam *adolescentes parentum piorum* (*b.* sedibus relictis, *filias* impiorum *lasciuè educatas* duxerunt uxores: inde procreata soboles insolens & superba, quæ patriam *pietatem jactaret*, *nihil consentaneum pietati ageret*, *suæ tantùm libidini*, cum oppressione contradicentium, *obsequeretur.* In Poëtarum libris *Gigantum turba* fingitur esse *multiceps*, *& centimana*, *& pedibus serpentinis*, *& bellum cœlitibus inferens.* Factiosa enim & violenta fuit, & ex diabolo ortum habens, *odioq; Dei flagrans*, *veram*

ram Ecclesiam evertere & delere constituit: Ideò *propriâ nitentes virtute, Deo* fuerunt *execrabiles:* & quamvis *de terrâ sublata ipsorum sit omnis posteritas,* tamen superstes mansit, infinit. turba, pravitatis similis imitatrix.

ANNOTATIONES.

[a. RESpicit Auctor ad Gen. VI. (*b. vide Gerh. in Gen. p. m. 175. 176. Burgensis*, Lactantius, *Vallesius, & quidam alii per Gigantes intelligunt* Dæmonas, *ex concubitu Angelorum* (*sic interpretantur illi* filios Dei *Gen. VI. 2.*) *cum filiabus hominum genitos. Verùm hanc sententiam explodunt Delrio lib. 2. Mag. q. 15. Mercerus ad Gen.* VI. *Drusius in notis ad Sulpit. Sever. Junius, Calvinus, Piscator ad Gen.* VI. *Ebræum* נְפִילִים LXXVI. γίγαντες; *Symmachus,* βιαῖοι; *Aquila* ἐπιπίπτοντες *vertunt. Luth. per* Tyrannos. *Tigurina An. 1530. per* Helden oder Riesen *exponit. Tigurina An. 1559. retinet Nephilim, & in margine aut* Nephilim heissen Reisen oder Fäller/ die von GOTT fallen. *Munsterus in adnot. ad Gen. VI. 4. ita* Gigantes, *Ebr.* נפילים *cujus etymologia ducitur à cadere. Kimchi dicit, homines illos, qui vasto & grandi fuerunt corpore, sic appellatos, quòd cæteri homines pavore istorum ceciderint: sicut & horribiles quidam populi vocati fuerunt* אמים *à* terrendo. *Oleaster verò enim non ab* אֵימָה terror *sed ab* אַמָּה cubitus *deducit, q.d.* viri cubitorum *scil. multorum. Gerundensis autumat, gigantes sic vocatos, quòd lapsi essent à communi corpulentiâ, & excessissent patres suos in staturâ atq; poten-*

potentiâ. Alii putant, eos sic dictos, non à magnitudine corporis, sed à tyrannide & oppressione, quòd vi grassati sint, nullâ habitâ ratione legum aut honestatis, qui neq; Deum neq; homines timent, ut sunt tyranni & oppressores. Hæc Munsterus. *Vide &* Lex. *Philol. Martin. in* Gigas; *&* Pet. *Martyrem in* L. *Comm. p. m. 48. Vide quoq; Gerh. in Deut. p. 52. 87. 91. 121.*

364. SODOMÆI.

SODOMÆI, qui à scriptoribus recentibus, cum sociis urbibus *Pentapolitani* dicuntur, *solum terrarum optimum, amœnissimum, & omni copiâ uberrimum* (*a.* coluerunt: doctorem nacti sunt Lothum, liberatorem Abrahamum: [*b.* quos tamen nec conciones, nec pœna, nec beneficia moverunt, *ut fastum, luxum, ebrietatem & voluptates tetras fugerent.* Eorum n. *urbs omnis turpitudinis officina, scelerumq; & facinorum asylum evasit.* [*c.* Vt autem *in saturitate & otio vixerunt profusè & molliter:* ita erga pauperes inhumani, immites erga hospites fuerunt: [*d.* inprimis *doctori suo molesti cujus animam justam injustè factis quotidiè cruciabant,* (*e.* domum etiam libidinis causa obsidebant, quam ne effringerent, tota illa urbis colluvies *cœcitate dementatur,* & inde miraculo abstrahitur. (*f.* Altero post illum furorem die, urbs Sodoma, cum vicinis tribus urbibus, igne & sulphure de coelo funditùs consumitur: (*g.* quinta propter Lothum servatur, qui pro eâ precatus fuerat. (*h.* In *agro* olim *feracissimo*, nunc lacus Asphaltites est: &[ut Tacitùs ad Hegesippus, oculati testes, scribunt)

vim frugiferam terra perdidit, & arborum fructus uvarumque racemi tactu in cinerem vanescunt: iræ Dei, *dum sol iste cœlo lucebit*, perpetuum monumentum.

ANNOTATIONES,

(*a.* Gen. XIII. 10 [*b. cap.* XIV. 10. (*c. cap.* XIX. 20. (*d. cap.* XIX. (*e.* 2. Pet. II. 8. [*f.* Gen. XIX. 4. *seqq.* 11. (*g. ib. v.* 15. *seqq.* [*h. v.* 20. *seqq.* De lacu isto vide Heidmani Palæstin *pag.* 51. *ubi memorabilia non pauca occurrunt. Adde* Bunting. Itinerar.

365. SICHEMITÆ.

SICHEMITÆ, *homines leves & versipelles*, & regi suo præter jus fasque obsequentes, cum eodem intereunt. Regis filius Sichemus filiam hospitis violat: (*a. pater* Emor *audaciæ & libidini adolescentis indulget*: populus in gratiam regis *suam religionem abjicit, novam arripit, neutram intelligit.* (*b.* Itaque patris indulgentis facilitas, filii protervi petulantia, populi stultè assentientis fatuitas, *gravi exemplo puniuntur.* Virginis enim stupratæ fratres germani, occasione captatâ tertiæ diei, quâ in circumcisis *vulnerum dolor* est *acerrimus in urbem armati irruunt*, regem & filium occidunt, *cives internecione tollant*, tecta agrosque occupant, turbam imbellem in servitutem trahunt. [*c.* Flagitio unius adolescentis *regnum evertitur, & stultitia principis in civium capita & pernicie-*

em

em redundat. Temporibus posterioribus Abimelechum tyrannum & fratricidam adjuvant & defendunt; (*d.* & mox ab eodem, cùm solitâ temeritate discederent *pœnas sceleris & perfidiæ ingentes graves&c. subeunt.* Execratur vir Sapiens in suis concionibus Samaritanos, Philistinos, & Sichemitas, (*e.* designans hypocritas, tyrannos, & insanam multitudinem, in omnibus hominum ordinibus monstra detestanda.

ANNOTATIONES.

(*a. Gen.* XXXIV. 1. *seqq.* (*b. ib. v.* 8. *seqq.* [*c. ib. v.* 25. *seqq.* (*d. Judic.* VIII. 31. *IX.* 1. *seqq.* (*e. Sirac.* L. 27. 28.

366. CHAMI NEPOTES ET POSTERI.

CHAMUS, filius Noæ, (*a.* è diluvio liberatus, *Dei & patris* fit *contemtor:* (*b.* filium habuit natu minimum Chananem, qui *patris quidem maledictionem* sustinuit, (*c.* sed eam *securitate & pertinaciâ nihil planè fecit.* Ab hujus filiis regio Chananæorum ampla, cis & ultra Jordanem, fuit possessa, *terra omnium terrarum princeps & fertilissima: frugibus, metallis, pecoribus abundans, lacte&c. & melle fluens.* (*d.* Comparaverant autem sibi *illustre imperium, & divitias copiosas:* sed *donis divinis petulanter & perditè abusi,* afflixerunt sanctos Dei viros, *qui inter eos vixerunt hospites & advenæ.* Quare sce-

ipsorum mensura quasi completâ, extirpati à Deo sunt populi isti, Amorrhæi, Pherezæi, Chananæi, Hethæi, Gergesæi, Evæi, Jebusæi: eorumque regna & possessiones, juxta promissum mandatum Dei in Israëlitas, Semi & Abrahami posteros, dividuntur: & terram impiorum tandem semen justorum hæreditatem accipit. In quâ terrâ Jesus *Christus*, *Dei filius*, post aliquot secula, *natus è virgine & populo suo, & gentibus, omnibus, quàm latè orbis est habitabilis salutem dedit, & vitam æternam atq; beatam peperit.*

ANNOTATIONES.

(*a. Gen. IX. 18. 22.* (*b. ib. v. 25.* (*d. Exod. III. 8.* Levit. XX. 24. *& passim.*

367. AMORRHÆI.

AMorrhæi ab Amorrhe, quarto (ut ferunt) Chananis filio, Chami nepote, oriundi: *gens ferociſſima, & ſervitutis, inſolens.* Inter eos habitavit Abrahamus, & Mambris viri boni ac benefici usus hospitio est. (*a.* Amorrhæorum reges duos Seonem & Oggum vicit Moses: (*b.* alios quinque fugavit, & *de arboribus suspendit* Josua. (*c.* Amborum *victoria cœlestis magis, quam humana, fuit.* Mosis n. tempore, ad terrorem & fugam Deus eis immisit *genus quoddam crabronum asperum*, (*d.* ut sine arcu & gladio caderent. Josuæ verò, exercitum eorum palantem, grandine & saxis de cœlo prostravit, [*e.* utque deleri posset,

posset, non movente se sole, ex uno die quasi duos fecit. [*f.* Inter Amorrhæos habitaverunt Gigantes cognominati Raphaim, qui curribus ferreis præliabantur [g. & quorum duces lectis ferreis cubabant. (*h.* Dicti autem cum essent, & initio habiti, quasi medici (i. & servatores, *nomen illud præclarum fecerunt invisum tyrannide, & potentiæ atq; virum maximarum abusu.*

ANNOTATIONES.

(*a.* Gen. XIV. 13. [*b.* Num. XXI. 21. *seqq. Vide suprà Hist.* 71. [*c.* Jos. X. (*d.* Exod. XXIII. 28. Deut. VII. 20. *inprimis* Jos. XXIV. 12. [*c.* Jos. X. 11. [*f.* vel *quasi unum diem ex duobus fecit ib.* [*g.* Jos. XVII. 16. 18 [*h.* Deut. III. 11. *NB. Nomen* Rephaim. רְפָאִים *occurrit etiam alibi, ut Jos. XII. 4.* XIII. 12. 2. Sam. XXI. 17. 18. *&c.* LXXII. *plerumq; vertunt* γίγαντες. Proverb. II. 18. IX. 18. γηγενεῖς. Jes. XXVI. 19. ἀσεβεῖς. Job. XXVI. 5. & Prov. XXI. 16. Symmachus reddit per θεομάχους. (*i. sentiunt, qui* τὰς רְפָאִים *derivant à* רפא *ut Kircherus in Concordant. Schindler.* Lex. Pentagl. col. 1756. *inprimis* Avenarius in Diction. f. 775. *qui ait:* רָפָא *Gigas, qui potens est ad* sanandum *h. e. salvandum homines ab oppressione.* Alij putant, *sic dictos à primo gigante, eorum parente.* Rappha, *cujus mentio est* 1. Paral. XX. 6. R. Nachman & Andreas Masius in Jos. XII. 4. *censet, Rephaim esse cognomen Hevæorum. Quum*

enim הוים *sive Hevæi dicti sint à serpentibus, quòd ad instar eorum in terræ cavernis habitarent; pariter ob eandem rationem Raphaim dici videntur, h. e.* inferi, *quòd sub terrâ in specubus degerent. Vide Cornel. à lap. in Deut. f. 930. 2. B. Sed* רפאת *significationem istam non admittit. Buxtorfius verò derivat à* רָפָה, *aliamque appellationis rationem ex R. Bechai adsignat. Vide ipsius Lex. p. 749. De Amorrhæis vide etiam Gerh. in Deut. p. 66.*

368. PHERESÆI.

PHERESÆI, qui & vocati Samaritæ, [*a. agriculturæ & quæstui dediti,* & inter gentes Chananæas valdè opulenti fuerunt. *Tyrannum* eorum *immanissimum,* Bezegum Magnum, (b. qui regibꝰ septuaginta manuum pedumque pollices abscideraṫ, & sub mensâ suâ fecerat *canum more relinquias ciborum colligere*, expugnarunt tribus Judæ & Simeonis. [*c.* Ipse cùm *amisso prælio salutem fugâ quæreret, vivens in manus hostiles incidit,* & membris truncatis, eodem *supplicio* afficitur, quo alios, summæ dignitatis homines, anteà *crudeliter deformaverat.* Tum in triumpho Jerosolymam deductus, rectè sibi pœnam talionis à Deo illatam confessus est, & in eâdem urbe *vitam cum morte commutavit.* (*d.*

ANNOTATIONES.

(*a. Quia circa illum locum, ubi deinceps Samaria ædificata fuit, habitarunt. Gen.* XIII. 7. XXXIV. 30.

Crelli.

Crellius f. 759. col. 2. [*b. sive* Adonibesec. *Nam* Βεζὲκ *iæ habent Græci, vel* בֶּזֶק *est nomen* urbis regiæ. *Crellius fol. 107. coll. 3. fin.* non regis. *Sed* Ἀδωνιβεσὲκ *vel* ארני־בזק *ponitur ut* proprium regis. *Vide Judic. I. 4. 5.* [*e. ib. & v. 6. 7.* (*d. ib.*

369. CHANANÆI.

CHANANÆI, à Chanane, filio Chami geniti, *nominis atq; nobilitatis inter suos gentiles præcipui semper extitere: meliorem* etiam *& abundantiorem terræ portionem tenuere:* unde factum est, ut *ex negationibus & quæstu, cæteris* fuerint *ampliores*, & quia copiam sequitur insolentia, *moribus* quoque *& studiis deteriores.* In ipsorum patrem, DEI maledictio nominatim expressa, & severissima fuit. (*a.* Eorum regem Aradum superavit Moses, [*b.* Jabinum cum regibus sociis delevit Josua, (*c.* Jabinum alterum evertit mulier Delbora. (*d.* Tandem *è copiis maximis ad paupertatem, & ex imperio potente in servitutem redacti sunt.* Inter eos vixerunt Gigantes, qui reliquo populo, aut penitùs extinctio, aut facto tributario, in urbes Philistinorum maritimas sunt dispersi. Quamvis autem nomen regionis Chananææ finibus certis terminatum sit, tamen pro omnibus istis populis, quos ira Dei sustulit, & sedes eorum Ecclesiæ tradidit, passim usurpabatur, ut vindicta paterni ludibrii, & veritas justitiæ divinæ *omnium mortalium & oculis & mentibus* magis esset *exposita.*

ANNOTATIONES.

(*a. Gen.* IX. *25.* (*b. Num.* XXI. *1. seqq.* (*c. Jos.* XI. *1. seqq.* (*d. Judic. IV. 2. seqq.*

HETHÆI.

HETHÆI ab Hetho, Chananis filio, (*a.* loca montana coluerunt, & Chebronem gentis metropolim, sibi domicilium condiderunt: *vicinis molesti & formidabiles,* Josua dux regibus illorum occisis, civitatibus incensis, armis curribusque crematis, pecoribus mutilatis patriam ipsorum & finitimas nationes perdiditis, *omnem q. sexum & ordinem interfecit.* (*b.* Inter ipsos *fuisse* perhibentur sedes Gigantum, qui Enachim (*c.* dicti sunt, quasi torquati. (*d.* Nam *divitiarum ostentatione* erant *superbi,* & oppressione aliorum præferoces: *vastitate, violentia, libidine, amentia, poetarum Centauris haud dissimiles.*

ANNOTATIONES.

(*a. Gen.* X. *15.* [*b. Josu.* IX. XI. XII. (*c. vel potius* Enakim. *Num.* XIII. *19. 34. Deut. I. 28. II. 10. 11. 21. IX. 2. Jos.* XI. *21. 22.* XIV. *12. 15.* XV. *13. 14.* XXI. *&c.* [*d. ab* ענק. *Vide Diction. Ebr. Forsteri, edit. Basil. f. 621. quò haut dubiè respexit Auctor. Adde Cornel. à lap. in Deut. fol. 931. 1.* A. Benjamin Judæus *in itinerario: In Damasco inquit, urbe Ismaëlitarum, est palatium, intra quod vidi hominis costam, unius ex* ענקים (*vel, ut vulgò Enakim.*) novem Hispanicorum palmorum longitudine, *duorum verò palmorũ latitudine.*

Dici-

Dicitur autem ille fuisse ex antiquissimis regibus Anaki, nomine Abchamaz, *ut ex sepulchri illius lapide inscripto est indicatum: in quo scriptum est etiam, illum toto orbe* regnasse, *&c. Hæc ibi, quæ suo loco reliquimus. Vide quoque de Enakim* Gerh. *in Deut. p. 52. item 121. seqq. nec non Heidmann. Palæst. pag. 56. num. 200. 101.*

371. GERGESÆI.

Gergesæi â Gergese, [*a.* quinto Chananis filio, ii aut *internecione sublati* sunt cum populis propinquis, aut cum iis *capti servierunt servitutem.* Eorum reliquiæ fuerunt Gergeseni, qui Gadareni, lacûs contra Galilæam erant accolæ, in quorum agrum cùm Christus venisset, legionem dæmonum â furioso quodam ejecit, in gregem porcorum migrare permisit. Porci cùm *sese impetu præcipites in lacum dedissent*, & essent suffocati circiter duo millia: tota *civitas obviam effusa* Christo, eum rogavit, ut ex ipsorum finibus quamprimùm excederet: (*b.* majore dolore affecti bestiarum detrimento atque interitu, quàm *perfusi lætitiâ* Christi, domini & servatoris beneficio & adventu.

ANNOTATIONES.

(*a.* גִּרְגָּשִׁי Girgaschi *Gen. X. 15. 16.* (*b.* Matth. *IIX. 28. seqq. De illis agitur etiam Gen. XV. 21. Jos. III. 10. Græci vocant illos* Γεργεσαίους. *De his populis vide memorabilia nonnulla apud Walæum in N. T. pag.*

85. l. 2. item pag. 382. 383. Adde Gerh. in Deus. pag. 880.

372. HEVAEI.

HEVÆI ab Hevo (*a.* sexto Chananis filio, (*b.* montium Libani & Chermonis accolæ gentibus cæteris aut in deditionem acceptis, aut ferro superatis, Josuæ diu restiterunt, (*c.* nec *in alienam potestatem redacti* universi sunt, ut restaret multitudo, quæ Israelitas *à verbo Dei desciscentes, & patrum suorum sancta studia, & pios mores negligentes*, exercerent & plecterent. [*d.* inter Hevæos famosi fuerunt Gigantes, Niphlim [*e.* nominati quasi grassatores, *homines* videlicet *inigui & factiosi, hostes religionis adversarii pudoris, inimici disciplinæ*, in suos atque alienos injurii.

ANNOTATIONES.

(*a.* חִוִּי *Gen.* X. *15. 17.* [*b. ib.* (*c. Jos.* IX. *1. seqq. seqq.* XI. *3. 19.* (*d. Judic. III.* 1. 5. [*e. vel potius Nephilim*, נְפִילִים. *Vide Lex. Schindler. col. 142. & Numeror.* XIII. 34. *Adde notas Hist. 363.*

373. JEBUSÆI.

JEBUSÆI a Jebuso, [*a.* tertio Chananis filio, Gibhonem & Jerosolymam tenuerunt, *viri strenui & bellaces.* (*c.* Nam undique armis hostibus circum vallati, usque ad Davidis tempora, & urbem Jerosolymam, [ita enim posteriore tempore dicta fuit) & arcem Sionis tutados

ti sunt. [d. Ad urbem cùm David rex accessisset, permœnia & propugnacula cœcos claudos, & mutilos disposuerunt, quasi per eos arceri *copiæ regiæ* possent. (e. *Eam ignominiam non ferens* David, urbem obsidet & capit, & *arcem munitissimam* per Joabum expugnat, instauratamque de Davidis nomine appellat. [f. Inter Jebusæos fuere nobiles Gigantes, appellati Emim, [g. quasi terribiles, qui *feri & agrestes, & voluptatibus diditi, & omnis placidæ societatis* habiti sunt *eversores*.

ANNOTATIONES.

[a. יְבוּסִי (b. Gen. X. 15. 16. [c. Deut. VII. 1. Jos. IX. 1. 2. Num. XIII. 30. Jos. XI. 3. XV. 8. XVIII. 16. 27. & cap. XIX. 10. 11. (d. 2. Sam. V. 6. (e. ib. [f. ib. & v. 7. seqq. (g. quòs Josua interemit vel abegit. Josu. XIV. 12. Vide & Gen. XIV. 5. Deut. II. 10. 11. Vide notas Hist. 663.

374. MIDIANITÆ.

MIDIANITÆ, Abrahami ex Keturâ posteri, populus nobilis, sed quòd Israelitas *ad libidinem* & defectionem, *per* ludibria & *lenocinia induxerat*, à Deo everti jussus est. (a. Profugus ex Ægypto Moses apud Midianitas exulavit, & Jethronis sacerdotis duxit filiam, (b. mulierem importunam. (c Pinehas in hac gente Suri (d. principis filiam, cognomento Cosbiam, [e. in adulterio deprehensam *hastâ transfigit*. Gentem Midianitarum bellicosam, clade immensâ soperans Gideon qvatuor eorum duces interficit. (f. Unde vulgi sermone cùm alicui malum imprecarentur

rentur, jactatum fuit. Fiat illis ſicut Midianitis, (g.

ANNOTATIONES.

(*a. Num. XXV.* 17. 17. *XXXI.* 2. [*b. vide ſuprà Hiſt.* 60. (*c. vide Hiſt.* 58. (*d. Ebr.* צוּר *Gr.* Σȣρ *Num. XXV.* 15. (*e. Ebr.* כַּנְבִּי *Gr.* χασβι *ib.* [*f. Judit. VII.* 25. *IIX.* 12. (*g. Pſal.* XXCIII. 10.

375. CINAEI.

Cinæi à Midianitis oriundi, (*a.* dicti à Cinæo, (*b.* Jethronis ſacerdotis filio. Is ut populo per deſertum eundi ductor eſſet, à Moſe affine perſuadetur, [*c.* victisque gentibus Chananæis, inter amalekitas ſedem obtinet. (*d. Cinæorum* perpetuò *in Iſraelitas magno extiterunt merita*: Moſis temporibus [ut dixi) iter populo monſtrârunt per deſertum: Deboræ temporibus, præclaro facinore Jahelidis, *inauditam acquiſierunt victoriam*: [*e.* Sauli temporib9, adjuverunt Davidem exulem, qui ipſis è prædâ Amalekitarum etiam munera transmiſit. (*f. Tulerunt ſuæ pietatis fructus eximios.* Nam Saulo Amalekitas expugnante, nulla illis inferetur injuria: ſed quia fuerunt miſericordes, receperunt miſericordiam, (*g.* Tandem cum regno Iſraelitico ab Aſyriis victi, in alienas provincias diſperguntur, & pœnam *diſtractionis familiarum acerbam* ferunt. (*h.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. VEl *Midianitis permixti. Nam adfinis Moſis. Obabus vel Hobabus* (*vide ſuprà Hiſt. 59. qui utiq; videtur fuiſſe* Midianita, *juxta Exod. III. 1. dicitur* Cinæus *Judic. I. 16. Luth.* ein Keniter. (*b. videtur potiùs, Hobabum cognominatum ita fuiſſe à gente vel patriâ, quam gentem ab illo Hobabo. Nam Cinæorum fit mentio Gen. XV. 19. antequam Abrahamus duxit Kethuram, ex quâ Midianitas ortos Auctor putat.* (*c. Repete, quæ ſuprà notavimus ad Hiſt. 59. lit. c. d. e.* (*d. colligitur iſtud ex 1. Sam. XV. 6. & præcedente 5.* [*e. Judic. IV.* (*f. 1. Sam. XXX. 26. 29.* [*g, 1. Sam. XV. 5. 6.* [*h. Conſentit Crellius f. 127. col. 1. NB. Cum Epigraphe hujus libri indicet, actorum fore hunc librum de gentibus* Eccleſiæ adverſantibus, *ſciendum reor, Cinæos non tàm animo vel factis, quàm fide ac religione adverſatos Eccleſiæ fuiſſe, h. e. diverſum in fide ſenſiſſe. Probabile interim, plurimos eorum fuiſſe Proſelytos.*

376. MOABITÆ.

MOABITÆ à Moabo Lothi filio, [*a.* Iſraelitis (quibus ex Ægypto euntibus *viam & hoſpitia intercludunt*) (*b.* ſine intermiſſione inimici, in causâ fuerunt, ut duodecim principes ſuſpenderentur, quos ad *vetita & libidinoſa ſacrificia* illexerant. (*c.* Bello eos vicit Seon rex Amorrhæorum, (*d. armis domuit* Balakus rex *Ammonitarum.* (*e.* Regem eorum Eglonem in conclavi trajicit Ehudus: (*f.* Meſam

ſam rebellem ſubegerunt joramus & joſaphatus. (g. Tributa ipſi penderunt Davidi & Achabo: (h. regem Judæ Joam interfecit Jozabadus genitus matre Moabitide. [i. Ex gente hac fuit Ruth, avia Davidis: (k. & parentes exulis Davidis, à rege Moabitarum hoſpitio ſunt excepti. [l. Gigantes cognominati Emim *receptum in hoc populo habuerunt*. Erant Moabitæ *divitiis inſolentes, libidinibus molles, factis crudeles:* ex iis ſi qui in populum Dei admiſſi ſunt, aditus templi usque in decimam progeniem negabatur. (m. Quia contra Dominum gloriati ſunt, deſierunt eſſe populus: & qui in præliis non oppetierant, aut perierant clade aliâ, ſunt à leonibus aut aliis feris conſumti. [n.

ANNOTATIONES.

(a. Gen. XIX. 37. [b. *Deut. III.* 4. *Num.* XXII. 2. 3. 4. *ſeqq.* XXIII. XXIV. [c. *cap.* XXV. 1. 4. *ſeqq.* (d. *cap.* XXI. 13. 26. (e. *cap.* XXII. 4. *dicitur iſte Balakus* rex Moabitarum. (f. *vide Hiſtor.* 78. (g. 2. *Reg. III.* 4. *ſeqq.* (h. *ib. v.* 5. [i. 2. Reg. XII. 21. 2. *Paral.* XXIV. 26. [k. *Ruth. I.* [l. *repete, quæ ſuprà monuimus ad Hiſtor.* 99. *lit. h.* (m. *Deut.* XXIII. 3. *Vide Gerh. in Deut. pag.* 1377. *ſeqq.* [n. *Jeſa* XVI. 1. *ſeqq.* XXV. 10. *ſeqq. Jerem.* XXVII. 3. *cap.* XLIX. 1. *Zephan. II.* 8 *ſeqq.*

377. AMMONITAE.

AMMONITÆ ab Ammone Lothi filio, (a. & ipſi *hoſtes infenſiſſimi* Iſraelitarum qui-

quibus *errantibus, viam & transitum: fessis aquam & panem non concesserunt.* Vatem Bileamum adversus *eos pecuniâ conduxit* rex Baracus. (*b.* Israelititis supplicibus oculos dexteros vult eruere Naas: [*c.* legatos Davidis tondendo denonestat Annon: [*d.* in bellis non horruerunt prægnantes dissecare, & infantes elidere. *Præliis frequentibus vincuntur* à Jephthâ, (*e.* Saulo, [*f.* Davide, [*g.* Josaphato: (*h.* nunquam lacessiti, semper cum calamitate repulsi. Coluerunt non secûs ac Moabitæ, Chamœm (*i.* & Molechum, (*k.* hoc est, Saturnum & Jovem tyrannum, ut nonnuli exponunt, iisque *filios, viscera sua*, per ignem, supra urbium mœnia immolârunt. Templo sacrisque eorum proselytis interdictum fuit itidem ut Moabitis, usque ad generationem decimam, (*l.* quia *inimici religionis de ejus abolitione superbè exilierunt.* Inter Ammonitas æstimati sunt Gigantes, quos linguâ vernacula Zamzumim nuncuparunt, quasi *audaces turpium flagitiorum patratores.* Timotheus dux Ammonitarum Maccabæorum temporibus, cum aliis gentibus ad Judæos extirpandos conjuravit. (*m.*

[*a.* GEn. XIX. 38. [*b.* Num. XXII. 4. 5. seqq. [*c.* vide suprà Hist. 101. (*d.* Vide Hist. 143 (*e.* Judic. XI. 12. 29. seqq. (*f.* 1. Sam. XIV. 47. (*g.* 2. 2. Sam. IIX. 12. seqq. [*h.* 2. Paral. XX. 1 seq. (*i.* Judic. XI. 13, 24. (*k.* 1. Reg. XI. 7. *vide Walæum*

in

in N. T. pag. 1096. 2. *notas ad Hist.* 229. [*l. Deut.* XXIII. 3. [*m. 1. Maccab. V.* 6. *seqq.*

378. IDUMÆI.

IDUMÆI posteri Esavi, (*a.* qvi & Edomitæ, gens mobilis, insidiosa, insolens. Transitum negat Israelitis fratribus suis, solum paternum repetentibus. (*b.* De Idumæorũ terrâ, ne pedis quidem vestigium Deus voluit dare Israelitis, (*c.* quia eam Esavo in possessionem confirmaverat: ideo libertatem retinuerunt, ultra annos sexcentos, & reges multos fortes habuerunt. Verùm cùm & *contra Deum ore loquerentur*, & malis aliorum insultarent, per Davidem eos puniit, qui *ferro omnem stirpem masculam extingvit*, & eorum *regionem in præfecturas distribuit.* (*d.* Idumæis ad populum Dei transgressis, ad tertiam usque sobolem, accessus ad templum Dei non patuit. (*e.* Idumæi fuerunt Adadus [*f.* de regio sanguine, qui contra Salamonem *tumultum excitavit.* Dœgus, aulicus Sauli, qui sacerdotes Nobenses transfixit injustè & cupidè: (*g.* Gorgias, Antiochi præfectus, [*g.* qui totam Judæam vexavit: Herodes tetrarcha, qui infantes in Bethlehemâ in gremiis matrum sustulit. Idumæi Assyriis templi cremandi dederunt consilium, idque suis manibus incenderunt: iidem Romanæ obsidionis tempore intra mœnia à Simo-

mone introducti, *extremam vastitatem intulerunt.* Ut ipsi gavisi odio pertinace & superbiâ maximâ sunt aliorum eversione; ita de ipsorum clade & solitudine, orbis universus lætatus est. *Religionem habuerunt pro ludibrio & joco: eam enim modò probarunt, modò rejecerunt, servientes tempori, & gratificantes tempori, & gratificantes victoribus.* Interitus igitur Ecclesiæ omni tempore ab Idùmæis, hoc est, hypocritis est profectus.

ANNOTATIONES.

[*a. Gen. XXXVI. 9.* (*b. Num. XX. 14. seqq.* (*c. Deut.* II. 4. 5. [*d. 2. Sam.* VIII. 14. *1. Par.* XIX. *11. 12.* 13. [*e. Deut. XVIII. 7. 7.* (*f. vel Hadad 1. Reg.* XI. 14. *seqq.* [*g. 1. Sam.* XXI. 7. XXII. 9. *seqq.* [*h. 2. Macc.* XII. 32. (*i. Thren.* IV. 21. 22. *Psal.* CXXXVII. 7. *Vide Heidmani Palæst. p. 83. 84.*

379. HORRÆI.

HORRÆI montis Seiris incolæ, inter Idumæos habitârunt: regionem eorum, relictâ fratri Chananæâ, Esavus occupavit. (*a.* Israëlitis ex Ægypto euntibus soli præbuerunt iter, & cibum vendiderunt pecuniâ. [*b.* Reges Horræorum fuerunt olim nobiles: inter quos Adadus vicit Midianitas: Ex iis Jobus Deo charus, *fide ac patientiâ insigni, homo spectatissimus.* (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a. Deut. II. 12. 22.* (*b. ib. v. 4. 5. 6. Vide suprà Hist. 31.*

380. AMALECHITÆ.

AMALECITAE incolæ desertorum Arabiæ, juxta montem Orebum, nepotes Esavi, è primâ uxore Adare. Hi malè tractârunt Israelitas *exules, & rerum omnium egenos.* Nam cum per regionem eorum iter facerent, *extremos agminis carpserunt, & ægrotos fessosq; in viis, ferro sustulerunt,* (*a.* primique sunt bello eos adorti. [*b.* Moses *non armis pugnando, sed precibus sanctis orando eos dejicit,* (*c.* & mandatum à Deo accipit, ut talem injuriam *inscribat fastis & monumentis,* (*d.* ut de totâ gente, excidio & internecione, sumeretur olim supplicium. (*e.* Ea victoria regi Saulo reservata, qui quoniam stirpitus Amalechitas non *excidit,* ipse regno *excidit.* (*f.* Agagum regem eorum Samuel *frustillatim dilaniat.* [*g.* Tribus tandem Simeonis totam illam gentem, & quicquid de eâ fuit reliquum, armis delevit: [*h.* ne quis minas Dei diceret irritas, quas memoriæ mandari ad vindictam severè præceperat.

ANNOTATIONES.

(*a. Deut. XXV.* 17. 18. (*b. Exod. XVII.* 8. *seqq.* (*c. ibid. v.* 11. *seqq.* [*d. ib. v.* 14. [*e. ib.* [*f.* 1. *Sam.* XV. 1. *seqq.* [*g. ib. v.* 32. 33. *Agag nomen commune fuit regum Amalekitarum, ut patere videtur ex Num.* XXIV. 7. 1. *Sam. XV.* 8. *Glass. Gramm. S. pag. m.* 851. (*h.* 1. *Paral. V.* 42. 43.

381. PHILISTINI.

PHILISTINI sunt Chami nepotes, ex ejus filio secundo nomine Mesraimo: *populus peculiariter nomini divino, & ejus cultoribus infestus.* Loca terræ Chananææ juxta Jordanem & loca maritima coluerunt, & quinque regias possederunt civitates. Deus eorum Dagon, qui Græcis & Romanis Triton (*a.* est: *pubetenus homo, parte inferior piscis.* Studia Philistinorum memorantur duo præcipua, negotiationis & auguria. *Pugnârunt* contra filios Heli, (b. & regem Saulum, (*c. signis felicibus*: primo prælio arcâ Domini potiti sunt, quam coguntur reddere pœnâ hominibus atque agris more inusitato illatâ: [*c.* altero prælio, Sauli & trium filiorum ejus, ludificantur post victoriam cadavera. [*d.* Superati sæpè sunt, sed nunquam sine miraculo, à Samgaro, (*e.* Simsone, (*f.* Samuele: (*g.* item à Jonathâ, [*h.* Davide, (*i.* Sammâ, (*k.* Eleazare, Maccabæis. Inter eos summo in honore fuerunt Gigantes, è quibus Goliadus omnium superbissimus, (*l.* & eandem patriâ nati Raphæi viri robustissimi quatuor, quos David, ducesque ejus non sine divino auxilio expugnârunt. (*m.* Apud veteres Theologos nomine *Allophylorum*, Philistini præcipuè intelliguntur.

(*a.* *Idolum istud Dagon, juxta plerosque dicitur à* piſce, *qui Ebræâ dicitur* דָּג Dagh, *vel juxta alios, à* frumento, *quod Ebræi vocant* דָּגָן Daghan. *Qui à piſce derivant, putant cum auctore, Dagonem eundem esse cum Poëtarum* Tritone. *Qui à frumento formant hoc nomen, illis Dagon est idem ac* Σιτὼν *Græcorum. Ita sentit Philo Byblius in Historiâ Phœnicum. Vide Drusium in lib. 1. Hist. Sacr. Sulpitij Severi p. 147. & 152. Euseb. lib. I.* τῆς προπαρασκευῆς *ubi agit de Phœnicum Theologiâ,* ὁ δὲ Δαγὼν, *inquit:* ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς ἀρότριος. *Plura vide apud D. Quistorp. in Judic.* XVI. *23. p.* 255. *& supra sub fin. annotat. ad Histor. 98.* (*b. 1. Sam. IV. &* XXXI. (*c. cap. V. & VI.* (*d. cap.* XXXI. *8. seqq.* [*e. vide Histor.* 79. [*f. Hist. 87.* (*g. Hist. 89.* [*h. Hist. 102.* (*i. Hist. 110.* (*k. Hist.* 140. (*l. 1. Sam.* XVII. [*m. 2. Sam.* XXI. *à v.* 15. *ad finem usq;. De Philistinorum nomine notavimus pauca ex Heidmani Palestinâ p. 87. 88. ad Hist. 79. Quia regiæ civitates quarum auctor meminit, fuerunt Geth vel* Gath Gaza *vel* Gazera *Heidm. p. 93. Azotus Luth.* אַשְׁדּוֹד. *Accaron, vel Acron,* Luth. Ekron, *& Ascalon.*

382. CEILENSES.

CEILENSES [*a.* incursione Philistinorum *frumenta in agris condita amittunt*, (*b.* quibus opem *laturus* David à sociis suis prohibetnr: [*c.* sed *motus causa miserorum*, Philistinos invadit, fundit, spoliat. [*d.* Cëilensis *beneficij immemores*, quorum urbem Salus obsidere volebat, de proden-

do

do hospite suo Davide deliberant: (*e.* quorum ipse cognitâ perfidiâ *silvarum latebras, & præsidia solitudinis petit*, & *callida* hominum ingratorum *eludit consilia.* [*f.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Ab *urbe* קְעִילָה *Luth. pro litt. Ajin substituens litteram* G. *ut &* LXX II. *aliquoties faciunt, scribit* Kegila LXXII. Κεϊλα. *V.* L. Ceila. *Pagn.* Cëilah. *Tremell.* Kehilah. [*b.* 1. *Sam. XXIII.* 1. (*c. ib. v.* 2. 3. [*d. ib. v.* 5. (*e. ib v.* 7. *seqq.* [*f. ib. v.* 13.

383. ZIPHAEI.

ZIPHAEI [*a. locorum desertorum*, non procul à monte Carmelo, *accolæ, gratiam quærentes aulicam.* Davidis proditores fiunt, eumque fidentem silvâ & collibus in accessis, in sua versari viciniâ, Saulo nunciant, & in eo comprehendendo studium & operam ultro offerunt. [*b.* In majore periculo David nunquam anteà fuerat: nunquam hostem Saulum in manibus propiùs habuerat, cui tamen pietate solitâ pepercit. [*c. Adjutore* autem *Deo lætatus de inimicis est:* sed ejus adversarii *perpetuâ notantur ignominiâ;* Saulus injustitiæ, Ziphæi proditionis.

ANNOTATIONES.

[*a.* זִיפִים Siphim *Græc.* ζηφαῖοι. *Vulg. Lat.* Ziphæi. *Pagninus, Trem. & Luth.* die von Siph. [*b.* 1. *Sam.* XXVI. 1. *seqq.* (*c. ib. v.* 5. *usq; ad finem. Vide. Heidm. Palæst. p.* 54.

384. SIDONII.

SIDONII, à Sidone filio Chanani, [a. Tyriorum vicini, *studiis rei nauticæ & negotiationibus intenti, veram Dei scientiam amittunt, & vacantes lucro atq; opibus, dare religioni operam fastidiunt.* Mancipia Judaica ementes à Syriis, ea porrò Græcis vendiderunt, (b. *aurumq; & argentum nationum aliarum usuris sunt prædati.* (c. Eâ de causâ Jeremias [d. & Joel (e. prophetæ, eos ajunt vicissim iri venundatum Æthiopibus, & domi morituros cæde ac pestilentiâ. Christum docentem Tyrii & Sidonii secuti sunt, ut est apud Marcum. [f.

ANNOTATIONES.

[a. *Gen. X. 15. Sidonii. Ebr. dicuntur* צִידוֹנִים Zidonim. LXXII. οἱ σιδώνιοι. *1. Reg. V. 6.* (b. *Joël III. 4. 6. 7.* (c. *ib. v. 5.* (d. *scil, cap. XXV. 22.* XXVII. 3. XLVII. 4. [e. *loc. cit.* Joëlis [f. *Marc. III. 6. 7. 8.*

385. TYRII.

TYRII inter Syrios maximè nobiles & opulenti, (quorum civitas tribu Aseris finitima) expugnari à Judæis non potuerunt: *vixerunt longo tempore felices & inexpugnabiles.* Cum Philistinis *arma socia jungentes*, fulminibus & tempestatibus de cœlo sternuntur: orante pro populo prophetâ Samuele. (a. Cum regibus Davide (b. & Salomone (c. *fœdus & societatem colu-*

voluerunt, & naves una miserunt in *insulas auriferas*. (*d.* Cùm *diffluerent luxuriâ*, propter divitias & copiam, & cùm *quæstuosam* in omnibus gentibus *mercaturam facerent*, eversionem & interitum Isaias (*e.* & Amos [*f.* prophetæ illis prædicunt: quæ mala Nebucadnezaris *Assyrii*, & Alexandri Macedonis temporibus senserunt cum extremâ pernicie. In Tyriorum & *Sidoniorum* finibus Christum esse concionatum Evangelistæ tres (*g.* memoriæ prodiderunt.

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Sam. VII.* 7. *seqq.* [*b.* 1. *Reg.* V. 1. 2. *Paral. II.* 3. (*c.* *ibid. & alibi.* (*d.* 1. *Reg.* IX. 26. 27. 28. (*e.* *cap.* XXIII. 1. 5. 8. 15. 17. [*f.* *Amos. I.* 9. 10. *Lutherus quidem in versione suâ non habet*, Tyrus, *sed* צר: *verùm illa est* Tyrus, *Vide versiones*, *Græcam*, LXXII. *& Vulg. Latin.* Adde *& Coccejum in Amos f.* 181. (*g.* *Matthæus*, *Marcus & Lucas.*

386. SAMARITANI.

SAMARITANI ab Efraimo Josephi filio sunt oriundi, & ab Amrio rege Israelis sexto, cæteris prælati, sede regiâ in urbe ipsorum collocatâ, (*a.* A *cultu veri Dei desciscentes* contemtui habentur, donec *deleretur ipsorum nomen & gloria.* Obsessi primùm sunt à Benhadadâ *Syro*, qui eos ita pressit, ut cibo fœdo & librorum propiis visceribus vescerentur, (*b.* Iterum à *Salmanasse* Assyrio, per totum trieñium, qui omnem, illam gentẽ in servi-

tutem abduxit: [c. Postremò à Johanne Hyrcano, [Calvis. ad *A. M.* 3840.) qui post unius anni spacium *ex captæ & incensæ urbis ædificiis ac manibus acervum saxorum congessit.* Prophetas, qui eas calamitates ipsis nunciabant, subsannati sunt. [d. Inter Judæos & Samaritanos, capitalis semper fuit dissensio, & suis discipulis interdicit Christus, ne ingrediantur Samariam, [f. & nomen Samaritani, tanquam abominabile convicium, Christo objicitur, [g. Eorum doctores postea fuerunt Petrus & Johannes Apostoli. (h.

ANNOTATIONES.

(a. *Vide supra Hist. 159. lit. c.* [b. *Vide Histor. 167. lit k.* (c. *vide* Hist. *219. lit. c.* (d. *Plerique* Lexicographi *ponunt τὸ* subsannare *in voce Activâ, nec tamen exempla ejus è probatis Auctoribus dare possunt. Nullus verò quantum memini, habet* Deponens, *quo Auctor utitur,* [e. *vide D. Quistorp. ad Joh. IV. 9. pag. 155. seqq. D. Althoferus in Harmon pag. 201. septem causas dissensionis istius producit, quas vide ibidem.* Adde & Josephum *lib.* XI. *c. 8. ubi ingenium Samaritanorum describit.* (f. Matth. X. *5. quod certi temporis mandatum fuit. Aliàs enim conciliari non posset locus ille cum Matth.* XXXIIX. *19. &* Marc. XVI. *15. nec non Actor.* VIII. *14.* [g. *Joh.* VIII. *48.* (h. *Actor.* VIII. *De Samaritanis vide* Religionem Medici edit. Argentin. *in* 8. *cum adnotat. p. 181. Walæum in N. T. pag. 99. 1. 648. 1. 834. 2. 837. 838.*

AEGYPTII magis quàm omnes gentes, superstitiosi, bestias & serpentes adorârunt, *& vilia hortorum* coluerunt *olusc*ula, (*a.* & alia quædam, dictu etiam foeda, ut ructus & crepitus saturorum, unde à *S*atyricis apud Romanos agitati sunt. [*b.* Hospites aliquando fuerunt patriarcharum, & altores populi *J*udaici, instituti sunt à Josepho, Jacobi filio, [*c.* Mutatis regum animis nullum populum magis oderant, quàm Judaicum, quem *stirpitus eradicare* Busyris rex infantibus masculis in Nilum projectis voluit, (*d.* eamque immanitatem annos triginta exercuit: unde tot plagis & tàm horrendis Ægyptii, quot nulli unquam homines, afflicti sunt, quorum rex cum *delectâ populi multitudine* rubri maris undis obruitur. [*e.* Sesacus [*f.* rex cum Rehabeamo bellum gessit, & templum *J*erosolymitanum spoliavit. [*g.* Nechaus cum Josiâ pugnavit, eumque vicit: nec non Joacham filium ejus *in vinculis tenuit*, & filium alterum Joachimum *tributarium fecit.* (*h.* Libri Prophetarum multa Ægyptiis mala minantur, quæ tùm demum experti sunt, cùm *in servitutem* Assyriorum *gravem redigerentur.* Populus Judaicus, qui *J*eremiâ dissvadente in Ægyptum fugerat, ibi miserrimè quatuor plagis & afflictionibus interiit. *i.*

ANNOTATIONES.

(a. VT *porrum & cæpas vel cæpe. Juvenal. Sat. XV. à vers. 1. ad 12. Vide & Plin. lib.* XIX. *N. H. c. 18.* [b. *inprimis à Juvenal. loc cit.* (c. *Psal. CV. 17. 22.* (d. *vide supra Histor. 52.* [e. *Exod.* XIV. (f. *Luth. ex fontibus:* Sisak. LXXII. *edit. Hamburg.* Σȣσὰκ *edit. Rom.* Σȣσακὶμ. *Auctor sequitur Vulgatum Lat. qui habet* Sesac. 1. Reg. XIV. 25. (g. *ibid. & v. seqq.* [h. *vide supra Hist. 247.* (i. *supra Hist. 157. litt. h.*

388. BABYLONII.

BABYLONII fuerunt primi, qui in orbe terrarum regnum possederunt: quorum civitas antiquissima passuum octoginta quinque millia ambitu continuit, (a. *& mirifica incrementa cepit.* Merodachus Babylonius [b. de Manasse Judæ rege triumphum egit, & nepos ejus (c. totam eam tribum captivam abduxit, quæ anno servitutis septuagesimo à Cyro Persâ liberatur, (d. *Vita* Babyloniorum ita fuit *corrupta omnibus delitiis, sceleribus, libidinibus*, ut extremis temporibus Roma Babyloni comparetur à Sibyllis, Johanne Apostolo, (e. & divo Hieronymo. E Babylone populum Dei exire jubet Johannes, [f. ne cum eâ pereat, & in lacum sulfureum conjiciatur. Fuit olim Assyrii, & Persici imperii caput illa maxima Balon.

ANNOTATIONES.

[u. A*Pud D. Chr. Matth. Monarch. I pag. 37. dicitur continuisse sexaginta millia passuum, ex Plin. lib.* VI.

VI. N. H. c. 26. Solinio cap. 6. & Herod. lib. 1. h. e. XV. milliaria Germanica communia. [b. non fuit Merodachus, cujus suprà mentio facta fuit hist. 228. ejus enim non nepos sed abnepos, ut Auctor ibi habet, de Manasse triumphum egit (c. scil. Nebucadnezar. [d. vide Hist. 280. [e. Apocal. XIV. 8. 19. XVI. XIIX. 2. 10. 21. [f. Apoc. XIX. 4.

389 SYRII.

Syrii populi circa judæam sunt undique circumfusi: nomine antiquo dicti Aramæi, ut est apud Strabonem, ab Aramo, Semi filio. [a. Eorum nomine comprehenduntur etiam Leucosyrii, & Syrophœnices. Populo Dei omnibus temporibus adversati sunt, & ejus hostes *auxiliis juverunt.* Syriorum regem superbum Chusanem Othoniel dux, (b. Adadezerem opulentissimum rex David, (c. Benhadam potentissimum rex Achabus, [d. Azahelem crudelissimum joas rex superat. [e. Ipsi vicissim contra reges Israëlis & Judæ *multo successu usi sunt.* Baësam vicerunt, (f. Achabum occiderunt (g. joramum vulneràrunt, (h. Ochoziam fugarunt. (i. Acham vexarunt, (k. joacham *ad inopiam redegerunt.* (l. *Vires* demùm *omnes eorum fregerunt* joas (m. & jeroboamus, (n. Syrii capturi Elisæum, ejus occæcantur precibus, [o. Post re-

ductum

ctum è Babylone populum cum Judæis pugnârunt, non uter superaret, sed uter esset. Naaman Syrus regis Benhadadæ præfectus, â lepra purgatur, & hospes fit Ecclesiæ. *p.*

ANNOTATIONES

[*a.* Gen. x. 22. (*b. vide Hist. 77. litt. f.* (*c. Hist.* 141. *litt. e.* (*d. Hist. 147.* [*e. Hist. 180.* [*f. Hist.* 155 [*g. Hist. 160.* (*h.* 177. (*i. Histor. 206.* (k. *Hist. 216.* (*l. Hist.* 170. [*m. Hist. 108.* [*n. sc. Secundus. Hist. 183.* [*o. Hist.* 172. *litt. i.* (*p. Hist.* 171.

390. ARABES.

Arabes *contermini Judæis, homines*, ut Strabo, *malefici : feritate barbaris quibusq; propinqui*, ut Hegesippus: *odio infensa Judæis manus*, ut Tacitus. Sæpè in regionem propinquam *excursiones fecerunt, & exercuerunt patrocinia:* præsertim regis Jorami temporibus. [*a.* Regina Arabum ad Salamonis disputationes audiendas, Jerosolymam accessit: [*b* cum Arabibus Josaphatus rex Judæ *amicitiam sanciit:* (*c.* Ex Arabibus venturos, qui in Christum credant, & ei *debitum honorem habeant*, David (*d.* & Isaias *e.* loquuntur. Arabum coloni Nabathæi, filiis Mattathiæ, & Judæis oppressis, *præbuerunt hospitia, & consilio affuerunt, tempore tristissimo.* (*f.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Paral.* xxi. *16. seqq.* [*b. Hist.* 146. [*c. Hist.* 200. [*d. Psalm.* lxxii. *10.* [*e. Jesu.* lx. *6.* (*f. Hist.* 345. De Ara-

De Arabibus eruditè disserit, eosq; in tres classes distribuit Ludov. de Dieu. Animadvers. in V. T. p 2425. Vide eciam Hotting. Analect. p. 233. 241. 245. 252.

391 ASSYRII.

Assyrii, à *S*emi filio Assure [*a*. appellati quorum metropolis Ninus *ampla trium dierum itinere*. Cum Judæis *bella ferè continua gesserunt*, cupiditate singularis imperii. A Phulbelocho *pacem redimit* rex Manachemus, [*b*. à Tiglathphilassare vincitur Peca, [*c*. à Salmanassere abducitur Hoseas, [*d*, totaque gens Israelitica, quæ in perpetuâ Assyriorum servitute mansit. His victoriis non contenti, Judæ quoque regnum conantur evertere. Nam Jerosolymam obsedit *S*anheribis, tempore Ezechiæ: (*e*. eandem incendit Nebucadnezar, & regi effodit oculos. (*f*. Jonas propheta præfectum seu regem Nini, cum omni populo ad poenitentiam adduxit: [*f*. paulò antè tempore, quàm ad Medos imperium Assyriorum est translatum.

ANNOTATIONES.

(*a*. Gen. X. 22. (*b*. *Hist*. 189. [*c*. *Hist*. 191. (*d*. *hist*. 193. [*e*. *Hist*. 220. (*f*. *Hist*. 272. (*g*. *hist*. 186.

392. JOPPENSES & JAMNII.

Joppenses & Jamnii *vultus* quidem *amicos Judæis ostentabant, sed tetra in eos committebant flagitia*, inprimis Joppenses, ad quarum ur-

urbem cùm *navigia parata* Judæi *conscendissent*, cum uxoribus & liberis paulò in altum provectos, *fide publicâ violatâ*, non pauciores ducentis submergunt. (*a.* Idem facere Jamnii constituerant. (*b.* sed illorum crudelitate, horum malitiâ cognitâ, Judas Maccabæus, ad vindictam suos exhortatur, nocteque progressus [quo tempore ferè sua agebant negotia) portus eorum incendit, naves cremat, quosque homines ibidem reperit, ferro tollit. (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 2. *Macc. XII.* 3. *seqq.* (*b. ib v.* 8. *seqq.* (*c. v.* 9.

393. JAMBRII.

JAMBRII cum Syris colludentes, Johannem, Judæ Maccabæi fratrem, capiunt, & ludibrio habitum obtruncant. [*a.* Cùm è Chananæâ *sponsam* magni principis, *pompâ insigni deducerent*, Jonathas frater post collem qvendam abditus, *cum suis militibus ex insidiis prorumpit*, homines quadringentos intercipit, reliquos *in fugam vertit*, multo auro & gemmis, magnoque apparatu, & vestibus preciosis potitur, & Jambrios eodem dolo, quo suum fratrem, & alios ejus cognatos oppressérant, minimè id suspicantes, vindicat & evertit. [*b.*

ANNOTATIONES.

(*a.* 1. *Macc. IX.* 35. (*b. ib.* 37. 38. 39. 40. 41. 42.

Illu-

Illustrissimi Ducis
Ac Domini.

D. AUGUSTI,

Saxoniæ Electoris, Filio
Illustri.

D. AUGUSTO,
DUCI SAXONIÆ,
LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ,

S. D.

Georgius Fabricius Chemnicensis.

IN meis Historiæ sacræ libellis, quos ante annos quinque edidi, amici quidam desiderârunt, quòd postrema antiquæ Ecclesiæ tempora, quæ omnia fuerunt miserrima & tristissima prætermiserim: quorum judicium sapiens non fui ausus contemnere: ideò ut implerem, quod viri boni vellent, & aliis fortasse idem sentientibus aliquo modo satisfacerem, hunc de regibus Asmonæis & Idumæis ad superiores libellum adjunxi. Cùm autem in his narrati-

ratiunculis sacris Ebræorum libris minus adjuvarer, ut in reliquis maximâ ex parte factum est: scriptores Græcos & latinos, qui illorum temporum memoriam ad posteros traduxerunt, studiosè adhibui: non ut ostentatione doctrinam cœlestem testibus profanis interpretarer, sed ut factorum quorundam, aut temporum certitudinem probarem, cùm auctorum peregrinorum fides esse videretur Idonea: aut si minùs esset probabilis, nec vera satis deprehensa, eandem sententiam meliore corrigerem. De Theopompo Chio Isocratis discipulo, traditum est, ipsum divinitùs fuisse punitum, quòd sacram Mosis historiam narrantibus suis fabulosis [μηθολογίας ipse appellat) interseruerit. Eâ de causâ non fabulas colligere statui; sed nec falsa aut fabulosa sacris temerè intertexerem, volui cavère hominum sapientorum auctoritate & judiciis: persuasus animi inductione constanti, Ecclesiæ historias non esse tantùm expositiones rerum magnarum memorabilium: sed etiam conciones, exempla, miracula, quæ in luce esse, non latere in tenebris aut abdita jacere Deus voluit, iis præsertim hominibus, qui ipsum ex animo colunt, & fide invocans, eademque proponere mortalium generi ad cognitionem ipsius bonitatis & potentiæ & patientiæ doctrinam, & ad consolationem animorum & ad spem salutis ac vitæ sempiternæ. Recensentur quidem in hoc libello boni viri admodum pauci: sed tetri potiùs homines, præter faciem hominum nihil haben-

habentes, qui principes Ecclesiæ cùm essent, i-sam lacerârunt: doctrinæ præsides, eandem e-verterunt: quos ad perniciem orbis terrarum, splendidè vixisse, & cum illustri potestate fuisse, dolendum quidem est, quòd munere suo abusi contra humanitatem & justitiam sunt: sed ne-quaquam ad cognoscendum indignem aut inu-tile; quia de illo seculo, cujus imaginnm quan-dam nostrum hoc seculum repræsentat, discere debemus pietatem, & Dei observantiam: ne iram ipsius nos etiam securitate, contemtu, vo-luptatibus, ferociâ, scelere, omni impietatis & libidinis genere irritemus: & eodem tandem mo-do, ut populus Ebræus, qui jam colere & vereri Deum desierat, de patriâ deleamur: sed ut viva-mus dignè & convenienter professioni sanctæ, & nomini Christiano, utque fiduciâ sincerâ ac sta-bili expectemus adventum Christi Domini: tunc in carne visi inter homines, mox inter Angelos videndi cum gloriâ & majestate. Extant ex an-tiquitate libri his non dissimiles, virorum quo-rundam, quorum fama in Ecclesiâ celebris, & e-ruditio notissima est, qui eandem materiam tra-ctârunt, vel explicandis Dei promissionibus, ut fecit Prosper Tyro: vel expositione historiæ continuâ, ut Sulpitius Severus: vel exemplis singulatim recensendis, ut Isidorus Hispalensis: hos ambos è Bibliothecis vetustis nuper protuli, & non ita pridem vidi Johannem Utinensem, di-ligenteam virum sed non satis eruditum, qui an-

te annos ducentos & viginti quinque vixit, sub finem imperii Ludovici IV. Quorum exemplis nunc confirmo ipse me, speroque operam meam in sacris historiis breviter explicandis, non forte piis hominibus ingratam, aut adolescentulis incommodam. Hunc librum postremum, superiorum supplementum, Illustris Princeps ac Domine, felicissimi nominis tui auspicio cum aliis communico, ut cum auctoritate gravi & amplâ in studiosorum manibus appareat. Deus æternus suâ benignitate foveat ætatem tuam, conservetq; incolumen ac florentem Rempub. & ita formet ac regat sapientiâ spiritus sui, ut sis verè quod appellaris Augustus, ut & nostri posteri per te habeant lucem veritatis, & temporum tranquillitatem, ac cætera pacis emolumenta. Eludo illustri Misenæ Hermundurorum, Cal. Jan. inchoantibus annum

M. D. LXX.



SCRI-

SCRIPTORUM NOMINA, QUORUM SUNT Testimonia adducta.

Amos propheta.
Asinius.
Cedrenus.
Cicero.
Damascenus Johannes.
Damascenus Nicolaus.
Daniel Propheta.
David Propheta.
Dion.
Eusebius.
Epiphanius.
Eutropius.
Florus.
Hegesippus.
Horatius.
Hysicrates.
Jeremias propheta.
Josephus.
Justinus.
Juvenalis.
Lucas Evang.
Lucanus.
Macrobius.
Marcus Evang.
Martianus.
Matthæus Evang.
Nicephorus.
Orosius.
Ovidius.
Paulinus.
Persius.
Philo.
Plinius.
Plutarchus.
Porphyrio.
Porphyrius.
Ruffinus.
Solinus.
Suidas.
Sulpitius.
Strabo.
Tacitus.
Theodoretus.
Tertullianus.
Zezes.
Zonaras.

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS VIRORUM ILLUSTRIUM SEU HISTORIÆ SACRÆ

LIBER DECIMUS.

Præfatiuncula ad Lectorem.

J. S. M.

NE mireris, LECTOR BENEVOLE, si videas, non subjunctas esse post singulas hujus libri historias adnotationes nostras. Cùm enim auctores, ex quibus B. Fabricius Historias istas decerpsit, in Juventutis Scholasticæ manibus inveniri vix possint, nostrumque propositum fuerit, *illam ad sacrum bibliorum codicem deducere*, & opella nostra magis excreverit, quàm suspicati ab initio fueramus; noluimus in illustratione hujus X. libri prolixiores esse. Quæ tamen vel ex Scripturâ sacrâ, vel ex Josepho, qui multis quoque familiaris est, desumta videntur, suo loco breviter adnotabimus, & si ita necessarium fuerit, alia etiam nonnulla breviter illustrabimus.

Eccle-

Ecclesiæ à regibus Asmonæis & Idumæis lacerat.

REGES ASMONÆI.

394. ARISTOBULUS I. SACERDOS ET REX.

ARISTOBULUS, Johannis Hyrcani filius natu maximus, quod Græcorum consuetudine plurimùm uteretur, nomen Philellénis (*a.* accipit. *Hunc regnandi cupiditas fecit insanum:* nam, ut *illustrior* esset *auctoritate*, primus ex Asmonæis, (*b. non contentus munere religionis, & honore sacerdotii, apici pontificali tiaram imponit, & cætera regia ornamenta usurpat*, unctus & insignitus more majorum. Samariam rebellem, jussu patris, anno toto obsidet, Ithuræos in Cælesyriâ, gentem maleficam domat. Matrem jus suum petentem [summæ enim rei eam Hyrcanus præfecerat,] *necat squalore & inediâ:* fratres, matris observantes, *in vinculis tenet:* [*c.* Antigonum, quem præ cæteris se fratribus amare simulabat, juvenem strenuum, *opprimit per insidias.* (*d.* Sceleribus his perpetratis, *animi dolore acerrimo, tum cruciatu intestinorum sævo correptus*, non procul ab eo loco, ubi fratrem curârat interficiendum, *animam cum sanguine evomit*, anno regni, cujus fructum nondum ceperat, primo. Cùm *sibi omnia sumeret superbiâ*, partem cæteris non poneret infidelitate, *nec vitam in terris diu retinuit.*

ANNOTATIONES.

(*a.* à Nominativo Φιλέλλην, [*b.* Discrepantes de hujus epitheti origine opiniones vide apud *D. Bottich. Isag. Hist p.* 71. 72. & *Hotting. in Thes. Philol. p.* 529. 530. [*c. Joseph. lib.* XIII. *c.* 19. & *Calvisius ad A. M.* 3846. *NB. Vide quoq; Hornium in not. ad Sulp Sev. p.* 376. 377. & *confer Cornel. à lap. in* 2. *Maccab. fol.* 253. 2. *A. B. C.*

395. ANTIGONUS I.

ANTIGONUS, alter Hyrcani filius, fratre Samariam obsidente, occurrit Antiocho Cizyceno, qui auxilio urbi venerat: cujus copias *cùm* statim in fugam dedisset, novas recolligentem iterum profligat, demùm è ducibus ejus, ut urbibus occupatis cederent, unum ferro *expugnat*, alterum *pecuniâ*. [*a.* Rebus in Galilæa prosperè gestis, *coronâ regni*, quasi honoris consortio, à fratre *donatur*: cui repentè in suspicionem veniens, instigante fratris uxore, propè Stratonis turrim, ad navale *Samariæ*, à cohorte regiâ, quam frater ibidem sub ædificio abdiderat, insciens atq; innocens confoditur. (*b.*

ANNOTATIONES.

(*a. Calvis. A. M.* 3840. [*b. Joseph. loc. cit.*

396. JUDAS ESSÆUS.

JUDAS ex Essæorum collegio, *spiritu divino præditus*, Antigonum conspicatus victorem, cum exercitu splendido, ad fratrem Aristobulum, con-

contendere: discipulos suos, vultu & voce tristi, alloquens, mihi inquit, nunc mori voluptas est: quia *veritas* sublata est, & hodiè *in* Antigono *viro bono & simplice extingvetur:* qui ut regi placeat, & fratri se ostentet, *ad certum periculum incautus, & ad sepulchrum suum ignorans proficiscitur.* His dictis locum & tempus cædis prænunciat: quæ eodem die prolata, & perfecta esse, (*a.* exitus comprobavit.

ANNOTATIONES.

(*a. h. e. adimpleta, & eventu ipso probata. &c.*

397. ALEXANDER. I. SACERDOS ET REX II.

ALexander, patrio nomine Jannæas, vel Jannæus, non Aristobuli (ut Sulpitius Severus) sed Hyrcani filius tertius, (*a.* adhuc infans educandus in Galilæam ablegatur: nam pater, *somnio quodam territus*, eum in suo conspectu vivere noluit: cùm filiorum scelera animo provido cognovisset. *Adolescentiam ingressus* à fratre Aristobulo, quòd matri faveret, tenetur captivo. Regnum adepto post fratrum duorum interitum, in superstites fit crudelis:

alterum de vitâ tollit, alterum conceſſâ illi domo privatâ, *ſoliò excludit.* Oderat eum populus, propter morum aſperitatem: oderant ſacerdotes, tanquam *impium & honore ſacro indignum:* eâ de causâ ſibi timens, *peregrino & barbaro ſatellite utebatur.* In nobilitatem ſibi repugnantem exemplis horrendis animadvertit: quorum uxores & liberos, in parentum conſpectu laniat, ipſos parentes, *tali ſpectaculo ſemianimes,* in cruces agit. Antipatrum Herodis patrem, perſpectâ ejus induſtriâ, primus evehit in totius Judææ perniciem. Vrbes Idumæorum, Syrorum, Phœnicum multas expugnat. Moabitas & Galaatias *facit tributarios.* Gazam Philiſtinorum cum portu diruit. Contra Ægyptios & Arabes, *pugnat valdè infeliciter:* nam Ptolomæus, Lathurꝙ, (vel ut Plutarchus) Lamyrus, Judæorum triginta millia ſternit, & captivos veſci carnibus interfectorum cogit. Obedus verò Arabs eosdem in Anguſtum compulſos, non telis ad ſupplicium petit, ſed camelis proterit. Belli labores Alexander nullo tempore intermittit: *erga omnes importunus, intemperans, immanis, non rarò etiam ebriùs.* Moritur in caſtris, in quibus ſemper vixerat, anno regni ſeptimo & vigeſimo, ætatis quadrageſimo nono. *Vincendo conſumtus eſt, quia victorias obtinuit admodum cruentas,* & ſuo ipſe populo magis nocuit, quàm hoſtibus. [b.

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. Vide Calvis. A. M. 3846. Hunc Alexandrum coævum faciunt Salvatori nostro Judæ nonnulli; sed ineptissimè nec sine temporum confusione. Vide Walæum in N. T. pag. 942. 2. Eum Aristobuli filum præter Sulpitium Severum, etiam Heidmanus opinator in Patæst. pag. 94. De Gaza ab Alexandro dirutâ vide Wal. in N. T. pag. IIII. & Heid. Pal. pag. 96. num. 54. (b. Vide Joseph. lib. XIII. c. 20. & Calvis. A. M. 3872. De hoc Alex. vide quoque Histor. Ebr. Gorionidis cap. XXX. & Chronicon templi secundi fol. 39. col. 3. Quantoperè amplificârit regni Judaici pomœria, exponit ex Capello Hornius in Sulpit. p. 377. Octingentos quoque Pharisæos uno tempore cruci adfixit. Vide Josephum lib. XIII. c. 22.

398. ALEXANDRA REGINA III.

ALEXANDRA regina, vero nomine dicta Salome, non Salina, ut in corruptis libris Sulpitii & Eusebii. Hæc *ferocem mariti sævitiam & impetum coërcuit suâ modestiâ.* Post ejus obitum, virili audaciâ, regnum gubernat annos novem. Animosa, propter potentiam: cara populo, propter simulatam legis observationem. Maritum defunctum, nisi de Pharisæorum voluntate, sepulchro condere noluit, ut eorum favore regnaret, propter quos *odio & invidiâ* ipsa *laboraverat:* quod consilium ita feliciter cessit, ut & *funus amplissimum* Rex *haberet*, & ejus *filii regium decus retinerent.*

Alexandra natu majorem filium Hyrcanum II, *indolis ignavæ, & remissi ingenii juvenem*, summum sacerdotem creat: alterum indignatione parantem ex aulâ discedere, non invita dimittit, & *frangit contemtu.* Ipsa igitur Alexandra reginæ titulum, *filius speciem regis sed regnum reipsa Pharisæi possidebant.* Tigranem Parthorum regem, ne bellum è Syriâ transferret in Judæam, cùm ferro non posset, auro avertit. Anno regni nono, [*a.* ætatis tertio & septuagesimo moritur, rege marito melior, filio successore animosior.

ANNOTATIONES.

(*a*, Joseph. *lib. XIV. cap. I. & Calvis.* A.*M.* 388. 1. *Salomen Josephus appellat XIII. c.* 20. *Sulpitius, Eusebius, Hieronymus & Epiphanius Salinam.*

399. HYRCANUS II. SACERDOS ET REX IV.

Hyrcanus II.(*a.* apud Lucam Evangelistã Janneus, [vel Jannæus) Alexandri primus filius, *cui morum simplicitas regnum dedit, stupor ingenii retinuit, credulitas tandem ei & regnum & vitam ademit,* Beneficio matris summus sacerdos creatur, quæ potestatem cum filio ideò æquavit, quia tenere ipsa propter sexum non potuit: erat tum *honor sacerdotii* (ut ait Tacitus) *potentiæ firmamentum.* Post matris mortem etiam Rex proclamatur: sed utraque dignitate exuitur, perfidiâ fratris Aristobuli.

buli. Exul in Arabiam fugiens, consilio Antipatri Idumæi, armis Aretæ Arabis restituitur; sed ei invidens frater, *machinari in eum scelerata* non desistit. Urbem Jerosolymam, & templum ante id tempus inviolatum (ut ait Florus) capit Pompejus, & *arcanum illud, patens aureo cœlo* (ut idem inquit) intrat. Redactâ in provinciam totâ Judæâ, dignitatem sacerdotii integram Hyrcano reddit, templi postea instaurandi potestatem ei facit Cæsar. Ipsum inexercitu Ægytiaco Romanis pugnasse, tradiderunt Asinius & Hypsicrates: quod de viro mansueto & segni credibile non est, qui *alienis exercitus etiam proprios commisit.* Idem circumventus à fratris filiò, *auribus mutulatur:* à Pacoro Partho abductus, & à Phraate fratre ejus solutus, honestè exulat Babylone: ab Herode revocatus, à Dositheo proditus, *afficitur capitali supplicio*, senex jam octogenarius. Ad regnum retinendum *multâ contra pietatem, & jura majorum* fecit, Davidis sepulchrum propter avaritiam aperuit. Præfuit annis triginta & quatuor, exceptis annis exilii. [*b.*

ANNOTATIONES.

[*a.* Epiphanius *part.* 2. *Dubior. Evang. Dub.* 1. *Pag.* 18. *hunc vocat* Alexandrum Jamneum *Hircani filium, Aristobuli fratrem, dicitque, imperare cœpisse* A.M. 3850. *Respicit autem auctor ad Luc.*

Luc. III. 24. ubi per ἰαννὰ *uonnulli Jannæum, sive Hyrcanum II. intelligunt, uti refert Cornel à lap. in* Luc. *f. 81. 2. B. An verò conciliari hoc cum Chronologiâ queat, alii, quibus plus est otii, viderint. (b. Joseph. lib. XIV. De dissidiis istis inter fratres Hyrcanum & Aristobulum, nec non de incommodis inde exortis, vide Hornium in Sulp. p. 478. & pag. 379. fin.*

400. ARISTOBULUS II. SACERDOS ET REX V.

ARISTOBULUS II. regis Alexandri alter filius, non primus è sacerdotibus (ut ait Orosius) rex fuit, sed ei cognominis Aristobolus patruus. *Homo arrogans, facinorosus, perfidus*, suâ temeritate genus regium affligit, & *patriam in servitutem*, undè postea non evasit, *conjicit: aliis invidens, quod ipse non potuit obtinere.* Fratri ipsius Hyrcano populus favebat, ipsum (*a.* efferebant sacerdotes, quorum operâ fratri adimit sacerdotium & regnum, familiares ejusdem (*b.* securi percutit, socios Arabes *bello infestat*, fratris ducem Antipatrum ex Idumæa ejicit, fratrem ejusdem prælio captum occidit. *Consilia tuta* cùm *nulla admitteret*, & Pompejo, ut ait Dion, *fidem in re nullâ servaret*, primùm ab eo ducitur in triumpho, ut Eutropius: (*c.* iterum ab Antonio, equitum Gabini præfecto, capitur, ut Plutarchus. Evinculis evadit Romæ, *corruptis auro* custodibus: secundùm liberatur à Julio Cæsare qui cum ei duas

duas legiones committeret, *veneno* à Pompeianis *intercipitur*, in insulâ Melite, (*d.* inde corpus ejus Antonius reportat in Palæstinam, ad regia monumenta. Dedicaverat Romæ in templo jovis Capitolini auream vitem & coronam, quæ se vidisse josephus testatur.

ANNOTATIONES.

(*a.* SCil. *Aristobulum II.* (*b. scil. fratris sui*, *Hyrcani* [*c. Vide quoque Plinium lib. VII. cap. 27. & Eberum in Calend. Histor. ad* XXX. *Sept.* (*d. hodie* Malta.

401. MANAIMUS ESSÆUS.

MANAIMUS ESSAEUS severissimi vir instituti, & *futurorum sciens*, puerum Herodem ad literarum magistrum euntem, regem judæorum saltutavit: qui cùm virum illum, ut fieri solet admiraretur, seque *conditionis obscuræ hominem* esse diceret: Manaimus humerum ejus percutiens, ne dubites (inquit) quin regnum fis possessurus, idque ego tibi certissimò denuncio: sed valdè doleo, te tantam felicitatem neglecturum, quoniam *omnis pietatis*, *justitiæ*, *veritatis* eris *inimicus*, & nostri populi (*a.* hostis iniquissimus, & *princeps planè abominandus*. Cum Herodes de regni diuturnitate porrò interrogaret, num decem annos esset regnaturus; etiam viginti & triginta regnabis, ait:

sed

sed numerum integrum exprimere noluit: [b. septem autem adhuc Herodes supervixit. [c.

ANNOTATIONES.

[a. h. e. Judaici [b. vel non potuit. [c. juxta Crollium f. 484. col. 2. impetravit Herodes ille 40. ann. cum auctore sentit D. Christ. Matth. Mon. IV. pag. 69. col. 1.

402. ONIAS, PHARISÆUS.

ONIAS *primi nominis sacerdos, innocentiâ & pietate venerabilis.* Quod aliquando pluviam tempore difficili, precibus impetraverat, *gratiosus apud populum, vir minimè popularis.* Obsidentibus templum Jerosolymitanum Hyrcano II. (a. & rege Aretâ, populari violentiâ producitur, ut factionem Aristobuli, templum tenentem, diris devoveat, id vir integerrimus *facere detrectavit.* Plebe instante, quæ in seditionibus audit neminem, *provolutus in genua, sublatusque in cœlum oculis atque manibus, Deum obsecrat,* ut patri neutri tradat victoriam, quoniam inde pugnaret populus, inde obsiderentur sacerdotes: victoriam contra sic moderaretur quantum prodesset saluti communi. Quæ verba vix elocutus, à circumstante multitudine, ut Zonaras scribit, *lapidibus obruitur.* Ejus mors causa perhibetur fuisse, ut à Pompejo urbs caperetur, Deo ipso hominis inocui interitum vindicante, & puniente plebem seditiosam.

AN-

ANNOTATIONES.

(a. VIde de hoc hist. 399. Editio Histor. Sacr. Fabr. Lipsi. clo Ioc X. pag. 291. in margine hujus Hist. laudat 1. Macc. XII. 7. seqq. Sed diversissimus est Onias hic & illic descriptus.

403. SAMEAS, PHARISÆUS.

SAMEAS, Pharisæus, Pollionis Pharisæi discipulus, *magnæ æstimationis, majoris, animi senex.* Cùm Herodi adhuc adolescenti, propter latrocinii crimen dicta dies esset, & cohortem militum secum ad judices adduceret: nemo *ei facinus intentare*, (*a. eut eum lege postulare* (*b.* audebat. Cæteris trepidis & sedentibus, Sameas surgit, *& coram totâ concione dicit*, se reum antehac vidisse neminem, quin *sordidatus ad subsellia veniret*, ante quæ astaret nunc Herodes armato satellite. Hunc tamen, inquit, quòd suæ incolumitati consulit, non reprehendo: vos miror, cur tantum licentiæ cuiquam in civitate liberâ permittatis. Herodem malum esse, dubium non est: sed vos ne ignoretis Deum esse justissimum Quòd si in HYRCANI gratiam, hominem reum nunc dimittis, *Deo ultori*, & tu, rex HYRCANE, & vos, judices *daturi pœnas estis.* Vox hominis divinior fuit, quàm ut illo tempore intelligeretur. HERODES enim & regem HYRCANUM, & totum Synedrion *ferro* posteà *sustulit*, & multos Pharisæos interfecit: uno hoc Sameâ excepto, qui

cæte-

cæteris persuasit, ut Herodem cum patientiâ & silentio tolerarent, conversionem factam divinitûs posse mùtari à nemine.

ANNOTATIONES.

(*a. h. e. facinoris accusare. Sic Quintil. lib. 3. c. 10. Crimen invicem intentant.* (*b. Phrasis ista Cœli est ad Ciceron. lib. 8. epist. 12.*

404. ALEXANDER II.

ALEXANDER II. Aristobuli II. filius, cùm Romam vinctus à Pompejo mitteretur, custodes in Cilicia fallit, & amicorum opibus, apud quos annos circiter quinque latuerat, bellum renovat, (*a.* & cum Gabinio duce Romano confligit quinquies. *In hostis potestatem veniens*, Romam denuò ablegatur. Dimissus iterum, jurisjurandi ac *beneficiorum immemor*, passim cædit Romanorum præsidia, & latrocinantis in morem per Syriam vagatur. Id cùm *non diu caderet ei feliciter*, Antiochiam perductus, jussu Pompeji, sententia Scipionis, Syriæ præfecti, *percutitur securi*. Ejus filiam Mariannem *pulchritudine eximiam*, Herodes sibi conjugem expetivit.

ANNOTATIONES.

(*a.* ET *plurimùm in Judeâ tumultuatur. Plura de eo vide apud Calvis. ad* A. *M. 3893.*

405. ANTIGONUS. II. REX VI.

ANTIGONUS II. Aristobuli II, regis alter filius, *ingenio vario, consilio audaci, fide dubiâ.*

E cu-

E custodiâ Romanâ *evadit* bis. Ad regnum repetendum exercitus Parthicos in patriam adducit, Hyrcano patruo *aures suis abscindit dentibus*, ut Hegesippus scribit, tum vinctum hostibus tradit abducendum. Herodem è Judæâ fugat, conjuges ejus & liberos obsidet, Phaselum & Josippum fratres, illum in nervum (*a.* conjicit, hunc in viâ Asiaticâ, cum *iret pabulatum*, extingvit. Vrbem sacram & arcem regiam exteris objicit spoliandam, prætores Romanos *aut astu eludit*, aut *corrumpit muneribus*: æmulus Herodis perpetuus, quia *familiæ Asmonææ*, blanditus Romanis, *regnum eripuerat*. Tandem ab iisdem Romanis hostis judicatur, impellente Herode, captus à Sosio: *securi cæditur*, mandante Antonio Trium viro. *Relinquit nullam prolem masculam*, regum è stirpe Asmonæorum postremus. Cujus majores cum *pro gente & patriâ*, *multa memorabilia gessissent*: posteri eâ *dignitate* quâ annos centum & viginti *functi magnificè* erant, odiis & dissidiis mutuis exciderunt.

ANNOTATIONES.

(*a.* NErvum *etiam appellamus* (*inquit Festus*) vinculum ferreum, *quo pedes, vel etiam cervices impediuntur. Vide Plaut. in Captiv. & Asin.* Alii *dicunt*: corripere aliquem in nervum.

406. ARISTOBULUS III. SACERDOS.

ARISTOBULUS III. (ab Hegesippo dictus Jonathas) Alexandri II. filius. Huic Herodes dedit sacerdotium: nam ejus avum præterit, quod administrare debilem, munus sacerdotale non decebat: & Ananelum, quem ipse ornaverat, rursus ejicit, quod etiam *more inusitato faciebat:* nam præter Antiochum Epiphanem, hominem teterrimum, nemo, *quod datum semel fuit, beneficium clienti rursus abstulit.* Herodes utrumque faciebat astutè, ne Cleopatræ, reginæ Ægyptiacæ *gratiam effunderet*, quæ Aristobulo favebat, & quam timere ipse cogebatur. Erat Aristobulus *adolescens, & propter majorum memoriam, & suam indolem excellentem, populo acceptus, ejusq; omnia facta, spectabant ad dignitatem.* Inde *acerbo in ipsum odio* Herodes *flagrare* incipit. Vocato in hortos Hierichuntinos ad cœnam, *obsequia simulata exhibet, & ad lusus & jucunditatem invitat.* Adolescens minimè suspiciosus, cum *in piscinâ animi causâ nataret*, à regis amicis, qui subornati fuerant, *in aquâ suffocatur*: anno sacerdotii primo, ætatis, ut Zonaras, decimo septimo: ut Josephus, decimo octavo. *Fuit liberalitate vultûs, staturæ proceritate, totius corporis dignitate admirandus:* cui virtus eximia, & favor populi exitium maturaverunt. [a.

AN-

ANNOTATIONES,

[a. De hoc agit etiam Calvis. ad A. M. 3901. & D. Chr. Matth. Mon. IV. p. 96. col. 1.

407. ALEXANDRA. II.

ALEXANDRA II. neptis Alexandræ I. Alexandro II. [a. nupta, *omnium fœminarum ærumnosissima.* Nam præter publicum luctum in turbatâ patriâ, suam liberorumque obsidionem, fugas cognatorum, urbis sacræ triplicem direptionem, exilia civium, etiam ipsa *obruta multis calamitatibus domesticis* est. Pater ejus Hyrcanus *pœnâ publicâ afficitur*, (b. patruus Aristobulus *veneno necatur*, maritus Alexander, & levir Antigonus securi cæduntur, filius Aristobulus *aquâ mergitur*, filia Marianne perimitur *gladio*, nepotes *spe regni penitùs excluduntur*, omnis Asmonæorum stirps deletur: donec & ipsa *morte violentâ à sicario*, quem ei gener immiserat, *interiit*, *annum ætatis jam egressa sexagesimum.*

ANNOTATIONES.

[a. De quo vide Hist. 404. (b. vide Hist. 399. & D. Chr. Matth. Mon. IV. p. 69 col. 1. n. 7.

408. ANTIPATER. IDUMÆUS I.

ANTIPATER cujusdem Ascalonitæ, Apollinis æditui, & Cypridis Arabicæ astutissimus, secundum Zezem, filius, quem è nobilissimis gentis

Judææ, qui è Babylone venerant parentibus, genitum esse Nicolaus Damascenus, *assentator regius*, finxit. Inter piratas educatus, ex ergastulis Idumæorum, *ad præfecturas militares evehitur. Ingenio industrius, manu promptus, laborum patiens, gratiæ magis, quàm pecuniæ studiosus:* ducum Romanorum assecla, ut potentiam augeret: *religionis simulator*, ne Judæos offenderet. Regibus inter se hostiliter dissidentibus *eas partes fovit, à quibus plurimum sperabat dignitatis:* inprimis Hyrcani II. causam defendit contra fratrem Aristobulum: illum captu facilem naturæ simplicitate animadvertebat, hunc versutum & confidentem maximè oderat, & tacitè metuebat. Ab Hyrcano declaratus dux, bis pugnavit in Ægypto, primùm cùm Ptolemæum Auletem reduceret Gabinius: iterum cùm Julius Cæsar *bellum* Alexandrinis *inferret*. In quo bello *alacritate & animi magnitudine, nullo duce inferior fuit:* eâ de causâ jus civitatis Romæ, & procurationem totius Judææ accipit. Tanto *honore elatus*, filios Phaselum urbi sacræ, Herodem Galilææ, Josippum Idumææ præficit. Inique ferentibus Judæis, quod hominis externi tantùm crevisset auctoritas, Malachum (*a.* quendam instimulant, cui cùm parùm procederet audacia, ad insidias conversus, per Hyrcani pincernam, *venenum propinat Antipatro*, qui paulò ante vitam ei conservaverat. Hoc

eodem

eodem anno Romæ Julius *interficitur multis vulneribus.*

ANNOTATIONES.

[*a. Alii vocant* Malchum, *ad A.* M. *3907. De hoc Antipatro vide etiam Hornium in Sulp. pag. 390. 381.*

409. PHASELUS.

PHASELUS Antipatri primogenitus, (*a.* vir fortis & prudens, præfectus Jerosolymorum, *dux Judaicæ militiæ*, dignitatem Hyrcani stabilivit, & *civiles tumultus compescuit.* Tetrarcha Judææ factus ab Antonio est, sed cùm *Antigonus* II. urbem sacram exercitu Parthico occuparet, in turba capitur, néve quid *durius aut indignius pati* cogeretur, *caput* in custodiâ *in parietes illidit*, & voluptatem hostibus occidendi sui præripit. In ejus honorem, Herodes frater Phaselidem, turrim maximam Jerosolymis, & ejusdem nominis civitatem præclaram, non procul Hierichunte ædificat.

ANNOTATIONES.

[*a. Et Herodis frater. Vide de illo Joseph. l.* 14. *c.* 17. *& Calvisium ad A.* M. *3904.*

410. JOSIPPUS.

JOSIPPUS *Antipatri* filius tertius, præfectus Idumææ, & Judææ quæstor. Ejecto à Patris fratre Herode, ejus conjuges, libros, fortunas in urbe Massada, *tuetur fide & virtute egregiâ.*

Præterea *obsidionem gravem tolerat* tam diu, donec Herodes, reversus Româ, suis opitularetur. Commendatur eidem Marianne, [*a.* cùm ad Cleopatram Herodes abiret: sed cùm *secreti* nescio *quid* Marianne *ei aperuisset*, conspectum fratris (*b.* hominis suspicacis, fugere aliquandiu cogitur. In Asiam ad Antonium properans, in angustiis deprehenditur, & ab Antigoni II. (*c.* militibus, opprimitur, cum omnibus suis copiis. *Ejus caput affixum palo, ludibrii causâ per castra circumferetur*, quod frater Pheroras natu minimus, *pecuniâ ingenti redimere* cupiens nihil impetrat.

ANNOTATIONES.

(*a. De quâ vide Hist.* 414. [*b. scil. Herodis.* [*c. de quo vide Hist.* 405.

411. PHERORAS.

PHERORAS Antipatri minimus natu filius, *à fratre* Herode in adolescentiâ *studiis ac voluntate diversissimus*. Nam Herodes *industrius & rei serviens locupletabatur*: Pheroras ut cessator, *ludo q. & voluptatibus deditus*, ab Horatio Poërâ *tacitè incessitur*. Excitatus tandem insidiis & iniquitate inimicorum, *levitatem vitæ prioris corrigit*. Post amissos fratres Germanos duos, Herodem omnibus opibus contra Antigonum II. adjuvat. Impetravit tetrarchiam à Cæsare Augusto, & ad ingenium malefi-

leficum rediens, fratris domum, quam bello civili videbat esse similem, magis perturbat. (a. Mariannæ uxor, & ejus duo filii, ut interficerentur, efficit: fratri demum seni & jam socero suo venenum propinare cogitat, & *captus amore alieno uxorem suam repudiat. In morbum* cùm *incideret*, ab Herode ejus scelerum insscio, fraternâ observantiâ invisitur, qui *defuncto* etiam *honores tribuit.* Filiæ ejus Roxane & Salome ab *A*ugusto Cæsare, fratribus ipsarum patruelibus, Herodis filiis *collocantur*, *dote liberali & magnificâ.*

ANNOTATIONES

(a. Vide *Joseph. lib.* 17. *cap.* 3. & *Calvis. ad A. M.* 3947.

REGES IDUMÆI.

412. HERODES I. ASCALONITA.

HERODES, Antipatri secundus filius, duplici cognomento, *A*scalonita, ab *A*vi patriâ: Magnus, à rebus gestis: Brephoctonos, [a. à cæsis infantibus. *A* Zonara prætor Cælesyriæ à Porphyrione rex Syrophœniciæ nominatur: quas dignitates ab aliis ei tribui non memini: ut nec Strabo verè scribit à Romanis ipsum præfectum sacerdotio, cùm regnum tantum acceperit: sed tamen more gentis Judaicæ inunctus non est, quia secundum pro-

phetam Danielem, exterminata jam erat unctio. Sacerdotium Judæis relinquit: sed de suâ id voluntate, cui voluit, aut dedit, aut precio vendidit. In regni initio per triennium commodus, sed posteà totâ vitâ intolerabilis. *In tyrocinio audax, indefessus, & rerum magnarum semper cupidus: in gubernatione tyrannus immanis, & hypocrita astutissimus.* Vincit Galilæos, Arabes, Judæos: Samariæ nomen abolens, eam Augustam vocat. Militat Antonio, & *auxilia mittit Augusto*, & amicis litteras scribit duplices, ut belli eventum cautè expectent, & cui victoria contigerit, ei litteras tradant, & munera: alteras conscindant. Apud Romanos duces semper gratiosus: Augustus eum suprà omnes, excepto Agrippa, dilexit: Agrippa dignum judicavit propter magnificentiam, qui totum Syriæ vel Ægypti regnum possideret. *Urbes plurimas amplificat, novas splendidè extruit, templum sacrum in formam angustiorem redigit:* Antiochenis, Rhodiis, Nicopolitanis *tribuit beneficia. Liberalis ergà exteros, in cives atrox, erga domesticos ferâ silvestri truculentior*: unde tot hostes timuit, quot filios se metuentes haberet. Consilium publicum, duorum & septuaginta virorum nobilissimorum tollit de medio: amicos regis Antigoni II. quinque & quadraginta jugulat: adolescentes studiosos quadraginta, cum duobus sacerdotibus Judâ atque Matthatiâ, rogo imponit; omnes homi-

homines, quocunque modo sibi adversantes, aut levi de causâ suspectos, excruciat: *miscens interdum pœnis amicitias, beneficia injuriis, sceleri pœnitentiam.* Zachariam patrem Johannis in sacrario ab eo sublatum, solus Cedrenus scribit. Majore *furore accensus in sua viscera*, conjugem Mariannem, & socrum Alexandram interficit; filios tres necat, Aristobolum, Alexandrum, Antipatrum, quibus addit quartum Macrobius, intra bimatum peremtum. Aristobulo affini, *M*ariannis fratri *adimit* sacerdotium & *vitam*: sorores maritum, & filium ejus, ut scribit *P*hilo, obtruncat, *P*ersarum *M*agis, regem *M*essiam inquirentibus, struit insidias: (*a.* Christum ipsum ad necem investigat: (*d.* urbem Bethlehemam & agrum vicinum, masculorum cædibus exhaurit, quod tradit Matthæus Evangelista. [*e.* *Incidens* demum *unâ contagione in morbos plurimos, cruciatu longo*, & tetro fœtore, vermibus toto corpore erumpentibus, *consumitur*: cultrum in viscera acturum *M*etroëbus consobrinus, & Achiabus minister prohibent. *Moritur miserrimè, cùm dolorum remedium nec animo inveniret, nec sentiret corpore. Florem nobilitatis & senatûs reliqui*, ante mortem conabatur extinguere, ut essent qui in ejus flerent exequiis, nulli hominum, ipsius tyranni judicio, flendis. Regnavit hoc inter

homines monstrum, annos septem & triginta, quod *terra tulit annos septuaginta.* (*f.*

ANNOTATIONES.

(*a. Gr.* βρεφοκτόνος. *Dicitur etiam* παιδοκτόνος. *Quare Ascalonita dictus, exponit Spanhem. part. 2. Dub. Evang. pag. 238. Quæ ejus mater fuerit, & quomodo vocata, vide aqud Casaubon. in Exercit. pag. m. 11. Quam enormiter Justinus de tempore, quo vixit Herodes, errârit, exponit Casaubonus pag. 112. Exercit. contra Baron.* [*b. Matth. II. 16. 17. Joseph. lib. 14. cap. 13.* (*c. Matth. II.* (*d. ibid.* (*e. loc. cit.* (*f. vide* Joseph *lib. 17. qui prolixè admodùm Tyranni morbos & mortem describit. Adde & Eusebium, quia ad* Josephi *testimonium provocat, & verba hujus partem exscribit. Vide Boxhornium in Histor. Univers. pag. 67. & Walllum in N. T. pag. 19. col. 1. v. 2. Quidam ex Apoc.* VII. *4. colligere numerum occisorum infantum satagunt, putantque interemtos fuisse* 144000. *Vide D. Chr. Matth. Mon. II. ag.* 202. Philo *& Macrobius,* (*inquit D.* Althoferus *Harm. pag. 94.*] *scribunt inter pueros istos etiam* ipsum Herodis filium, *quem illi conjux de tribû* Juda *pepererat, interfectum fuisse. Vide de hoc infanticidio D. Chemnic. lib. 1. Harm. c. 13. Et de Herode ipso Hornium in Sulpit. pag.* 381. 382. *Videri potest Christ. Noldii Historia Idumæa, seu diatribe de vitâ & gestis Herodum, Francqueræ* 1660. *edita. Calixtus in Harmon. pag. 25. seqq. Casaub. exercit. 1. contra Baron. num. 3. Scaliger in animadvers. in Eusebium pag. 148. seqq. Glass. Gramm. S. p. m. 806. Quomodo templum*

plum in formam augustiorem redegerit Herodes, vide apud Hornbek contra Judæos pag. 154. seqq. De adolescentibus XL. cum duobus Sacerdotibus ab Herode rogo impositis, vid. Dieteric. Dom. XXV. Trin. part. 1. in analysi. Quod Auctor soium Cedrenum scripsisse ait, id alii quoque asserunt. Vide Glass. Phil. Sac. p. m. 215. ubi memoralia non pauca, Adde Rivetum in Orth. Cath. part. 1. p. 150. & Bakium in Exposit. Evang. Fer. II. Nativ p. m. 180. aliosque, qui Evangelium illud explicârunt uberius. Cornelius à lap. in Luc. fol. 75. 1. D. ait Herodem, quinto die post infanticidium mortuum, anno 2. Christi.

413. SALOME TYRANNA.

SALOME, Herodis soror & affinis: nam fratri Herodis nupta erat, *mulier improbissima, in quam convenit, quicquid dici in scelestam & truculentam potest: maritorum exitium, familiarium pestis*, gentis Asmonææ calamitas, *aulæ totius procella. Ad omne malum facinus non minùs ingeniosa, quàm promta: nescia nec iræ, nec furori moderari, cædium multarum auctor.* (a. E peregrinâ insolens, ex ignobili superbissima: cujus instinctu Herodes egit, quicquid contra jura Dei & hominum perpetravit: soli enim credidit, & sola ei, cujus ingenio erat simillima fida fuit: *Testamento amplo* post fratris interitum *ditata hæredem* ipsa *scribit* Juliam Augusti Cæsaris conjugem: quam in domo paternâ Liviam dictam, scriptores Latini prodiderunt.

ANNOTATIONES.

(a. UNde patet, ipsam nihil minùs fuisse, *quam Salomen h. e. pacificam.*

MA

414. MARIANNE.

MARIANNE Alexandri II. regis filia, *puella præclara, propter formam in regium thalamum ducitur ab Herode*, qui conjugem Dosidem Idumæam [Hegesippus Jerosolymitanam appellat] non rectè repudiat, & *amorem in eam unicam transfert:* quod illi & invidiæ & interitûs causa fuit. *Malis maximis sub marito tyranno affligitur*, qui ejus avum, patrem, patruum, fratrem sustulit, & ipsi innocenti insidias tetendit. Ejus causâ fratri *Josippo* (*b. interdixerat suum conspectum*, & Soëmum amicum ac familiarem peremerat. Tantis doloribus afflicta, *animum à merito paulò alieniorem ostendit*, quod cùm animadverterent aulicæ mulieres, *nactæ ejus evertendæ occasionem*, adulterii & veneficii perfide accusant: quibus *calumniis* Herodes *agitatus, & suspicionum plenus, capitis damnat immeritam.* (*c. Ad locum supplicii nec gressu timido, nec vultu mutato accedit: nec vitam ponit muliebriter, cum admiratione eorum, qui animosam ducerent, & interritam mori spectarent. Ejus desiderium animo tàm impatiente* maritus interfector *tulit*, *ut solitudines amens adierit, & de morte sibi conscisccndâ, per furorem cogitârit, & nomine mortuæ sæpè vocato ægritudinem lenierit.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. DE quo vide Hist. 404. (b. vide Hist. 420. (c. D. Chr. Matth. Mon. II. p. 202. col. 1.

415. ARISTOBULUS. IV.

ARISTOBULUS IV. Mariannes primus filius, cum fratre Alexandro Romæ apud Asinium Pollionem annis decem educatur, *iis artibus instructus, quæ decerent hominem ad res magnas natum.* Huic despondetur amitina Berenice (a. patris voluntate, ex quâ genuit filios AGRIPPAM, (b. postea regem Judææ, & HERODEM regem Chalcidis, & Aristobulum: duas idem filias HERODIADEM & Mariannem. A socru iniquâ, & uxore perfidâ *in vitæ periculum conjicitur*, nullo suo merito: & quamvis *crimina atque obtrectationes purgâsset aliquoties*: tamen *ex animo* patris *evelli suspicio non potuit*, quæ aucta tantoperè est, ut publico conventu Berethyno, sententiis exortis, adolescens regius damnaretur, & inde ductus Cæsaream, *infami morte suspendii tolleretur.*

ANNOTATIONES.

(a. DE quo vide infrà Hist. 427. (b. quæ fuerit, ostendit Walæus in N. T. p. 1273.

416. ALEXANDER III.

ALEXANDER III. Mariannes alter filius, Romæ *institutus, spe summâ indolis præstantissimæ.* Idem patre

patre volente *uxorem accipit Glaphyram*, regis Cappadocum Archelai filiam. *Huic gratiam industria, laudem eloquentia conciliavit apud omnes:* sed apud solũpatrem *obfuerunt ei illa egregia & animi & ingenii bona. Odium* paternum *in eum Accusationibus* & maledictis, *tanquam facibus, intenderunt* Salome noverca, & *frater* Antipater, *alia matre progenitus,* & Euricles quidem Spartiata. In gratiam eum reponit socer Archelaus, [a. singulari commento, quod Zezes refert: sed à patre, semel atque iterum reconciliato, nunquam verè amatur; nec potuit ipse *summas injurias dissimulare, aut oblivione planè conterere.* Cum esset ætate liberior, *levissima ejus & facta & sermones, imo nutus observati sunt:* donec tandem *delatione & suspicionibus* (*domorũ regiarum malis usitatis*) evertitur, & unà cùm *laqueo strangulatur*, Alexandro & Trigane filiis relictis.

ANNOTATIONES.

[a. *De quo vide Hist.* 419.

417. TERO MILES.

TERO MILES regis HERODIS veteranus, *libertate generosâ ipse sese perdidit.* Cùm enim regii juvenes, [a. reginæ Mariannes filii, quos *flagitiosè accusatos, & nefariè damnatos* nemo non noverat, *ad supplicium traherentur:* -olus è turbâ exclamat, abolitam religionem, periisse

riisse honestatem, exulare justitiam. Talia dicentem, rectè dicere reliqui sciebant, & cupidè audiebant: sed *se* quisq; *periculo subtrahebat*, nec sciri volebat, voces ejusmodi se probare. *Accersitum* Teronem, cur id fecisset, Herodes interrogat: ille *locutus multa libere*, tandem *cum fiduciâ respondet*: Quàm laudanda sit exercitùs misericordia erga juvenes, *nullius culpæ veris testimoniis convictos*: tàm justum esse odium in regem, *qui in viscera sua præter naturam sævire, & domum tantis decoribus spoliare ausit.* Eo sermone rex fremens, *ministris hominem dat excuciandum*, quem inter tormenta gravissima constanter expirasse, Josephus: *telis & saxis obrutum* à multitudine, Hegesippus testatur.

ANNOTATIONES.

(*a*. Herodis filii, *scilicet Aristobulus IV. & Alexander III. de quibus Hist.* 415. 416.

418. ANTIPATER II.

Antipater II. è Doside matre ignobili, Herodis primogenitus, tantâ *morum fuit improbitate*, ut filium Herodis [*a*. agnoscere: *cui assentatio improba, & simulatio nefaria aditum ad regnum fecit.* Nam aliis exclusis pater hunc unum ingenio sibi [*b*. similem probavit, *ut regno hæredem destinaret*: sed ut regnum invaderet quamprimùm, *nullo dolo aut flagitio abstinuit: odio patris magis, quam quisquam alius flagrabat, observantiam autem & amorem omnibus*

bus dictis factisq; simulare potuit, callidus, mendax, adulator versipellis: fallaciam enim pro veritate, veritatem pro elegantiâ habuit. Fratres, Antigonum & Alexandrum vitâ, Archelaum & Philippum successione privat. Cum Pherorâ (*e.* demùm patruo conspirans, patri *venenum parat*, matre suâ beneficii ejus non ignarâ, & uxore Pheroræ post mariti demùm mortem id prodente. *In facinoribus multis deprehensus vinculis astringitur*, donec de parricida puniendo Cæsaris Augusti sententia audiretur. In morbum intereà lethalem pater incidit, quem cùm *manu propriâ periisse* Antipater audiret, lætitiam nequit dissimulare, & quomodo elabatur, cum carceris custode deliberat. Statim ut Herodes id comperit, filium in nervo [*d.* sine morâ necari, & *funere obscuro sepeliri*, in castello Hyrcanio, non (ut Ruffinus) in Hyrcania regione, imperat. Regni fructu, quo alios privavit, & patrem spoliare voluit, ipse caruit, justâ Dei sententia.

ANNOTATIONES.

(*a. h. e. vitionum paternorum verum hæredem* (*b.* vel sui *juxta Grammaticos* [*d. vide quæ notavimus ad Hist.* 405.

419. ARCHELAUS REX II.

Archelaus Herodis è muliere Samaritana filius, *morum paternorum* superbus *imitator*, Romæ fuit educatus. In regni ejus initio, continui

nui tumultus: Nam Simon servus patrius, & fratres quatuor pastores, & alius dux latronum in Galilæâ, & Theudas Magus, cujus in historiâ Apostolicâ mentio, [a. principiatum appetiverunt, *grassantes undiq. ferro & incendiis*: sed celeriter à Romanis præfectis isti opprimuntur. Cum Archelao fratres viribus majoribus *de regno contendunt*. Ipse *partem ditionis ampliorem tenebat*, iratus & dolens, quod non teneret universam, & totum regnum. *In populi odium incurrit* propter tyrannidem: Deum sibi facit hostem propter incestum: nam *Mariannem* uxorem repudiat, & Alexandri III. fratris conjugem ducit, Glaphyram illam Cappa docensem, tum temporis Jubæ regis Numidarum viduam. A Judæorum proceribus, quos infestare non desistebat, accusatus crudelitatis & libidinis, *causâ in senatu cadit*, & ab Augusto Viennam, Galliæ urbem relegatur, *bona ejus inferuntur ærario*, ditio facta provincia Romana, Hoc regnante, puerum Christum Josephus & *Maria* mater ex Ægypto in Galilæam reducunt. (b. Regnavit annos decem, nec plures illi Simon Essæus prædixerat.

ANNOTATIONES.

(a. Actor. V. 36. (b. Matth. II. 22. *Vide* Montacut θεανθρωπ. *tom.* 1. *fol.* 270. *seqq.* & *fol.*

313. *Josephus, Jesu pater existumatus, an faber lignarius fuerit, vide apud Walæum in N. T. p.* 147. *Quidam volunt fabrum ferrarium fuisse, & ita sentit Hilarius & Ambrosius lib. 3. in Luc. & Beda in 3. cap. Marc. Alii fuisse aurifabrum putant, alii murarium, uti Hugo censet: alij lignarium, ut Chrysost. apud Thomam in cap. I. Matth. quæ sententia est communissima. Adde Cornel. à lap. in Matth. XIII.* 55. *fol.* 289. 1. *C. D. Quomodo Rex ab Auctore vocetur, ac* regnasse *dicatur vel* βασιλεῦσαι *Matth. II.* 22. *quùm Josephus* XVII. *cap.* 10. 11. 12. *dicat, Archelaum tantùm Ethnarcham ab Augusto constitutum fuisse: id conciliat Walæus pag.* 20.

420. PHILIPPUS.

PHILIPPUS ejusdem Herodis è Cleopatrâ Jerosolymitanâ filius, *mitiore ingenio, & animo æquabiliore,* quàm fratres cæteri. Huic Archelaus Romam profectus, regni curam committit: ipse quoque *laturus ei patrocinium, Romam advolat.* Diremtâ de regno lite, in quâ ipse fuerat æquissimùs, tetrarcha Trachonitidis constituitur, [a] quam *ditionem sine jurgio & injuriâ cujusquam administrat: sua servans, nemini quidquam eripiens, nulli invidens. In obvios quosq; liberalis, erga patientes benignus, in judiciis partis justæ vindex.* Annos totidem regna vit placidè, quot pater ejus *variâ formâ regnaverat.* In vitâ nihil *tulit molestiùs*, quàm *proterva uxoris*, & *filiæ lascivæ* improbissimam fugam. [b] Moritur sine prole, ejus tetrarchia à Cæsare Tiberio provinciæ Syriæ adjungitur.

ANNO-

ANNOTATIONES.

(a. Luc. III. 1. (b. Confer Hist. seqq.

HERODES II. vero nomine Antipas, Magni filius, Archelai frater Germanus, tetrarch-Galilææ, *omni perfidiâ & turpitudine infamis.* Uxorem legitimam Regis Aretæ filiam, non dictâ causâ, repudiat: Herodiadem Philippi *fratris uxorem furtim abducit, abjecta sanguinis reverentiâ, & necessitudine hospitii violatâ.* Johannem Baptistam prophetam maximum, nuptias incestuosas improbantem, in custodiâ Macheruntinâ *capite minuit*: (a. cujus cædis aliam affert causam Josephus minùs veram: Christo prætereà in Galilæâ docenti, & miracula edenti insolita, tendit insidias: (b eundem à Pilato ad se missum, per milites amictu byssino subsannat. (c. Ab hujus fermento cavendum esse, Christus monet, (d. eumque *fraudulentè & astutè agentem omnia*, vulpem appellat. (e. Conjugis ambitione & odio nomen regium expetens, Cajum Cæsarem offendit, à quo in Gallos Allobroges, ut Strabo: seu in Lugdunenses, ut certius designat Josephus, *ire exulatum jubetur*: Hegesippus fugisse in Hispaniam, & *animi ægritudine* ibidem *consumtum* scribit. *Cum majora quæreret suis opibus etiam eas, quas possederat, amittit: pro regno ferens exilium, pro honore contemtum.*

ANNOTATIONES.

Vide Friedlieb. in N T. fol. primæ edit. 37. col. 1. Quem auctor tetrarcham Galilææ vocat, eum Marcus cap. VI. 14. Regem adppellat, scil. ex opinione vulgi: à quo Rex dicebatur. Unde βασιλικὸς *dicitur, qui ex hujus Herodis aulicis erat. Joh. II. 46. De hoc Herode vide etiam Josephum* XIIX. *antiq. IX. X. ac XIV. ex quo* ἐπιτομικῶς *quædam ab Ebræo transscripta, & in Onomast. Theol. Chytræi relata consule.* [*a. Matth. XIV. 3. seqq. Pœnam tyranni ob hoc facinus illatam vide apud D. Althofer Harm. p. 672.* [*b.* Luc. XIII. 31. *seqq.* (*c.* Luc. *XXIII. 7. seqq.* (*d. Marc. VIII. 15.* (*e.* Luc. XIII.

422. HERODIAS.

Herodias Aristobuli IV. filia, uxor non illius Herodis, qui ex *M*arianne *S*imonis pontificis filiâ natus est, ut autumat Josephus: sed Philippi tetrarchæ Trachonitidis, ut Evangelistæ *M*atthæus [*a.* & Marcus (*b.* contestantur. Hæc *amoris quadam insaniâ maritum deserit*, hospitem sequitur: & *adulteri animum ita fascinat, ut suæ ipsum libidini, tanquam pecus haberet obnoxium. Johanni, viro sanctissimo, & prophetæ summo*, qui ejus cum adultero consvetudinem indignam reprehenderat, *toto animo fuit infesta:* cujus interficiendi occasionem quærens, inter epulas per filiam petulantem invenit, *efficitq́; ut illud os mutuum mutilumq́; cerneret, à quo fuerat severitus objurgata.* (*c.* *M*arito ejus exilium indicit *C*ajus Imperator,

perator, qui Herodiadi propter fratrem Agrippam concedit immunitatem, quæ cùm subdolè *conjugis amore se teneri diceret, nec posse illum relinquere*, unà cum *adultero incestuoso* relegatur: *ademta ambobus ornamenta sunt omnia.* Nomen Herodiadis in *M*agorum & veneficiorum carminibus, tanquam præcipuè dirum adhuc nominari perhibetur.

ANNOTATIONES.

DE hac vide Friedlieb. in N. T. fol. 37. col. 1. Montacut. *tom. 2. θεανθρωπ. fol. 58.* *Quomodo tractaverit caput* Johannis, *refert* Walæus *pag. 154. col. 1. (a. Matth. XIV. 3. seqq. (b. Marc.* VI. 17. *(c. Matth. XIV. 8. seqq.*

423. SALOME, SALTATRIX.

SALOME, Philippi & *H*erodiadis filia, non *P*hilippi conjux, ut iterum Josephus falsò scribit: in raptoris, quam in patris, domo habitare maluit: *domus* utriusque *probrum atq; propudium.* Vocata in ebriorum convivium puella, coram regiis hospitibus *saltat, ita compositio motu, ut oculis lasciviorum apprimè placeret.* Rex, poscere quod vellet, jubet, jurans sanctè, repulsam non laturam. (*a.* Rem cum matre furiosa deliberans, *præter sexûs naturam, & expectationem hominum*, prophetæ caput petit, in carcere detenti: quod etiamsi *ægro* rex *animo accipere* videretur, tamen *religionem suorum*

verborum violare noluit. Itaque *M*acheruntem, in quâ urbe tenebatur vinctus, missus spiculator est, qui caput viri innocentis afferret, quod lanci impositum porrigitur saltatriculæ: illa ad matrem defert, mater ostentat marito & convivis. [b. Nicephorus tradit saltatriculam *hiemis tempore in amne submersam: corpus motu aquarum subsiluisse: caput eminens glacie fuisse resectum. Corpus ejus* truncum *in aquâ perüt:* caput in fluvio indurato jacens, videntibus spectaculo fuit. *C*edrenus *terrâ absorptam* scribit. *Iræ Dei in ipsius morte* aliquod *extitisse testimonium,* & *prodigiosum* fuisse *fœdissimi istius monstri exitum,* valdè est verisimile.

ANNOTATIONES.

[a. *M*atth. *XIV.* 6. seq. [b. ibid. v. 9. 10. 11. & Marc. VI. 22. 23. 24. 25. 26. 27. ubi pro eo, quod *L*uther. vertit, der Henecker in fontibus est σπεκουλάτωρα, à σπεκουλάτωρ. Syr. etiam habet סְפִיקוּלָטוֹרָא De hac voce vide Gvaltperi in Sylog. vocum exot. ad Marc. *VI.* 27. Latini, *à* quibus desumta vox est, dicunt pleruraq; *Spiculatorem,* eumq; *à peculatore* distingvunt. Sed probat Walæus p. 397. & 398. com. in lib. Hist. N. T. quod *speculatores* aliquando confundantur cum *spiculatoribus.* NB. De pœnâ huic saltatriculæ irrogatâ *à* Numine ita ex Nicephoro D. Althoferus, Harm. p. 672. De Salome refert Nicephorus lib. 1. Hist. Eccles. c. 20. eundem ipsi fuisse brumali quodam tempore, & fluvium trajiciendum, qui cum glacie constricto coagmentatusq; esset, pedibus eam transiisse: glacie autem ruptâ,

ruptâ, idq; non sine Dei numine, demersam illam statim capitetenus, & inferioribus corporis partibus qs. lascivientem molliusq; se moventem q. saltasse, non interrâ, sed in undis: caput verò scelestum frigore & glaciei concretum, deinde etiam convulneratum, & â reliquo corpore non ferro, sed glaciei crustis resectum, glacie ipsa lethalem saltationem exhibuisse, spectaculo ejus omnibus præbito in memoriam, ea quæ fecerat, spectatoribus revocâsse. *Vide* quoque Cornel. *à* lap. in *Marc.* VI. fol. 595. 2. B. & Luc. Dextrum in *Chron.* ad ann. *Christ. XXXIV.* & Walæum p. 152. 154.

424. CAIPHAS SADDUCÆUS.

CAIPHAS (*a.* SADDUCÆUS, patrio nomen Josephus, cognomen *à* cane venatico, (b. factis conveniens, consecutus: tempore enim matutino cervam (c. [per quam Christus in Davide intelligitur] ad Pilati tribunal agit. Gener fuit Annæ pontificis, (*d.* cujus filii Eleazarus, Jonathas, Theophilus *summam sacerdotii dignitatem tenerunt.* Ad Caipham Christus captus noctu deducitur, & facie velatâ, *ludibriis irridetur, sputo fœdatur,* manibus bacillisque cæditur. (e. In ejusdem domo interrogatur coram concilio, suam majestatem & adventum ad judicium profitetur, & cognosci doctrinam, propter quam arguebatur, ex suis auditoribus jubet. Ob eum sermonem aulicus quidam *colaphum ei*

incutit, vidente pontifice. In domo eâdem *Petrus* tertius, quod Christum non noverit, *jurat pertinaciter*. (*f.* Caiphas pontificatu privatur, à *Vitellio* Præside Romano. (*g.* Ejus vaticinium celebratur, quod protulerat insciens. Melius esse unum perire hominem, quam totam gentem interire.

ANNOTATIONES.

(a. GRæci fontes N. T. habent κυνάφας. Hanc vocem Auctor putat notare *canem venaticum*; fortasse ideo, quòd canes venatici *circumire* soleant investigando feras. Pasor autem in Etym. nominum propr. N. T. format hoc nomen à קוף & alii קקף h. e. *circumire*: & addit *Pasor* Cajapham esse *circuitorem*. Alias non tàm etymologias, quam *adlusiones* ad hoc nomen vide in Lex. Sanct. Gregorii num. 865. p. 674. Crellius fol. 121. col. 3. scribit קאיפש h. e. *vomitus abundantia* vel *vomitus abundans*. & קאיפו h. e. *vomens aurum*. (*b.* Nimis tamen recedit utraq; hæc scriptio à Syro, qui habet קיפא quibus litteris etiam Elias Hutterus utitur in versione Ebr. Joh. XIIX. 13. & alibi (*c. Ps. XXII.* v. 1. sive in epigraphe [d. Joh. XIIX. 13. *Hunc Annata* Josephus lib. *XIIX.* cap. 3. Ἀνανον. Fuit a. præcipuæ *Auctoritatis*, absq; cujo consilio procul dubio nihil ardui susceptt *Caiphas*. Daniel *Clasen.* in Exercit. de passione Christi pag. 172. *Rectius* scribitur *Hanna*. *Vide* Walæum in N. T. pag. 1054. 1. *An* fuerit Vicarius Cajaphæ, exponit. Montacuti. in θεσαθε. tom. 1. p. 356. *Scaliger.* in *Prolog.* in Euseb. animadvertit, utrumque h. e. *Hannam* & *Ca-*

& Cajapham, nequaquam fuisse summum Pontificem; quum Hannas non fuerit Ἀρχιερεὺς verè, sed, ut Ecclesia Constantonopolitana loquitur πρωτοσύγκελλος & ἀρχιερεύς, qui Ebraicè dicitur משנה כהן חגדול δεύτερος & ἀρχιερέως 2. Reg. XXV. 18. 2. Talmudicè sive Judaicè, חגדול כהן h. e. *Vicarius summi Sacerdotis.* Is eâ de causa Summo Sacerdoti dabatur, ut si per morbum, aut propter aliam causam sonticam, ille non posset obire munia, quæ neminem, præter solum summum Sacerdotem, obire fas erat, Vicarius eam necessitatem expleret, præsertim in decimâ Tisri quando Sacerdos in sacra adyta ingrediebatur. Dicuntur etiam, qui pontificatū gesserunt, licet abrogati, pontifices vel summi Sacerdotes. Ἀρχιερεῖς dicuntur etiam *capita familiarum* sacerdotalium. Natth. II 4. Vide Chemnit. in Harm. cap. XVI. Casaub. Exerc. XIII. p. 241. Buxtorf. in Lex. Talmudico. Rabb. in voce כהן fol. 743. Cornel. à lap. in Actor IV. 6. Spanhem. Dub. Evang. part. 2. dub. XXXVI. Ravanell. in voce *Sacerdos.* [e. Matth. XXVI. 56. 67. Joh. XIIX. *Conspuitio faciei* erat extremæ ignominiæ ac contemtûs sinum. Deut. XXV. 9. Num. XII. 14. Jobi XXX. 10. Rabb. Jarchas apud Clasen. loc. cit. p. 178. faciem inquit, conspuere fuit inter civiles contemtus maximus. De cæsobacillis Christo Vid. Clasen. p. 179 [f. locis civitatis. *Pertinaciter* est non unâ, sed *duabus* viribus & antea simpliciter, absq; juramento negaverat, se Christum nosse (g. Walæus in Matth. XXV. 3. p. 288. ex Grotio & Josepho lib. XIIX. c. 7. (h. Joh. XIIX. 14. XI. 50.

PON-

525. PONTIUS PILATUS.

PONTIUS PILATUS, Valerii Grati successor, (a. præses Jerosolymis, Judæos in concine tumultuantes, *scipionibus mulctari jubet*: (b. Galilæorum sacrificantium sanguinem cum pecorum cruore miscet: (c. Samaritanos in certum locum vocatos, inter sacri quasi *seditiosus opprimit*. (d. Christum Dominum, Regem & Redemtorem, *cui innocentiæ testimonium* septies *dederat*, & odio esse vinctū non ignorabat, *cædi virgis & rhamno coronari* mandat, & non convictum damnat propter formidinem, Barrhabam notum latronem dimittit. (e. *Aquâ fluminea* & manuum lotione, cædis piaculum fieri posse, quod Ovidius (f. irridet, ipse superstitiosè credit: [g. verbis & facto testatus affligi *innocuum, & nihil quicquam meritum* necari. Cruci erectæ regis titulum tribus linguis, Ebræâ, Græca, Latina, toto orbe terrarum nobilissimis, inscribit, [h. & corpus Christi eodem die deponendum Josepho Arimathæo Decurioni tradit. (i. *Gratiâ* Tiberii Cæsaris cùm *excidisset, suo ipse gladio incumbit;* teste scriptore antiquo Tertulliano. (k. Pilati & Herodis amicitia vulgò celebris, cùm consentiunt in mala causâ, qui amici inter se nunquam fuerunt.

AN-

ANNOTATIONES.

[*a. Joseph. lib. XIIX. c. 4. An verò Pilatus* Præses *an* Procurator *saltem fuerit uti ipsum Tacitus lib.* XV. *Annal. vocat, non libet jam disquirere Vide Walæum in* Luc. *III. 1.* (*b. Joseph. loc. cit.* [*c. Luc. XIII. 1. Walæum p. 690.* (*d. Joseph. loc. cit.* (*e. Matth. XXVII. 2. seqq. Marc. XV. 2. seqq.* Luc. *XXIII. 37. seqq. Johan. XIIX. 33. seqq.* [*f. Fastor 2: verba ejus sunt:*

Ab nimium faciles qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aquâ

(*g. Matth. XXVII. 44. Vide Walæum ad loc. Matt. cit. edissérentem eruditè de lotione illâ.* (*q. Joh. XIX. 19. 20.* (*i. Matth.* XXVII. *57. seqq. An rectè hic Josephus* decurio *vocetur, vide suprà Hist. 46. litt. f.* (*k. ex Eusebio lib. 2. Histor. Eccl. c. 7. Quid* Lucernantes *de* lacu Pilati *nugentur, vide apud Lignaridum in Delit. Academ. cap. 2. pag. 23. seqq. Plura vide in Dissertationibus meis Historicis, dissertat. I.*

426. PETRONIUS.

Petronius Judææ præses, Vitellii successor, (*a. seipse in periculum vitæ conjicere maluit, quàm populum* Judaicum *perdere:* nam cùm Imperatoris statuam in loco templi sacratissimo ponere jussus esset, populus omnibus precibus, ne id faceret, enixè contendit, *obtestans, se facilius vitam positurum, quàm* admissurũ templi profanationem. Præses animadvertens, id non obstinatione fieri, sed Dei ultoris metu, statuam non collocat, sed

sed *pro populo suppellex fit Imperatori.* Petronio propter mandati contemtum Cajus (*b.* scribit, ut mortis genus eligat, quod velit: aut si cesset, Romam pertrahatur ad *exquisitum supplicium.* Literæ istæ navi delatæ, reddi propter tempestatem non potuerunt: & Cajus interea à suis aulicis interficitur, & Petronius *divino miraculo defenditur.* Lenitas & fortitudo hujus viri, quod pepercisset miseris, Deo accepta fuit, & laudem ei Romam veniendi, singularem attulit. (*c.*

ANNOTATIONES.

(*a. Josephus lib.* XIIX. *c.* 11. [*b. Caligula* [*c. Omnia ista ex Josepho loc. cit. sunt depromta. Vide & Calvis. ad A.M.* 398. *post. Christ. nat.* 40.

427. HERODES III. AGRIPPA REX III.

HERODES *Agrippa Aristobuli* IV. filius, in quo *binos errores committit* Cedrenus, qui *Herodis* filium, & fratrem *Archelai* nominat: cùm sit *Herodis* Magni non filius, quod & Suidas ponit, sed nepos, & *Herodis* regis Chalcidis frater. *Ætatem Juvenilem Romæ transigit jactatus variis casibus: è vili honoratus, ex obærato ditissimus. Grátiâ* Tiberii, Caji, Claudii, *Imperatorum floruit*, à Tiberio tamen vinctus propter calumnias est, sed mox à Cajo dimissus, à Claudio tandem *potenter evectus*: regnum enim *Herodis* in Judæâ, *Antiochi* in Comagene, tetrarchi-

as

as Antipæ & Philippi, præfecturam Lysaniæ gubernavit. *Nactus* aliquando à Cajo *potestatem, quod placuisset petendi, non honores ampliores, nec accessionem ad fortunas poposcit: sed pro lege DEI omnipotentis rogavit*, ne videlicet statua & simulacrum Imperatoris in templi adyto poneretur. In patriam reversus, *catenam auream*, munus Caji imperatoris, in sacrâ æde dicat, *æquantem pondus æneæ seu ferreæ* illius, quam à Tiberio ligatus gesserat. Pharisæis & populo ut faceret gratum, sævire in Christi discipulos cœpit, Jacobum Zebedæi filium, ferit gladio: (*a.* Petrum Jonæ carceri includit. [*b.* Adulatorum plausu & vocibus in theatro Cæsareæ, Deus salutatur, (*c.* quo *mendacio* cùm *delectaretur*, ab Angelo *percutitur morbo letali:* intestina ejus putrefacta cùm vermes roderent, die quinto pòst *moritur*, *ingenti membrorum & conscientiæ cruciatu*, (*d.* conquerens & lamentans, nullum uspiam in terris hominem se miseriorem vivere. [*e.* Regnat annos septem, obit ætatis quarto & quinquagesimo. Berenicen ejus filiam, ut duceret Ptolemo rex Ponticus se circumcidit: sed *ab uxore contemtus*, videbatur cum pelle *animum deposuisse erga ingratam & superbam mulierem.*

ANNOTATIONES.

(*a. Act.* XII. 1. *seqq.* (*b. ib.* §. 3. 4. (*c. cap. eod.* §. 21. *seqq.* (*d. ib. v.* 23. (*e. Joseph. lib. XIIX. cap.* 10.

ac 14. Hujus Herodis filius Agrippas ille est, cujus mentio fit Act. XXV. 13. Vide Cornel. à lap. in Act. XXV. f. 339. 1. D. ubi plurima de Agrippâ juniore. Unde dicantur Agrippæ, vide ex Gellio apud Glass. Gramm. S. p. m. 806. & Cornel. à lap. loc. cit. Quorum innascendo non caput, sed pedes primi exstiterant, qui partus difficillimus habetur, Agrippæ dicebantur.

428. HERODES IV.

HERODES IV. Agrippæ frater & gener, rex Chaldaicis, *à* Claudio Imperatore potestatem accipit creandi pontificis Jerosolimitani, & eodem permittente, *sacræ pecuniæ præficitur: Effectum* igitur deinceps *est, ut ad sacerdotium nemo dignus eveheretur, cùm esset auro venale:* & ut pauci *officio divino fungerentur,* cum essent *ministris templi detracta alimenta,* & quæstoribus profanis ac *lucro inhiantibus* commissa pecunia sacra. Retinuerunt id tantum muneris pontifices, ut tunicam talarem & stolam, sua insignia, & pauca vasa templi, eaq; minus pretiosa, in custodiâ haberent. (*a.*

ANNOTATIONES.

(*a. Vide de hoc Herode Josephum lib. XIX. cap. 5. & 9. lib. XX. 1. 13. ac 16.*

429. AGRIPPA II.

AGRIPPA II. Agrippæ filius, in aulâ Claudii Cæsaris educatur, & eandem, quam patruus, in

in templum & sacerdotes retinet potestatem: nec erat amplius aut *pontificatus* aliqua *amplitudo*, aut debitus pecuniæ depositæ in templo usus. Huic Agrippæ ad alias tetrarchias Nero Imperator urbes quatuor magnificas, cum vicis & agris possidendas adjicit. Causam pro se dicit, coram hoc Agrippa, & sorore ejus Berenice, Paulus Apostolus, qui *orationis gravitate regem movit mirabiliter*: (a. Drusilla & Marianne ejus sorores, gentili Herodiadum libidine, regibus *maritis relictis*, *adulteros sunt secutæ*: Drusilla, Festum hominem libertinum: Marianne, civem quendam opulentum Alexandrinum. Ipse quoque familiarius cum Berenice sorore viduâ vixit, quàm deceret: ob quam causam Juvenalis Satyricus [b. eum exagitat. Vespasiani *partes strenuè fovet*, ante Gamalam vulneratur, rabelles Judæos sibi donatos vendit. Ab eodem, post Neronis mortem, legatus Romam mittitur, ad Reipublicæ statum explorandum. In hoc Herodis Magni pronepote, regium Idumæorum nomen desinit, & omnis potentia Palæstinæ, Romanis cedit. Vespasiano & Tito imperantibus, qui templum DEI, urbem regiam, ipsam gentem Judaicam (non deditam sacris incerti Dei, ut incautè Lucanus; nec superstitioni, aut *servituti natam*, ut imperitè Cicero: sed

ab

ab initio liberam, & *Dei æterni cultricem, eique ante omnes charam*) funditùs propemodùm everterunt. Titi arcum marmoreum, de gente Judæorum domitâ, & urbe Jerosolymâ deletâ, juxta forum Romanum, è Capitolii regione, in hunc diem extantem, ipse vidi: *iræ* videlicet *Dei* adversus populum contumacem *monumentum perpetuum.*

ANNOTATIONES.

(*a. Act. XXV. 13. seqq.* [*b. Satyr. 6. v. 157. seqq. vide & Joseph. lib. XX. Quando auctor ait, Drusillam, relicto marito, sequutum fuisse Festum hominem libertinum, videtur lapsus memoriâ esse. Etenim Act. XXIV. 24. Drusilla dicitur uxor Felicis Procuratoris, quem, relicto Ariz, Emes senorum Rege, cui à Patre elocata erat, sequebatur, solicitata & persuasa per Simonem quendam Cyprium, Judæum. Vide Walæum in N. T. p. 1269. item p. 564. 126.*

SECTÆ ILLORUM TEMPORUM.

430. NAZARÆI.

NAZARÆI certæ professionis homines, qui apud *Prophetam* Amoëm [*a.* voce divinâ laudantur. Nam inter cætera beneficia, quæ in populum Deus contulerat, objicit ei, quòd inter filios excitarit Prophetas: & inter juvenes Nazaræos: sed contrà exprobrat, quòd & *Prophetas* docere prohibuerit: & Nazaræis propinaverit vinum: Ipsi quidem *ab aliis piis non dis-*

dissentiebant doctrina, sed cultibus quibusdam severioribus: ad quos votis obstricti, & consecrati erant: ne videlicet *cæsariem tonderent,* ne *funeribus interessent,* ne cadavera attingerent: ut ab omni *cibo ac potu, qui aut ad libidinem corpus, aut animum ad intemperantiam incenderet,* quasi *instrumentis luxuriæ,* abstinerent. (*b.* Talibus votis se obligabant Deo, aut singuli homines, ut *Simson* fecit, (*c.* & Samuel: (*d.* aut totæ familiæ, ut domus Rechabitarum apud Jeremiam. (*e.* Eorum officium fuit orare pro multitudine, (*f.* Quales in urbe *Masphâ*, sæviente Epiphane, Judas *Maccabæus* instituit. (*g.* Progressu temporis hæc etiam disciplina corrupta est; nam ex eâ profecti sunt turbatores, qui imponebant Christianis necessitatem operum legis & circumcisionis: sed eorum ut & *Pharisæorum* sententiam, in concilio Jerosolymitano rejiciunt Petrus & Jacobus Apostoli. [*b.* Duravit se & a Nazarea usque ad ætatem Epiphanii, ut ipse memoriæ prodidit. (i.

ANNOTATIONES.

[a. Sive Amosum, cap. II. 12. ubi in fontibus dicitur נזירים suscitavit de filiis vestris, ut essent *Nesiræi,* ceu vertit Pagninus. LXXII. ἤγειρεν ἐτῶν &c. ἡγιασμένους h. e. *in sanctificatos,* sive ut essent sanctificati. Sic habet edit. Hamb. sed Rom. & Lond. legit: εἰς ἁγιασμόν. V. L. Suscitavit &c. *Nazaræos.* Thren. IV. 17. LXXII. habent Ναζηραῖοι. Sed Symmachus ibi vertit: ἀφωρισμένοι. Num. VI. 13. 18. 21. est singularis נזיר LXXII. ἐνξάμενος. Pagn.

Pagn. *Nazaræus*. Et Judic. *XIII.* 5. idem Singularis occurrit, ubi LXXII. habent Ναζὶρ. [b. Vide Lex. Philol. Martin. in voce Nazaræus. Hotting. Thes. Philol. p. 22. addit, Nazaræos, vel Nasiræos potius, *vestitu* quoq; *hirsuto* & *piloso*, qui Ebraicis אַדֶּרֶת Græcisq; μηλωτὴ dicatur, qualem Johannes Bapt. Matth. III. 4. Elias 2. Reg. I. 8. & Prophetæ juxta Hieronymum comm. in Zachar. XIII. 4. gestârint, discretos fuisse ab aliis. Consentit D. Quistorp. in Zach. loc. cit. p. 763. annotat. bibl. (c. Simson non videtur ex voto, quod IPSE nuncupârit, Nasiræus dici; sed quòd Angelus matri denunciârit, ipsum ex utero, & *antequam vovere* potuerit, fore Nasiræum Judic. *XIII.* 4. 5. (d. ex voto *matris*. 1. Sam. *I. 11.* His duabus, quos pleriq; *perfectos* Nasiræos vocant, Clemens Alexandrinus apud Martianum loc. cit. addit *tertium*, nempe *Jacobum Justum*, fratrem Domini. Iisdem etiam adnumerari posse videtur Johannes Baptista Luc. *I. 15.* [e. de Rechabitis vide quæ supra monuimus ad Hist. 243. (f. Nasiræi non tàm ideò, ut orarent pro multitudine, quàm ut liberiùs vacarent legi discendæ & expendendæ bonitati divinæ, aliisq; sanctis operib9 exercendis, aliorum commercio sese *ad tempus* abdicârunt, & Domino se totos dederunt. Vide Hotting. loc. cit. (g. vide 1. Macc. *III.* 49. [h. Act. *XV.* [i. Epiphan. lib. 1. cont. hær. tom. *I.* Qui ambiguam Nazaræorum significationem, variam scriptionem, etymologiam ac distinctionem in aliquot classes pernoscere cupit, adeat

Franc.

Franc. Junium in *Parall.p.m.39.* usq; ad *44. Scriptoribus* quibusdam antiquis Nazaræi sunt q. *Semi-Christiani & Semi-Judæi*, vel ut Hieronymus testatur apud Hotting. loc. citat. Prorsus alia significatio τῶν Ναζαραίων vel Ναζωραίων est Act. XXIV. ibi enim *Christianos* notat.

431. PHARISÆI.

PHARISÆI dicti, quasi librorum sacrorum interpretes, (*a.* sed *discedentes à puritate propheticâ, sapientiam illam divinam mutârunt in opera & ritus externos*, quibus putabant legi satisfieri & *veniam culpæ ac criminum impetrari.* Genus hominum eruditum, (*b.* experiens, [*c.* callidum, (*d. rebus alienis sese ingerens*, (*e.* pecuniæ (*f.* & *gloriæ avidissimum*, [*g. speciem pietatis præ se ferens, à pietate omni alienum*: [*h.* regni Christi nescium, (*i. donorum Spiritûs sancti ignarum. Nomen DEI usurpabant ore*, (*k. negabant moribus, irridebant pectore.* Abolebant leges â Deo traditas, subjiciebant suas: [*l.* tollebant honorem parentum, (*m. magnificabant auctoritatem propriam.* Verbenas (*n.* & herbas decimabant, (*o.* obliti fidei & misericordiæ: sacrificia habebant pro piaculis: suo arbitrio [*p.* initium salutis, *suis meritis cœlum assignabant*: (*q. paupertatem simulabant, sed prætextu precum & abstinentiæ devorabant pias familias, & bona viduarum.* (*r.* Docebant contemtum honorum, & primos accubitus, primosque gradus expetebant: (*s.* vestitu oves, animis lupi: [*t.* foris speciosi phylacteriis, [*u.* fimbriis, [*x.* corymbis; *intus lutulenti*, &

fœdarum libidinum pleniſſimi. Pura vaſa, & manus lotas probabant (*γ. immerſi luxui & ſortibus. Segregati à vulgo, in aulis primi.* Alebant factiones, ſuſcitabant bella: (*ζ.* interim patres (*α.* & doctores, quorum munera pietate & officiis ſpectantur, dici volebant: errorem aſtrologorum de fato ſequebantur: ut Johannes Damaſcenus & Paulinus ſcribunt. Jejuniis ad arrogantiam, eleemoſynis ad oſtentationem utebantur, (*ε.* adventum Meſſiæ expectabant, non ut per eum ſalutem conſequerentur, ſed ut gentium domini fierent, (*γ.* Chriſtum, *Meſſiam* concionantem, appellant dæmonum ſocium, (*δ. precio illum emunt ad mortem,* [*ε.* damnant vociferationibus injuſtis coram Pilato: ejus diſcipulos oderant, & *omni ſuppliciorum genere* tollebant. In Evangelicis concionibus (*ζ.* ſuperbia, profanitas, avaritia, cæcitas eis objicitur: generatio prava, degener, viperina nominatur. (*η.* Ab eorum fermento, doctrinaque cavendum, Chriſtus admonet: [*θ.* ipſos denique viventes, propter contumaciam, *ignibus æternis addicit.* [*ι.* E Phariſæorum collegio Paulus fuit Apoſtolus, [*κ.* & ex iis Nicodemus ſe docilem Chriſto præbet: (*λ.* Gamaliel, [*μ.* pro Apoſtolis ſapienter loquitur.

ANNOTATIONES.

DE Phariſæis, ac ſequentibus ſectis videri poteſt Repertorium Böemi, f. 21. f. 2. Wellerg in epiſt. ad Rom. p. 12. Hotting. in Hiſt. Eccleſ. part. 1. p. 5. ſeqq. De errore Aſtrologorum de fato

fato, quem sequtos fuisse Pharisæos auctor dicit, etiam differit Casaubonus in Exercit. p.m. 53. 54. Item expendit etiam, utrum scribæ membrum vel portio fuerint sectæ Pharisaicæ, p. 52. col. 2. in fin. (a. Hæc multorum est opinio, qui, פרושים h. e. *P*harisæos dictos volunt, quasi פורשים à פרש h. e. *expositit*, *explanavit*, declaravit, vel quasi פרושים ut sit participium *Paul.* plurale, insignificatione *Activâ* ab eadem radice. Nam Participium istud, ut plerumque passivè, tamen quandoq; etiam activè significat, velut ostendimus in Gramm. nostrâ Ebr. cap. *VI.* §. 15. lit. ℭ. Sed hanc etymologiam rejiciunt magni nominis *P*hilologi quidam, uti videre est apud *Cameron. M*yrothec. in cap. 3. Mat. *&* *Scalig.* in Trihæres. cap. 6. *A*lii derivant id nominis à פָּרַשׁ h. e. *expandit*, quod *P*harisæorum vita, quasi expansum quod-piam, omnium oculis fuisset conspicua. Sed hanc Etymologiam quodammodo contortam esse, quotus quisque est, qui non videat? Alii formant à radice Chald. & Syr. פְּרַשׁ h.e. *separavit*, *segregavit*, *distinxit*, *&c.* Vide Lex. Chald. & Syr. Buxt. p. 458. Sic *P*harisæi erunt ἀφωρισμένοι vel ἀποκεκομμένοι, h. e. quasi *abscissi vel separati* מֵהַרְכִּי עוֹלָם h. e. à communi vitæ consvetudine. Et sic ex Ebræis sentiunt omnes, quibus aliquis inter eruditos locus, ut ait *H*otting. Thes. *P*hil. p. 25. idque aliquot Ebræorum auctoritatibus probat. Consentire videtur Epiphanius, qui ita-

Φαρισαῖοι Διὰ τὸ ἀφορισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων & Suidas, cujus hæc sunt verba: Φαρισαῖοι οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἰς τε τὸ καθαρώτατον & βίᾳ & ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ & νόμιμα ἐπιτήδευμα &c. Et in hanc originem oculum intendisse D. Paulum, conjicit Drusius, dum dicit, se ἀφωρισμένον εἰς εὐαγγέλιον. Rom. I. 1. sicut ante fuerat ἀφωρισμένον εἰς τὸν νόμον, h. e. Pharisæus. Sed displicet hoc Cameroni in Myroth. ad Rom. I. Nos quemlibet suo sensu abundare permittimus. (b. unde vulgò jam olim vocabantur חכמים h. e. *sapientes*. Et Johannes Coccejus ad Cod. Sanhedrin. p. 169. observat, eos qui vulgo nomine των חכמים veniebant, tempore Jannæi Alexandri, fratris Aristobuli, filii Hircani, פרושים dictos fuisse. (c. confer, Matth. XXIII. [d. ib. [e. Hujus plurima apud Josephum argumenta ac testimonia occurrunt, patetque ex actionibus & machinationibus, quibus adorti Christum aliquoties fuerunt quanta ipsorum calliditas audaciaq; fuerit (f. Luc. XVI. 14. expresse dicuntur φιλάργυροι. Adde Matth. XXIII. 14. Marc. XII. 4. Luc. XX. 46. [g. Matth. VI. 2. 1. 16. qui vero sint illi, de quibus apud Matth. VI. agitur, patet ex Matth. XXIII. 12. 5. 6. (h. inde aliquoties Mattth. XXIII. & cap. XV. 1. 7. 8. dicuntur *Hypocritæ* [i. Joh. VIII. 19. (k. ibid. 41. 42. seqq. [l. Matth. XV. 6. Marc. 9. 13. (m. Matth. XV. 5. Marc. VII. [n. Matth. XXIII. 23. Luc. XI. 42.

τὸ

τὸ ἡδύοσμον Auctor videtur vertisse per *Verbenas*. Sed omnes Lexicographi quos quidem consului, cum Vulg. Lat. vertunt *mentam* vel *mentham*, uti quidam malunt à Gr. μίν Botanici quoq; Verbenam non per Gr. ἡδύοσμον, sed per vocem φυλακτηρέων exponunt, (o. istud quidam ad *Pharisæorum avaritiam* referunt,, statuentes, illos ex quibusvis collegisse & *accepisse*, non verò *dedisse* decimas. Et sanè Græc. ἀποδεκατοῦν Ebr. Vll. 5. ita accipitur. Sed h. l. non est accipere decimas, verum dare decimas. [p. h. e. e viribus humanis, post lapsum residuis. Quantum vere naturalibus hominis viribus tribuerint, Josephus exponit lib. 2. de B. J. c. 12. & libro 18. Ant. c. 2. Vide & Hotting. l. c. p. 30. [q. Matth. XIX. 16. (r. vide loc. cit. ad litt. f. [s. MATTH. XXIII. 6. MARC. XII. 39. Luc. XI. 43. XX. 46. [t. Matth. VII. 15. [u. cap. XXIII. 5. Cheitomæus in Græco barb. p. 169. pharisæi. inquit legem in membranulis enarratam vel fronti, vel siniſtræ manui alligabant, quas Φυλακτήρια vocant Græci. &c. Rationem appellationis vide ibid. vide etiam Epiphanium de Scribis, Hæresi 15. lib. 1. Tom. I. Scaligerum in Elencho Trib. c. 8. Drusium l. 2. de trib. sect. Iud. c. 14. Rivetum in Exod. XIII. 10. & adde inprimis Hieronymum comment. in *Matth.* XXIII. 5. nec non D. Quistorp. ad Deut. XI. 18. p. 200. [x. ibid. [y. *Marc.* VII. 3. 4, 8. (z. Cheitom. p. 69. sub fin. (α. *Matth.* XXIII. 7. 9. [β. vide loc. ad lit. g. notat. (γ. communis hæc tum

erat opinio, quæ discipulorum etiam & Apostolorum animos invaserat ac dementaverat [δ. Joh. 11x.48.52. X. 20. (ε. Matth. XXVI. 15. [ξ. h. e. in Historiis Evangelistarum, [η. Matth. III. 7. XII. 34. XXIII. 33. [θ. Matth. XVI. 6. Marc. IX. 15. Luc. XII. 1. (ι. Matth. XXIII. [κ. Act. XXIII. 6. [λ. Joh. III. 1. seqq, (μ. Actor. V. 34. seqq. NB. *Pharisæorum non exiguus fuit numerus. Nam Josephus l. 17. cap. 3. refert, illorum numerum Herodis tempore excessisse* sex millia. *Qui plura legere de illis velit, adeat Joseph. lib. 13, Ant, c, 23, & 24, D, Himmel in præfat, tract, method, de Invocatione relig, D. Quistorp, in N, T, p, 3, col, 1, Cheitomæum in Græco barb, N, T, p, 166, seqq, Hotting, Thes, Philol, à cap, 25. usq; ad 34, D, Botticher, Isag, Hist pag, 73,*

432. SADDUCÆI.

SADDUCÆI à propriâ justitiâ (α. nomen suum ferunt, homines arrogantes, contentiosi, pertinaces. Asserebant, nullam esse mortuorum resurrectionem, [b. ut Matthæus (c. Marcus: [d. nullum angelum neque spiritum, ut Lucas (e. testatur. Nullas Ceremonias observabant, nisi legis: (f. nullos libros è sacris admittebant, præter Mosis, [g. sed malè intellectos. *Vita eorum secura & effrenis,* (h. ut qui nec Dei haberent notitiam, nec crederent futurum judicium: minus erant eruditi, quam Pharisæi. sed magis potentes & turbulenti. Damnabant alias sectas, tanquam nimium onerosas & severas. Deum placabant sacrificiis & legis obedientiâ, ne à populo tolleret promissiones amplissimas:

simas: pœnam delictorum esse, calamitates publicas: *vindices licentiæ leges præscriptas*: pœnas post hanc vitam nemini amplius ullas imminere. Erant *Pharisæorum graves adversarii*, (*i.* in uno Christo persequendo, unanimes & conjuncti. *Pontificatum* cùm *cœpit esse vendibilis*, multi *è* Sadducæis *tenuerunt*: *è* quibus Caiphas Christum percuti ante tribunal patitur, (*k.* idemque cum suâ factione Petrum & Johannem in vincula conjicit. (*l.* Ananias Paulo incuti colaphum jubet: (*m.* ejus filius patri cognominis, Jacobum fratrem Domini, præcipit de templo dejeci, & *lapidatione occidi*. (*n.* Sadducæos appellat Johannes Baptista partûs viperinos, eosque ad pœnitentiam adhortatur. [*o.* A fermento quoque eorum Christus deterret auditores suos atque discipulos, (*p.*

ANNOTATIONES.

[*a.* CUm Auctore sentit Epiphanius, 'qui hæres. XIV. ita: ἐπονομάζουσιν ἑαυτοὺς Σαδδικαίους δηθεν ἀπὸ δικαιοσύνης &c. Σέδεκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. Et alibi: Σαδδουκαῖοι ἑρμηνεύεται δίκαιοι δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. Sed Syrus interpres videtur improbare hanc etymologiam dum non per צ. h.e. Tsade, sed ז. per h. e. Sajin Sadducæos scribit. Cum Epiphanio idem statuunt etiam Nic. Lyr. in Act. V. Bernhardus de Breitenbach, Beat. Rhenanus comm. in Tertull. Isidorus & nonnulli alii. Hottingerus derivationi isti opponit [*a.* injustissimam Sadducæorum vitam quam probat ex Auctor. Juchas. p. 130. (*b.* veritatẽ hist. de origine Sadducæorum. Origo enim huj,

sectæ ad *Zadocum* quendam refertur à Drusio de trib. sect. p. *120*. Spanhem. Dub. part. *3*. p. 109. uti paulò post, ad litt. v. ostendemus. Quid sibi Suidas & Cæl, Rhodiginus lib. V. cap. IX. velint, non capio. *S*uidas autem ita : Σαδδουκαῖοι ἀπὸ τούτου. Rhodig. verò sic: Sadducæos, ut de iis quoq; aliquid promamus à *loco* ita nuncupatos putant. (*b*. Occasionem hujus dogmatis hunc in modum enarrat D. Quistorp. ad notat in N. T. p. 240. 241 Sadok, à quo ortum trahit hæc secta [*S*adducæorum] & Baitus (vel Baithos, sive Baithosus, aut Bajeth. condiscipul9 ejus, diverant *M*agistrum suum. Antigonũ *S*ochæum, (*S*ch. col. *1522*. Antigonũ vocat] qui discipulus fuerat *S*imonis Justi dicere soliti: *Ne sitis tanquam servi, qui ideo Domino serviunt, ut demensum* (vel *mercedem*, פְּרָס) *accipiant*. Recte hæc Antigonus; qui dicto hoc jubeat, *non spe mercedis*, sed *ex amore* & reverentiâ Deo inserviendum. *A*liorsum hæc accipiebant ejus discipuli, quasi nulla sit benefactorum merces nec spes alterius vitæ vel præmiorum in eâ. Hæc D. Quistorp. Eadem propè habet Cheitomæus l. c. p. *151*. Walæus p. 24. col. 1. p. *1255*. col. 1. init. & Burgensis apud Walæum p. *1066* col. 2. Schindlerus quoque col. *1532*. *H*ottingerus Thes. *P*h. p. *34*. Ipsum Antigoni dictum reperitur in Pirke Abboth. c. 1. nec non apud Hottingerum. & *S*chindlerum loc. citt. Adde Coccei. in Hjobum p. *297*. & Walæum in N. T. p. *1255*. (*c*. cap. XXII. *23*. (*d*. cap. XII. *19*. adde Luc. XX. *27*. (*e*. Actor. XXIII. *8*. Quid Walæus de hoc loco moneat, vide apud ipsum p. 243. col. 1. & p. *1255*. coll. 1. circa fin. [f. scil. scriptæ, vel

vel verbi Dei scripti. Nam δευτερώσεις πατέρων ἀφοδότας penitus rejiciebant, ceu docent Auctores laudati paulò ante. Josephꝰ lib. XIII. cap. 18. Antiq. hac de re ita: Pharasæi populo multas traditiones permanus acceptas tradiderunt; Sadducæi eas tantùm servari volunt, quæ *scripto* continentur. (g. Hieronymus [quem imitatur Auctor, & multi alii] vulr, inquit D. Quistorpius in N. T. p. 61. Sadducæos *quinque tantùm libros* Mosis recepisse, & Prophetarum vaticinia respuisse. Cùm eodem omnes fermè interpretes consentiunt. SECUS TAMEN SE RES HABET. Nam Josephus ait, eos πάντα τὰ γεγραμμένα amplexos esse, solas autem παραδόσεις rejecisse. Quin non licebat cui impunè Prophetas rejicere. Quod sibi (Sadducæi) fecissent, lapidati fuissent à populo. Et quis adseret, Pontificem esse potuisse qui solam legem admittat, rejectis Prophetis? At Pontifex summus Sadducæus fuit Actor. V. 17. hæc D. Quistorpius. Centuriatores Magdeburg, cent. 1. lib. 1, cap. 5. hæc habens: Compendio studentes (Sadducæi) & otio, immò etiam ut effugerent plurium confutationes, abjectis & abolitis omnibus Prophetarum libris, *solus quinq; Mosis* receperunt, ac professi sunt; hinc est, quòd Mosen tantùm citant congredientes cum Christo Matth. XXII. D. Bœtticher. postquam hæc citâsset, subjungit p. 72. und wird dieses insgemein dafür gehalten. Aber Drusius lib. 3. de tribus sect. c. 9. ziehet es in Zweiffel / und Scaliger verwirfft es gar. Ist auch vermuthlich / daß die Sadducäer die Schrifften der Propheten angenommen / sonsten

sonsten würden sie unter dem Jüdischen Volck nicht gelitten worden seyn. Und ist sonder Zweiffel diese Irrung aus dem/daß man allhier das Wort Legis nicht recht verstanden/oder verstehen wollen/herkommen. &c. Hottingerus l.c.p.35.ita disserit: Rejectis Pharisæorum δευτερώσεσι solam Scripturam, seu verbum Dei ἔγγραφον, eamq; receperunt totam, non Penateuchum tantùm. Spanhem. dub. part.3.p.3.Scal.cap.16.[scil. Trihæres.] Cunæus de Rep.Ebr.p.476. unde ex libris Prophetarum contra Pharisæos disputant; Hackspanius tract. de scriptorum Judaicorum vario usu in Theologiâ p.229.&c.hæc Hottingerus. [h.Vide Walæum p.24 & p.1255.col.2.i. D. Althoferus in Harm.p 822. ita: Notandum Pharisæos & Sadducæos alias capitales inter se gessisse inimicitias, & doctrinâ & vitâ totos à se invicem dissensisse, ut ex Matth. III. 7. XXII.22.23.& Act.XIII.6.invicem collatis patescit: hic verò cum res contra Christum ageretur, bellè convenisse &c. Et hæc inimicitia etiam num hodie durare videtur, ceu probat Walæus p.1255 col.2.in fin.& p.1256.col.1.init. (k. Vide Hist. Passion [l.Act.III.11.collato cum Act.IV.1.3.6.& V.1.18. Nam per Apostolos v.18.intelliguntur Petrus & Johannes, ut ex antecedent. patet Cajapham Sadducæum fuisse,colligit, D.Quistorpius ex Act. V. 17. (m. Act. XXIII. 2.3. Confer Walæum in N. T. p. 1254.qui etiam conjicit, Quosdam Sadducæos fuisse Herodianos, p.171. 2. fin. [n. Euseb. lib.2. c. 23. Hegesippus lib.5. [o. Matth. III.7. seqq. [p. Matth.XVI.6.N.B.De Sadducæis plura memorabilia

sia occurrunt apud Drus. comm. ad voces N. T. p. 147. & comm. posteriore p. *187. Hotting.* Th. Philol. p. *34.* seqq. *Cheitomæum* p. 149. seqq. ex antiq. verò apud Joseph. l. XI II. c. 9. & lib. XIIX. *11.* antiq.

433. ESSÆI.

Essæi [*a.* quasi operarii [*b.* seu inquisitores, nomen in historiâ sacrâ habent plane nullum, in aliorum ómnium scriptis plurimum. Aversabantur *Pharisæos*, tanquam simulatores: oderant Sadducæos, tanquam profanos & leves: *solis sibi excellentiæ & sanctimoniæ titulum attribuerunt*: [*c. remoti à frequentiâ, secessuum & solitudinis cultores,* (*d. hortis colendis & studiis naturæ intenti.* Nomine inter se fraterno salutabant, utscribit Tacitus: sine fœminâ, & cunctis cupiditatibus vivebant, ut Martianus: sine pecuniâ, ut *Plinius*: sine servitiis, ut Josephus. In eorum collegium admittebatur nemo, nisi *quem castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequebatur,* ut Solinus. Victus eorum, herbæ & fructus arborum: potio, aqua profluens: *animales* enim *cibos*, luxus incendia: *luxum* ipsum, *quasi pestem fugiebant.* *Proprii* possidebant nihil, non domum, non penum, non vestem, non vasculum: nec à summo infimus in re ulla defraudabatur. Pauperum liberos alebant, & suis imbuebant legibus atque moribus. Scribit *Porphyrius* *divino cultui* fuisse *intentissimos*, adeò ut se occidi passi sint, antequam deflecterent à proposito: tantæ æstimationis apud universos

versos, ut nullis nunquam fuerit tà ferus, qui ausus sit eis nocere: nullus sophista tam malus, qui aliquod crimen objicere. Philo & Eusebius illis attribuunt amorem Dei ardentem, *virtutis cultum purissimum*, caritatem erga omnes homines effusam. Omnibus domicilium commune, operâ communi parta in medium afferebant, communis curatio, commune mortuis sepulchrum. Tanta eorum multitudo fuit, ut pro singulari gente, non verè tamen ab aliquot scriptoribus sint habiti. Ex Essæorum numero prodiit Judas, vir scelaratus & seditiosus, Archelai temporibus. (e. Durarûnt usque ad Epiphanii tempora, posterioribus quasi defossi atque tumulati. Eò superstitionis venerunt, ut nullum librum observarent, nisi Petri Epistolas, ut est apud Theodoretum. (f.

ANNOTATIONES.

(a. Quidam ipsos vocant *Essenos*. Vide *Hotting*. l.c.p.38.39. Observetur autem h.l. ipsam vocis originem Ebræis esse *ignotam*: (ut vulgò Græcorum more איסיאי scribunt. Αζαν. in Meor. Ex pag. 33. R. Ged. in Schal. hakkab. p. 33. Christianis verò *dubiam*. Aliin. ab. אסא. h.e. ὅσιος sive *sanctus* derivant. Quàm pueriliter a. in vocis istius origine inquirendâ ineptiat Serarius Jesuita, vide in Elencho *Scaligeri* c. 17. Ipse *Scaliger* Essæos cap. 26 sic vult dici vel ab *Authore*: vel à השה h. e. *siluit*. ta ut הַשָּׂאֵי vel Essei sint, qui *seorsim à strepitu agunt*;

Gr,

Gr. Μαϊουζουῖες vel ἡσυχάζουῖες Fullerus inſ. Micel. lib. 4. c. 4. mavult illos derivare vel à חסן vel à חסה, quod Mercero interprete, eſt, in *locum aliquem ſe recipere*, ita ut Eſſæi ſint *à* latitando *dicti*. Abditi enim degebant ἐν ταῖς σκέπαις & ἐν ταῖς καλαφυγαῖς, ſive, ut Euſebius loquitur Eccl. Hiſt. l. 2. c. 17. ἐν μοναγρίοις & κήποις. Vide Fuller. p. 416. (b. Eandem cum *Auctore* etymologiam tradit *Althoferus* in Harm. p. 822. ubi ita Tertia ſecta erat Eſſæorum, quorum tamen in N. T. nulla fit mentio: ſic dicti ex Ebræo עשים h. e. *operantes à* radice עָשָׂה operatus eſt, quod vitam auſteram digentes, more Eremitarum putarent, ſe *ſolos* operari, vitam degere filiis Dei dignam &c. Ac D. Bœtticher Iſagog. pag. 74. Die Eſſaeer / oder Eſſæni *operatores*, ſollen ihren Nahmen habe vom Wort *Aſa.* &c. Schindl. col. 1904. E. ſcribit חשונים h. e. Eſſeni. Rationem vide ibidem. Et col. 618. D. E. Ἀσιδαῖοι poſteà dicti fuerunt חשונים h. e. *rebelles ſeditioſi*, quòd ſeditiones moverent. Inde eſt vocabulum ἐσσαῖοι Eſſeni, quod Judæi אשינוש ſcribunt, Vide plura ibid. & in fin. illius columnæ: Horum Auctor fuit Judas Galilæus, cujo fit mentio Act. V. poſt natum Chriſtũ anno undecimo. Et R. Abraham in lib. Juchaſ. Eſſenorum *Patriarcham* ſtatuit Judam Galilæum. Sed longè antiquores ſunt Eſſeni Judâillo. Unde

Hottin-

Hottingerus p. 38. hanc sententiam vocat *ridiculam*.(c. Confer quæ Walæus habet p. 1258. col. 2. ab init.(d. Hotting. p. 38. n. III. ubi plura pro illustratione Auctoris occurrunt. Quod autem Essæi studiis *naturæ* intenti fuerint, vide apud Schindler. col. 610. & Bættich. p. 75. nec non D. Quistorp. in N.T. p. 4. n. 8. [e. Joseph. lib. 18. c. 2. Inde quidam illum pro Essenorum auctore venditant, ceu diximus. [f. vide D. Bœttich. p. 75. & Schindlerum col. 619. ubi multa pro illustratione Auctoris inveniuntur. De Essæis vide quoq; Samuel. Petitum in Var. lect. p. 130. 179. Alstedius in Theol. Polem. p. 48. ait, Essæos dictos etiam Hessenos, Ossenos, Hasidæos &c. Eos Pythagoricis Philosophis proximè accessisse putat Hottingerus in Pentad. Dissert. p. 155. Vide quoq; Eliam Sched. de Diis German. p. m. 390. Nicolaus Serarius Trihær. cap. XVII. distinguit Essenos in practicos ac Theoreticos: practicos ante Christi & Apostolorum prædicationem negat fuisse Christianos, at postea plurimos, amplexos ait Christianam religionem: ac Theoreticos dicit omnes fuisse Christianos. quam v. hæc sint futilia, ostendit Dorscheus in ludis iniquitatis p. 83. usq; ad 88. & in Corollariis ****** 3. & seq. Vidè quoq; Chamierum contract. f. 1125. n. 42. f. 1063. n. 13.

434. HERODIANI.

HERODIANI *inimicum & exosum habebant, quidquid cum eorum sententiis pravis*, & cum apertâ tyrannide, quoquo modo *pugnaret*. Intelliguntur autem per eos ministri (a. regum Idumæorũ & *auctores ac sectatores reli-*

religionis contaminatæ : (*b.* undè à tali fermento & corruptelâ Christus præcipit cavendum, apud Marcum. (*c.* Observabant circumcisionem, nec collocabant filias nisi circumcisis : *cumulabant ritus*, & sacrificia, *& dies solennes*. Ridet eos Persius, (*d.* quòd ungerent fenestras Lucernas disponerent, piscium catinos, fidelias vini Romæ circumferrent. Sacerdotes non quidem vi expellebant, sed *stipendiis detractis eripiebant victum. Ornabant templa, destruebant doctrinam:* orabant motu labiorum, pedibus nudatis, sed *populi ora stringebant*, & calcibus ferratis colla premebant. In Theatris erant mimi, in sacrario flamines; *ad fallendum vulpes*, *ad dominandum leones*. Regi deferebant omnia, cui serviebant. Deo conditori & præsidi gentis, non dabant, quæ deberent, sed quæ sibi placerent : eidem Jerosolymis donaria ponebant in templo: item in Capitolio Romæ anathemata jovi suspendebant. (*e.* Cum Pharisæis, & Sadducæis colludebant, ut ipsis commodum videbatur. (*f.* Disputationi de censu, ad Christum irretiendum intererant : [*g.* admittebant sæpè sermones piorum, sed cùm objurgatores fierent, eosdem exterminabant, aut *de vitâ tollebant*. Herodem Magnum, *pro Messiâ venerebantur* ex iis nonnulli. [*h.* ejus nepotem, populus Deum salutabat in Theatro.

[*i.* Hæc Esavi posteritas impia & versatilis, nationi Judæorum & omni populo, extrema calamitas fuit. Ex Herodianis ministris ad Christum accedunt duo Capernaitæ: Centurio, (*k.* rogatum salutem servo: aulicus quidam, [*l.* suo filio.

ANNOTATIONES.

DE Herodianis vide *Drusium in præteritis pag.* 48. *Adde Buxtorf.* Lex. *Talm. fol.* 630. *qui Drusium perstringit. Hottingerus in Thes. Philolog. S. de illis ita. p.* 44. *Herodiani ac Herode magno, Antipatri filio denominantur, vel, quòd milites essent aulæ Herodianæ; Exercitat. Heinsii ad Matth. XXII. 16. &* Luc. XX. 20. *ac Bezam ad eundem locum: vel quod* Herodem pro Messiâ *agnoscerent: Epiphanius hæres.* 20. *Tertul. lib. de præscript. advers. hæres. fac.* 39. *fac.* 2. *Spanhem. Dub. Evangel. part.* 2. *p.* 232. *Grotius de verit. relig. lib.* 5. *Baron. ad Apparat. f.* 4. *Casaub. Exercit. p.* 46. *Zonaras Hist. p.* 166. *explicat per* τȣ̀ς τὰ ἡρώδȣ Φρενȣ̃ντας. *Syrus: per* Domesticos Herodis, *Nunc ad Auctorem.*

(*a.* Luth. Herodis Diener. *Munsterus in Evangel. Ebr. vertit. per* עכרי הירורוס *h. e* servos Herodis. *El. Hutterus:* עַנְדֵי הֵרירוֹרֵס *Hieronymus apud Heins. exercitat. ad Matth. XXII. p. m.* 64. milites herodis, *à quibus non procul abest Syrus.* (*b. Beza in not. margin. N. T. edit. Genev. in* 8. *ann.* 161. *Herodianos interpretatur*, qui cum Herode novam quandam religionem ex paganismo & Judaismo conflabant. *Idem Beza apud Walæum pag.* 240. *col.* 1.

Fortassis,

Fortassis, inquit, Herodiani ab Herode illo magno cognominati sunt, qui, ut erat ille homo profanus, novam quandam religionem ex Paganismo & Judaismo conflabat. (*c. Marc. II. 15, D. Quistorpius in N. T. pag. 60 col. 2. ibi* (*scil. Marc. IIX.*) *profectò fermentum Herodis nihil præter* Hæresin Herodianorum *significat. Quamquam hæc interpretatio non est ad palatum Petito & Walæo p. 415. col. 2.* [*d. Satyr. V.*

-------- -------- *At Cum*

Herodis *venere* dies, *unctâq; feneſtrâ*
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Portantes violas, rubrumq; amplexa catinum
Cauda natat thynnis, tumet alba fidelia vino:
Labra moves tacitus, recutitaq; Sabbatha palles. &c.

Hunc Persii locum expendit contra Baronium Casaubonus in Exercit. pag. 303. [*e. vide notata ad lit. b.* (*f. Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. XII. 11.* (*g. Matth. XXII. 16* [*h. Istud* [*quod olim Epiphanius hæresi XX. Tertul. lib. de præscript. adverss. hær. & quodammodo Theophylactus in Matth. XXII. & è recentioribus D. Quistorpius in in N. T. p. 60. 61. ac D. Dilherus tom. 2. Disp. Philol. p. 317 tradunt*] *non est ad salvam Walæo pag. 452. nec videtur probari D. Hieronymo, cujus D. Dilherrus loc. cit. meminit. Nam Hieronymus,* (*ait D. Quistorpius pag. 60. col. 2.*) *in Matth. XXII. castigat eos qui opinarentur, Herodianos fuisse genus hominum, quibus persuasum esset, Herodem Magnum Messiam fuisse, idq; Latinorum commentum esse dicit. Hæc D. Quistorp. Sanè mirum videri que-*

at, qui Herodiani Matth. XXII. Herodem Magnum ultra XXX. ann. tum mortuum pro Messiâ habere potuerint, inprimis cum Judæos non liberasset à servitute &c. (i. Act. XII. 21.22.23. [k. Matth. IIX. 5. seqq. [l. Johann. IV. 47. seqq. Tandem si Auctor in hac Historiâ Herodianorum non omne, quod ajunt, punctum tulit, velim expendat Lector, quod Walæus p. 240. col. 1. ait: Quinam Herodiani vocentur, à Matthæo & Marco, non satis constat. Ac D. Dilherus loc. cit. Herodiani, inquit, illi quorum mentio fit apud Evangelistam, qui fuerint, tot interpretationum sese offerunt discrepantiæ, quot dicere nunquam.

Tam citò, nec tanto possis contexere cursu,
Ut non ter decies respires.

De Herodianis confer etiam Casaubonum l. c. p. 43. Hott. H. Eccl. part. I. p. 12. Martinium in Lex. Phil. Christ. Noldium in Diatribe de vitâ & gestis Herodum p. 266. Gerh. Harm. c. 154. Bakium in Expos. Evang. Dom. XXIII. Trin. p. m. 285. seq. Chemn Har. c. 33.

IN-

INDEX.

Cui præmittitur adloquium

ad Lectorem Benevolum DE NOVA ISTA EDITIONE.

ANtequam subjiciamus triplicem opusculi indicem, breviter monendus non nihil videris, L. B. de novâ hac Hist. Sacr. editione. Quod ut bonâ Tua cum pace fiat, maxumo Te opere rogo. Aureus iste libellus, superiori seculo recusus aliquoties, ipse dudum abundè se commendavit, ut si vino vendibili non opus est suspensâ ederâ, ille neque alterius cujusquam, neque meâ commendatione indigeat. Velut autem temporum injuriâ, in quibus omnis pænè Germania adsiduis bellorum incendiis tantùm non penitùs deflagravit, non hominibus tantùm plurimis exitio fuit, sed integras quoque urbes ac pagos evertit; ita eadem omnem propè elegantissimi istius libelli memoriam exstinxit. Qvum enim Bibliopolæ non pauci æque ac alii suis exhau-

rirentur viribus, ac, nescio quibus rationibus, persvasi essent, se magis consulturos fore suis rebus, si nova quædam ac mustea opera ederent, quàm si, quæ prodierunt olim, subjicerent iterum prælo: factum est, ut nulla tandem exempla Historiarum Sacrarum impetrari in librariis officinis possent. Neque id curarunt magnopere aliquot Scholarum Moderatores, qui in sinu potiùs gratulati sibi fuerant, quod non tenerentur amplio Auctorem, cui explicando non erant, enodare. Qvia verò alii quidam cordatiores, quibus docendi provinciam DEus per scholarum Patronos demandaverat, probe animadvertebant, quantum momenti in libello isto positum, &. ideò ægerrimè ferebant, κειμήλιον adeò preciosum, perpetuis mancipatum tenebris ex hominum memoriâ deleri. Et ea propter passim quæsiverunt, num invenire possent, qui obstetricanteis novæ editioni manûs commodarent. Qvumque *Vir integerrimus & Prudentissimus*, DN. MARTINUS MULLERUS, Bibliopola, & Senator Numburg. ex multorum, qui inter Doctissimos jure numerantur, litteris intellexisset, quàm acerbum piis non paucis accideret, destitui diutiùs opusculo desideratissimo; non diu, quid faciendum, deliberavit, sed potiùs id operam dedit, ut nitidior, quam parturiebat editionem, esset. Utque scopum istum in quem unicè collimabat, attingeret, mecum

in

in nundinis Petro-Paulinis anni superioris clɔ Iɔc. LVI. eà de re agens rogabat, ut notis quibusdam terſiſſimas illas hiſtorias illuſtrarem. Ego verò, quamquam aliis diſtringerer lucubrationibus, nolebam tamen deeſſe VIRO OPTUMO. Hanc itaque provinciam in me devolvi paſſus poſt ſextam à contractu noſtro hebdomada communicavi ipſi, quas heic vides L. B. annotationes. Tot ſcilicet dierum hic partus eſt, non plurium: id quod DN. MULLERUS teſtabitur, ſicubi ita opus fuerit. Proinde, ſi non omnia videantur ad amuſſim exacta, ne, quæſo, ſiniſteriùs id, L. B. exponas. Si enim canis nimium feſtinando cœcos parit catulos, & quandoque bonus Homerus dormitat; quid mireris, me quoque nimiùm feſtinantem quædam humanæ infirmitatis veſtigia poſuiſſe?

Niſi ſubveritus fuiſſem, ne nimium excreſceret labor, potuiſſe equidē prolixiꝰ nonnulla matiusq;& perſpicuè magis exponere. Interim digito velut indice monſtravi, unde uberior rerum illuſtratio depromi ab Hiſtoriæ Sacræ & Eccleſiaſticæ Studioſis queat. Ubi tamen intellexero, gratum fore juventuiſ Scholaſticæ, vel quibusdam etiS Sam. Theo. Studioſis, ſi uberiores poſthac notas adjecero, non certé renuam, ſi vitam conceſſerit Deus, & corporis pariter animique vigorem.

Qvantum verò emolumenti ex brevi-

bus hiſce notis redundare in Hiſtor. ac SS. Theol. Studioſos quoſdam poſſit, ejus rei buccinator eſſe nolo. Adjectæ ſunt, fateor, non tam in tironum ac puerorum, quam in provectiorum & quorundam ſtudioſorum gratiam; ut ne ſcil. tædium illi conciperent opuſculi elegantiſſimi, illudque quaſi curis Academicis indignum abjicerent; ſed animadverterent præterſiſſimum dicendi characterem, & qui proxume ad Veterum elegantiam accedit, admirandam rerum Theologicarum aliarumque farraginem ſub iſto cortice latere, nucleumque variæ omnino Sàpientiæ, quem eſſe poſſunt, quotquot nucem frangere non erubeſcunt. Sanè ſi luxuriare verbis voluiſſem integri quaterniones, ſingulis Hiſtoriis explicandis non fuiſſent ſatis. Sed paucis ſubinnuere multa placuit. Quod Scripturæ θεοπνεύστα oracula ſuccinctè ſint enodata & enucleata, citra monitorem intelliget, quisquis lectione dignabitur hanc noſtram operam. Conſultum autem fuerit, ſi Præceptores tàm publici, quàm privati, ſuos ita adſvefaciant, ut domi vel poſtquam dimiſſi à laboribus ordinariis fuêre, codicem ſacrum evolvant, & loca paſſim laudata probè expendant. Sic enim biblicas illas Hiſtorias faciliùs ac tenaciore memoriâ complectentur, & feliciùs inſidebit atque cuſtodietur, quidquid geminâ iſtâ & genuinâ diſcendi ratione perceptum fuit. Porro hoc etiam ſcire Te velim, L. B. quæ diverſo ab aliis cha-

charactere sive typo, eoque ad latus quadantenus inclinato, sunt exarata, ea insigniores loquendi formulas, quas phrases vulgò dicunt, subministrare. Quod in eorum gratiam, qui proprio, ut ajunt, Marte, ac sine vivi Præceptoris χειραγωγία lecturi sunt opusculum, monendum heic duxi. Dixi *insigniores loquendi formulas*. Etenim longè plures colligi ex omnibus ferè lineis posse, quotusquisque est, qui non videat? Ideò non sine gravissimis causis ELEGANTISSIMAS h e. omnis elegantiæ purioris plenissimas Historias istas Nobilissimus ac Celeberrimi nominis Theologus, cujus censura post Fabricii præfationem est apposita, vocat. Quin alius quidam scribere ad me non erubuit, sordidum videri ingenium, cui sordeant Sacræ istæ Historiæ. Taceo aliorum Celebrium Virorum judicia, quæ cum WELLERIANO ex amussim consentiunt.

Dignus igitur videtur libellus iste, qui in Christianorum Scholis pænè utramque faciat paginam. Et spero ego futurum, ut quò diutius hactenus latuit, eò magis posthac inclarescat, ac sui Auctoris memoriam intercidere aut emori nunquam permittat. Si verum est, quod in Platonis Protagorâ legimus, videlicet *posse brevibus plura complecti, id viri absolutè docti esse*; certè maxuma FABRICIO laus debetur. Hic enim quas Veneres, quosq; flores Florus, Sallustius, Curtius aliiq; tales habent, quasi in fasciculum collectos heic exhibet, vastissimamq; Historiæ copiam paucis pagellis intexuit.

Deinceps placebit etiam in posterum ut arbitror, libellus iste ideò, quod Serenissimo suo vultui, manuque clementissimâ dignatur illum SERENISSIMUS AC CELSISSIMUS PRINCEPS, cujus augustissimo nomini inscripto humillimè & consecratus fuit. Si enim auctoritas incomparabilis illius Principis, CHRISTIANI PRIMI, & augustæ beatissimæque memoriæ Patris illius AUGUSTI, apud Scholarum illustrium ac provincialium in Electoratu Sax. tanta fuit, quanta esse meritò debebat, ut scilicet publicè in illis juventuti proponeretur, qui Christiano I. dedicatus erat liber; quid non sperandum beatis Fabricii manibus erit, postquam ILLI Principi nuncupata est nova ista editio, cujus *SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS DN. PARENS*, præterquam, quod æquè ac Augustus, dignitate Electoris Saxonis polleat, etiam *S.* Rom. IMPERII VICARIUS hodie audit?

Neque verò insolentior cuiquam videri debet spes ista, quam intra animum concepi firmissimam. *Sic* enim Erasmus reverà ἐρώσμιος, in epistolâ dedicatoriâ, libello de morum civilitate præfixâ, ad Heinricum à Burgundia, Adolphi, Principis Veriani filium olim scribere non dubitavit: *Ut libentius hæc ediscant omens pueri, ideò amplissimæ fortunæ, summæque spei puero dicata sunt. Nec enim mediocre calcar addet universæ pubi, si conspexerint, Heroum quoque liberos à primis statim annis diversi studiis, & in eodem cum ipsis stadio currere.* Quod [illegible] licuit Erasmo sperare, eccur id mihi sperare

rare non liceat? Quandoquidem Principis mei auctoritas longè major est illius dignitate.

Tandem multiplex ille usus, quem secundus ac tertius indices, qui in quibusdam editionibus inventi non fuere, pariunt, hanc nostram editionem non parum commendabit. Si enim conferas loca illa omnia, quæ in secundo indice ad pleraque nomina propria sunt notata, longè plura de viris illustribus cognosces, quàm quæ peculiariter de unoquolibet Auctor consignavit. Tertius autem index ostendet exempla plurima, & ea quidem evidentissima, de quibus citra blasphemiam dubitare tantillum non licet, unde patet, quid intersit inter ἀπιστίαν & vitia sive peccata enormia, ac inter veram fidem ejusque genuinos fructus, bona opera ac virtutes: Quæ omnia non solùm ad vitæ informationem trahi & adplicari, sed in orationibus etiam ac declamationibus, Chriisq; & aliis ejuscemodi exercitiis intexi elegantissimè, & ad movendos adspectûs adhiberi possunt.

Appositi sunt equidem isti indiculi in quibusdam editionibus, sed innumeris propemodum σφάλμασι fœdati, ut nisi gravissimo labore emaculari non potuerint. Et quia Historiæ sunt breviusculæ, magis ex re juventutis fore æstimavi, Numeros Historiarum apponere, quàm paginarum. Quartum indicem, quem Auctoris filius in editione ann. clo loc X. alumnis Scholarum provincialium dicatâ, adjecit, significationem nominum

num Propriorum explicantem, ideò non adjiciendum censui quod inter indices Bibl. Germ. & Lat nec non passim alibi habeatur.

Plura non addo hac vice, nisi ut valere ex voto Te, L. B. jubeam, atque eo, quo erga unumquemque par est, modo petam, ne Tuum mihi amorem in videas aut subtrahas. Ego velut ad aram Tibi spondeo, Te, si me amaveris, hominem amaturum neque immemorem neque ingratum. Etenim ut omneis bonos intume amo & æstumo; sic eos cumprimis, à quibus amari me scio, in oculis fero & exosculari soleo.

Det DEUS benignissimus, ut neque Fabricii, neque meus qualiscunque labor sit frustaneus, sed uterque potiùs fructum ferat copiosum juxta & laudabilem. Vale iterum

Lector Benevole
& favere perge

Tuo

MITTERNACHTIO.

INDEX PRIMUS.

NB. Numeri non paginarum sunt, sed Historiarum.

A.

Aaron 63
Abdias aulicus 164
Abdon, dux 86
Abednego 276
Abel 4
Abesan, dux 86
Abia, rex 196
Abias, sacerdos 99
Abjathar 126
Abigail 118
Abihus 64
Abimelechus rex 24
Abimelechus tyran. 82
Abinadab 98
Abiron 69
Abisaius 114
Abner 105
Abra 267
Abrahamus 19
Absolon 121
Achabus pseudo propheta 258
Achanus 72
Achas rex 216
Achiacharus 223
Achimaas 128
Achimelechus 107
Achior Ammonita 165
Achitophel 163
Adadus 147
Adamus 1
Adonias 122
Adoniramus 150
Ægyptii 327
Agar ancillæ 22
Agrippa 427.429
Ahab 160.258
Ahasja 76.206
Ahias propheta 152
Ahichamus 248
Ahitophel 136
Alcimus sacerdos 348
Alexander I. 397
Alexander II. 404
Alexander III. 416
Alexander Macedo 302
Alexander Syrus 350
Alexandra I. 398
Alexandra II. 407
Amalechitæ 380
Amarias Sacerdos 101
Amasa 116
Amasias Hypocrita 184

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0509
DFG

Amasias vel Amazia rex 211
Aminadabus 55
Aminadabus hospes arcæ Domini 98
Ammonitæ 377
Amnon 120
Amon rex 235
Amorrhæi 367
Amos propheta 185
Amramus 54
Amrius rex 159
Anamehel 242
Ananias pseudo propheta 249
Andronicus 326
Anna Samuelis mater 96
Annon Ammonita 143
Antigonus I. 395
Antigonus II. 405
Antiochus Epiphanes Syrus 313
Antiochus Eupator 340
Antiochus Magnus 348
Antiochus Pius 356
Antiochus Entheus 354
Antiochus Grypus 361
Antiochus Aspondidius 362
Antipater Idumæus I. 408
Antipater II. 418
Aod, vel Ehudus 78
Apollonius Demetri legatus 353
Arabes 390
Arabiæ Regina 146
Arbaces Medus 263
Archelaus 419
Ariochus 275
Aristobulus I. 394
Aristobulus II. 400
Aristobulus III. 406
Aristobulus IV. 415
Arthasasta 395
Artaxerxes I. Persa 287
Artaxerxes II. 295
Asa rex 197
Asahel 115
Asa 197
Assarhaddon Assyrius 227
Asaria 198
Aser 42
Aspenas 274
Asidæi 328
Assyrii 391
Athalia regina 207
Azahel 181
Azarias proph. 198
Azarias vel Asaria sacerdos 214

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0510
DFG

B.
Babylonii 388
Bacchides 347
Baësa rex 155
Balaam vide Bileamus 67
Balsaar Assyr 278
Banajas heros 141
Barcillaius 133
Barsillai ibid.
Baruchus proph. 259
Bathuel 27
Balthsabea 119
Benhadadas I. 197
Benhadadas II. 182
Beniamin 45.
Bethuel 27
Bileamus 67
Boozus. 93
C.
Cainus 3
Caiphas 424
Calebus 75
Callisthenes 335
Cambyses Persa 282
Ceilenses 382
Cenæi vel Canitæ vide Cinæi
Chamus 11
Chami nepotes ac posteri 366
Chananæi 369
Chores 68
Chusaius 132
Cinæi 375
Cyrus Persa 280
D.
Dan 40
Daniel proph. 271
Darius Medus 279
Dathan 69
David rex 110
Debora vel
Delbora prophetissa 80
Demetrius Nicanor 352
Demetrius Soter 346
Dina 34
Doëgus 106
Dositheus miles 334
Dohtheus legatus 338
E.
Ebedmelechus 252
Eber 15
Efraimus 47
Ehud dux 78
Elkana 94
Eleasar vel Eleazer heros 139
Eleazar sacerdos 65
Eleazar summus sacerdos 307
Eleazar Matt. filius 329

Eli 88
Eleazar Martyr 319
Elias propheta 162
Eliasibus Sum. sac. 297
Eliezer vel Elieser Abrahami famulus 26
Eliezer propheta 204
Elisæus proph. 172
Elisæi discipuli 173
Ella rex 156
Elon dux 86
Enos 6
Enochus 7
Ephraimus 47
Ephron 25
Esavus 22. 36
Esdras sacerdos 293
Essæi 433
Esther 288
Ethaius 131
Eva 2
Ezechias rex 218
Ezechiel 261

F.

Filius Selomithidis 70
Fœmina Sunamis 168
Fratres septem Martyres 321

G.

Gabonitæ 47
Gad 42
Gadus prop. 124
Gedalias 255
Gedeon vid Gideon
Gehazus vel Gehasi 169
Gergesæi 371
Gibeonitæ, vide Gabaonitæ
Gideon 81
Gigantes 363
Goliadus 111
Gorgias 333

H.

Habacuchus propher. 234
Habel 4
Hadad 147
Hadadezer vel Hadadeser 142
Hagar 22
Haggæus proph. 285
Ham 11
Hamanus 291
Hanan proph. 199
Hanna 96
Hanon 143
Harbona 292
Hasaël 181
Hatachus 289
Heber 15
Hanameel 224
Hanania 249

Helcanas 94
Helchias 237
Heli Sacerdos 88
Heliodorus 310
Henoch 7
Herodes I. 412
Herodes II. 421
Herodes III. 427
Herodes IV. 425
Herodiani 434
Herodias 422
Herus 372
Heſekiel Proph. 261
Hethæi 370
Heva 2
Hevæi 372
Hezechiel Proph. 261
Hilkia 237
Hiob 13
Hiramus artifex 149
Hiramus rex Tyrius 144
Hiskia 218
Hobab 59
Hophni 97
Horræi 379
Hoſeas Proph. 232
Hoſeas rex 193
Huſai 132
Hulda 239
Hyrcanus 399

I.

Iacobus 36
Iaddus ſacerd. 303
Iahaziel Proph. 203
Iair dux 84
Iambrii 393
Iamnii 392
Iaphetus 10
Iaſabeamus héros 138
Iaſon ſum. ſacerd. 314
Idumæi 378
Jebuſæi 373
Ieconias rex 250
Iehaſiel 203
Jehus Propheta 202
Jehus proph. martyr. 157
Jehus rex 178
Jepta dux 85
Jeremias 254
Jeroboamus I. 15
Jeroboamus II. 56
Jethro 57
Jezabel 161
Infantes matyres 320
Ioabus 113
Ioachas vel Ioachas rex Iſrael 179
Ioahas rex Iudæ 244
Ioachimus rex 245
Ioachimus ſacerdos 269
Ioas rex Iſrael 180

Ioas rex Iudæ 208
Ioatham 90
Iobus 31
Ioël filius Samuel 99
Ioël proh. 233
Iohanan Tyrannus 257
Iojakim 245
Ioachin 250
Iohannes Matthathiæ f. 323
Ioh. Hyrcanus 357
Iohel ſacerdos 99
Iohel propheta 233
Iojadas ſacerdos 209
Ionas propheta 186
Ionathas Saulis f. 102
Ionathas ſacerd. 128
Ionathas Mattath. fil. 327
Ioppenſer 392
Ioramus rex Iudæ 305
Ioramus rex Iſraël 177
Ioſaphatus rex 200
Ioſephus Iacobi f. 44
Ioſephus dux 336
Ioſias rex 236
Ioſippus 410
Ioſua dux 76
Ioſua ſacerdos 284
Ioſua Siracides 306
Iotham 90
Iothamus rex 215
Iothanes 90
Iſaacus 28
Iſaias 230
Iſaius 109
Iſaſchar 43
Isboſedus 103
Iſebel 161
Iſmaël Abrahami fil. 23
Iſmaël Tyrannus 256
Iudas Eſſæus 396
Iudas Iacobi f. 39
Iudas Maccabæus 325
Iudas Simonis fil. 359
Iuditha 266

K.

Kenitæ 375

L.

Laban 32
Lamechus pius 9
Lamechus impius 8
Lea 33
Levi 38
Lia 33
Lothus 21
Ludus imperatorius 273
Lyſias 330
Lyſimachus 317

M.
Maleachus prophet. 310
Mambres vel Mamre 25
Manahemus rex 189
Manaimus Essæus 401
Manasses Josephi f. 46
Manasses Rex 229
Manasses sacerd. 300
Mardachajus 290
Maria 62
Marianne 414
Mater Hyrcani 358
Matres & infantes martyres 320
Matthathias 322
Mattathias Simonis fil. 360
Menelaus sacerdos 315
Mephiboseth 104
Merodachus Assyri 9. 277
Merodachus Babyl. 228
Mesach 276
Michal 117
Micheas proph. 174
Midianitæ 374
Mille martyres 318
Miphiboseth vel Mephiboseth 104
Mirjam soror Mos. 62
Moabitæ 376
Moses 60
N.
Naas Ammonita 101
Naasson 56
Nabal 112
Nabathæi 345
Nabothus 165
Nachar 18. 19 22
Nadabus Aaronis f. 64
Nadabus rex 154
Nahaman Syrus 171
Nalhor 18
Nahamus proph. 231
Nathan proph. 125
Nathanes 123
Nazaræi 430
Nebucadnezar 272
Nechaut Ægypt. 247
Nehemias 296
Neptalim vel Naphtali 41
Nicanor legatus Demetrii 349
Nicanor Patrocli 332
Nimrodus Tyrannus 10. 14
Noa vel Noachus 10
Noèmis vel Naêmi 91

O.

OBabus 59
Obadja 164
Obadias proph. 260
Obed proph. 192
Ochozias rex Jud. 206
Ochozias rex Isr. 176
Ochus persa 299
Oded 192
Olda prophetissa 239
Onias pater 304
Onias nepos 311
Onias phariseus 402
Ophnius vel Hophin 97
Othoniel dux 77
Oza 129
Ozias vel OsiasDux 268
Ozias vel Osias Rex 213

P.

PAssur hypocrit. 240
Peca rex 191
Pecaia rex 190
Pelatias 262
Peninna 95
Peleg 16
Peres 49
Petronius 426
Phalechus 16
Pharao pius 51
Pharao impius 52
Phares 49
Pharisæi 431
Phaselus 409
Phenenna 95
Pheresæi 368
Pheroras 411
Philippus 420
Philippus phryx. 341
Philistini 38
Pinehas Eleazaris f. 66
Pinehas Eli fil. 97
Platia 262
Pontius pilatus 425
Populus in mari 61
Popus in deserto 71
Potiphar 50
Propheta ignotus ad amasiam 212
Propheta ad Jeroboammum missus 152
Phropheta ad Achabum missus 166
Ptolomæus Macron 342
Ptolemæus philometor Ægyptius 351
Ptolemæus phœnic. 343
Pua obstetrix 53
Pueri Bethelenses 171

R.

RAchab 73
Rachel 35
Raguel 214

Rahab 73
Rahel 35
Rebecca 29
Rechabitæ 243
Rechabeamus vel Rehabeam 194
Rezon vel Refon 148
Riſpa 148
Ruben 37
Ruth 92

S.

Sacerdotes milites 337
Sachanias vel Sechania 294
Sacharia 187
Sadducæi 432
Sadochus 127
Sadrach 276
Salome tyranna 413
Salome ſaltatrix 423
Sallumus rex 188
Salmanaſſer 219
Samaritani 386
Sameas Phariſæus 403
Samgarus dux 79
Samma 140
Samrius rex 158
Samſon 78
Samuel Propheta 89
Sanheribis Aſſyrius vel Sennaherib 220
Sara Abrahami 20
Sara Raguelis 225
Sarajas vel Seracha 281
Sarchedon Aſſyrius 226
Saul Rex 110
Scythopolitani 344
Seba 137
Sedechias hypocrita
Sedechias pſeude-propheta 258
Seleucus Philopat 309
Semajas vel Semaja pſeudo propheta 241
Semajas Delaiæ 298
semeias propheta 195
semeius 135
semus 13
sephora 53.58
sero 330
serubabel dux 283
sesbaſar 28
sethus 5
siba 134
sichemitæ 365
sidonii 384
simei 135
simeon Iacobi f. 38
simon Matathiæ f. 324
simon proditor 312
simon ſacerdos 305
simirus rex 158

Simson 87
Siphra obstetrix 53
Sodomæi 264
Solomon rex 145
Sosipater legatus 338
Susanna 270
Syrii 389

T.

Tero miles 417
Thamar 48
Thara 17
Tholas dux 83
Timotheus Gennæus 339
Tobias pater 221
Tobias filius 222
Tyrii 385

V.

Vidua Sareptana 163
Urias heros 130
Urias hypocrita 217
Urias Propheta & martyr 246
Usa 129
Usia 213

Z.

Zacharias proph. 286
Zacharias rex 187
Zachar. sacerd. & mart. 210
Zadok 127
Zamri 158
Zebulon 43
Zedechias vel Zidekia rex 253
Zephonias vel Sephonias Proph. 238
Zedekia 258
Ziba 134
Ziphæi 383
Zipora 58

FINIS INDICIS PRIMI.

IN-

INDEX SECUNDUS.

Numerus etiam Historias judicat, non paginas

A.

Aaron 54. 55. 56. 60. 65. 66. 68. 88. 127.
Abaris regio 60
Abdias 164
Abednego 276
Abel 3. 4. 210
Abela oppidum 137
Abia rex 167. 196
Abias Samuelisf 99
Abjathar 88. 122. 126 128
Abesan dux 86
Abiahil 288
Abigail soror Davidis. 116
Abigali uxor Nabalis. 112
& Davidis 118
Abimelechus 24. 28 82 83 90 360
Abiron 69
Amin adabus 129
Abisaius 114. 143
Abner 103 105 112 115 117
Abrahamus 17 18 19 20. 21. 22. 23. 26 27 28. 36. 366. 367. 374 304. 364
Abra 267
Abrahami sepulchrū 19
uxor 20 24
Absolon 110 114 116 120 121 126 128 131 132 134 135 136 137 198
Accaron oppidum 327
Accaronitæ 117
Achabus 160 164 165 166 167 174 175 176 178 200 205 258 376 389
Achamus 72
Achas 191 217 230

Achiabus 412
Achiacharus 223.226
Achimelechus 88.106 126
Achinoë Davidis uxor 120
Achio Ammonita 265 268
Achitobus 88.127
Achitophel 132.136
Achor vallis 72
Achsa 77
Achimaas 128
Adam 1
Adadezer 389
Adadus 147.378.379
Adar, Esavi uxor 380
Adonias 110.113.122 128.141
Adoniramus 150
Adoramus 194
Adramelechus 220
Ægyptus 20.23.36.44. 52.57.58.62.147.151. 193.244.247.254.259 299.350.351.357.387 397.408.412.419.
Ægytii 14.19.36.60.61. 191.213.252.245.263 387.399.
Æthiopia 199.282
Æthiopes 184.222
Africanus 41
Ager vel Hager 22.26
Agagus rex 380
Agagitæ 291
Aga 140
Agrippa 412.415.422 427.428.429
Ahasverus 279.287.295
Ahia 151.152.154.155
Ahichamus 248.255
Ahobitæ 139
Alcimus sacerdos 328 347.348
Alexander M. 302.303 308.385
Alexander Herodis filius 415.418
Alexander I. Rex Syr. 327 346.350.352.353.355 356
Alexander I. sacerdos & Rex 397.399.400
Alexander II. 404.406 407.414
Alexander III. 416.419
Alexandra I. 398.407
Alexandra II. 407.412
Alexandria urbs 302
Alexandrini 408
Allophyli 381

Ama-

Amalechitæ 59.71.110
118.375.380
Amanes 223
Amatinus vel Amathi fil. 186
Amathus ibid.
Amarias ſacerdos 201
Amaſias 180.184.185.
211.212.213
Amaſa 113.116
Aminadabus 49.55.98
120.129
Ammon 377
Ammonitæ 21.84.85
101.110.113.119.143
200.213.245.256.265
314.325.
Amnon Davidis f. 120
Amon Rex 235
Amorrhes 367
Amorrhæi 25.366.367
376
Amos Propheta 184.185
385.430
Amoſis 51
Amoſus, Ieſaiæ pater
230
Amrius 157.159.386
Amyntas Alexandri M. avus 302
Anahel 222
Anamehel 242
Ananelus 406
Ananias 249.432
Anathot 45
Anathus 79
Andronicus 311.315.316
Andreas Apoſt. 41
Annas vel Hannas Pontifex 424
Anna vel Hana Phanuelis fil. 42
Anna vel Hanna Tobiæ uxor 222
Annon 114.143.377
Antichriſtus 40.207
271.313
Antigonus 302.395
396. 405. 409. 410.
411.412.418.
Antiochus Rex Syriæ vel Antiochus M. 305
308.309.314.315.316
325.328.329.331.346
350.355.378
Antiochus Aſpondius 362
Antioch. Cizycænus 362
395
Antioch. Entheus 307
354

Antiochus Grypus 61 359
Antiochus Eupator 333 340
Antioch Epiphanes 333 340 341 342 343
Antiochus pius 356
Antioch. Sedetis 361 362
Antiochea 313 332 340 351 354 404
Antiocheni 314 318 350 352
Antipas 421 427
Antipater Idumæus 399 400 408 409 410 411 412
Antonius 400 405 409 410
Apocalypsis Iohann. 40
Apollonius Mneſt. fil. 322 325
Thraſeæ fil. 329
Demetrii fil. 353
Gennæi fil. 339
Apollo ædituus 408
Apphus 327
Appianus 308 309 331 346 399
Arabia 23 264 314 323 351 305
Arabiæ regina 146
Arabes 23 31 200 205 325 345 354 355 390 397 400 412
Arachitæ 132
Aradus rex 369
Aramæi 389
Aramus 49 389
Arbaces 263
Arbactus ibid.
Arca Noæ 10
Archelaus 416 418 420 421 427 433
Areta rex 399 402 421
Areus Rex 304
Arimathæa 46
Ariochus 275
Ariſtobulus 394 396 397 399 402 404 405 406 415 422 427
Armenii 13 362
Arpa 91
Artaxerxes 287 293 295 299
Aſa Rex 155 167 197 198 199 256
Aſæ foſſa 256
Aſaheł 115
Aſer. Jacobi fil. 42 385
Aſaphus 203
Aſcaton urbs 327

Aſca-

Ascalonitæ 408
Asenetha, Joseph conjux 46
Asia 302 303 314 351 410
Asiatica via 405
Asinius Pollio 399 415
Asmonæagens 406 413
Asmonæi 394 407
Asmonææ familiæ interitus 407
Asphaltites lacus 364
Aspharlacus 327
Aspenas 274
Assaphus 203
Assarhaddon 227
Assidæi vel Hasidæi 322 328 348
Assur, Semi fil. 391
Assyri 13 21 41 189 230 231 232 233 243 245 247 250 253 254 299 269 375 378 385 387 388 391
Assyria 194 186 191 223
Astartæ fanum 145
Astyages 279
Athalia 205 207 209
Athenobius 356
Athenæ 361
Atossa 288
Azahel 162 167 177 179 180 182 185 206 389
Azarias proph. 189 214
Azarias Dux 333 336
Azotus urbs 327 353
Azur 249

B.

Baalis fanum 207 209 216 217
Lucus 81 208 sacerdotes 178 statua 209 216
Babylon 14 19 234 237 240 245 250 255 261 271 278 283 288 290 388 399 408
Babylonica turris 10 16
Babylonii 234 388
Babylonicum exilium 283 284
Babylonius serpens vel draco 271
Bacenor 334
Bacchi Orgia 343
Bacchides 323 324 325 327 345 346 347
Bactriani 13
Baësa 154 155 156 157 167 197 389

Bagoas

Bagoas 299
Balachus rex 56.67.376
Baladanus 228
Balsaar 271
Banajas 141.262
Barachias 209
Baracus 80.377
Barcillaius 133
Barthabas 425
Baruchus 242.244.245 259
Bathuel 27
Bathsabea uxor Uriæ 119
Davidis 123.145
Bedan 87
Beelzebub Deus 176
Beher 232
Benjamin 36.39.40.194
Benjamitæ 312
Benhadadas 155.160 162.166.167.177.179 180.181.182.197.199 236.286.389.
Beor 67
Berechias 286
Berenice 415.429
Berrhæa urbs 315
Bersabea 110
Bethel 35
Bethelense altare 153.236
Bethelens. pueri 170.172
Betheron 233
Bethlehem 35.91.115 378.412
Bethsurani 344
Bethulia 264.266.269
Bethulienses vidua 266
Bethulienses 265.266 268.269
Bezegus Rex 368
Bileamus 18.56.59.377
Bilha 36.37.40
Bichrus 137
Boozus 92.93
Busyris rex 52
Busus 261

C.

Caathus 54
Cades urbs 62
Cambyses 282.283
Cæsares Romani
Julius 400.408
Augustus 411.412 418.419
Tiberius 425.427 429
Caj. Caligula 421.422 427
Claudius Tiberius Drusus 427.428
Nero 429
Vespasianus 429

Titus

Titus 429
Cæsarea 415.427
Caiphas 424.432
Cain 3.4.7.8
Callisthenes 335
Capitolium 429
Cappadoces 416
Carchani campi 247
Cariathjearima urbs vel Kiriathjearim 98
Carmelitarum concilium 162
Careas 257
Caspini 338
Casianum castellum 355
Cedrenus scriptor 412 423.427
Ceilenses 110.382
Cendebæus 357
Cenezus 77
Cenicæus 75
Centauri 370
Cethura, uxor Abrahami 374
Chalcidis Rex 415
Chaldæa 17.19.234
Chaldæi 13.19.31.256 257
Chamaan 133
Chamus 10.11.14.366 367.369
Chami nepotes 366.381
Chamos, Deus 377
Chanan 366.367.369 370.371.372.373
Chananæa 11.19.27.30. 44.45.60.75.369.381 393
Chananæi 11.13.19.36 80.366.368.375
Chebron urbs 370
Chermon mons 372
Chores 68
Christus 33.39.44.48.60 87. 92. 110. 123. 145 146.174. 185. 210. 230 233.261.186.286.301 366.371.384.385.386 390. 419. 424. 425. 427.431.432.434
Chrysaspides 145
Chrysostomus 110
Chusan rex 77.389
Chusus 14.238
Chusaius 132.136
Cilicia 19.264.351.362 404
Cinæa gens 59
Cinæus 375
Cinai ibid.
Cicero 429
Ciriathbaal urbs 45

Cison

Ciſon torrens 80
Ciſſon vel Ciſſus 100
Cizycenus vel Cizyzenus 362
Cleopatra regina 350 352 362
Colajas 250
Coloſſus Nebucadnezaris 276
Comagene 427
Cosbia 374
Cœloſyria 332 412
Cœleſyrii 353 389
Cypris Arabica 408
Cyaxares 279
Cyprus 342
Cyrus 278 80 281 283 299 339 388

D.

DAgon caſtellum 358
Dagon, Deus 98 353 381
Daliia 87
Damaſcenus, Johannes 431
Damaſcenus, Nicolaus 408
Damaſceni 36
Damaſcus 41. 216
Dan 40
Daniel 234 270 271 273 274 275 278 279 280 302 303 313 412
Darius 279 280 284 287 295
David 45 49 68 73 89 92 93 98 100 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 293 373 375 376 377 378 381 382 383 385 389 390 399
Dathan 69
Debira urbs 77
Debora 221. Vide & Delbora
Delajas 27 41 79 369 375
Demetrius 308 324 325 327 340 349 350 351 353 361
Demetrius Soter Syrus 346
Demetrius Nicanor 352 355. 356.

Deſer-

Desertum Sinaicum 59 60
Diana Scythica 344
Diluvium 10
Dina 34
Dion 400
Diodotus 355
Dodavus 204
Dodus 130
Doëgus 106 107 126 378
Dora urbs 356
Dosis 414
Dositheus 334 338 399
Dothana urbs 46
Drusilla 429

E.

Ebedmelechus 252
Eber 15 16 17
Ebræi 15 21 35 143 273 287
Ecbatana, Mediæ 222 263
Syriæ 282
Edua 225
Edom 30
Edomitæ 378 vide Idumæi
Efraimus 47 198 386
Efraimitæ 76 78 81 88
Eglon rex 56
Ehudus 45 78 376
Eleazar 139
Eleazarus sacerdos 307
Eleazarus 60 65 66 76 127 381 424
Eleazar Mattathiæ fil. 326
Eleazar Martyr 319
Elias Propheta 42 47 160 161 162 163 164 172 176 178 205 301
Eliadas 148
Eliasibus 297
Eliezer 26 204
Elimelechus 95
Elisæus 46 47 167 168 169 170 171 172 173 177 178 389
Eliseba 55
Ella 136 167
Elnathan 246
Elon dux 86
Emim gigantes 173 376
Enachim vel Enakim gigantes 370
Enochus 79
Ephra urbs 82
Ephron Hethæus 25

Ephron urbs 325
Epiphanius 261.533
Epiphanes 313.406.430
Esaias 218, vide Isaias
Esavus 28.30 31.378.434
Esdra sacerdos .293.294 296
Esromus 49
Ester 287.288.289.299
Eva 2
Evæi vel Hevæi 336
Eupator 326
Euphrates fluvius 47 142.247.251.278
Eusebius 398.433
Euricles 416
Eutropius 400
Ezechias 218 219.220 228.229.230
Ezechiel vide Hezechiel

F.

Festus 429
Florus 354.399
Forum Romanum 429

G.

Gabia 102
Gabaath 65
Gabaël 222
Gabaonitæ 74.100.180 249
Gabinius 400.404.408
Gabria 222
Gabel 82
Gadarenus lacus 371
Gaddus 189.323
Gad Propheta 124
Gad Iacobi fil. 42
Galaaditæ vel Gileaditæ 108.325.327.397
Galilæa 41.191.324.371 395.397.408.419.421
Galilæi 41.191.325. 412 425
Galli Allobroges 421
Gamaliel 431
Gamula urbs 429
Gathitæ 186
Gaza urbs 397
Gazenses 87
Gebethon 154.158
Gedalias 255.256
Gehazus vel Gehasi 169.172
Gennæus 339
Gera 78
Gerara 24.28
Gergesæi 366.391
Gergeseni 371
Gergeses ibid.
Gessureni 121
Gethæus 111.131
Germani 12

Gib-

Gibbon urbs 373
Gibeonitæ 257
Gideon 47 81 90 374
Gigantes 10 75
Gilead urbs 84
Gileaditæ 85 108 vide Galaaditæ
Gilead mons 32
Glaphyra 416 419
Goliands 110 111 117 138
Gorgias 325 331 333 334 336 378
Gosemus 298
Græci 12 287 303 307 315 322 329 340 343 381 384 394
Grypus 361 362

H.

Habacuchus 234
Hadadezer 142
Haggæus 285 286 287
Hai, urbs 74
Hamanus Macedo 287 288 289 290 291 292
Hannas Pontifex vid. Annas
Hanan proph. 199 202
Hanna Phanuelis filia Vide Anna
Hanna Tobiæ uxor, vide Anna
Haran, urbs 17
Harbona 292
Hosidæi. vide Asidæi
Hatachus 289
Hazor urbs 80
Heber 59 80
Hebron 19 75 105 118 325
Hegesippus 348 364 390 405 406 414 417 421
Helcanas 94 95
Helchias 237 239 254 270 296
Heli sacerdos 88 89 96 97 107 129 381
Heliabus 69
Helian 136
Heliodorus 310 311
Hermon vide Chermon
Herodes 307 378 399 401 403 404 405 406 408 409 410 411 412 413 414 417 418 419 420 421 422 425 427 428 429
Herodiani 434
Herodias 415 421 422 423
Herodotus 288
Hothus 370

Hethæi 25 28 366 370
Herus 372
Hevæi 372
Hezechiel 38 253 261 262
Hieronymus 34 388
Hiericho, urbs 72 74 324 409
Hierichumini 406
Hierosolymæ vide Jerosolyma
Hiobus vid Jobus
Hira Cananæus 39
Hiramus rex 144
Hiskias vide Ezechias
Hiſpania 421
Holofernes 264 265 266 267
Hor, mons 63
Horatius 411
Horrhæi 30 378
Hoseas rex 191 193 219 391
Hoseas propheta 219 232
Hulda, vide Olda
Huſaius, vide Chuſaius
Hyrcania 299 418
Hyrcanium Caſtellum 418
Hyrcanus I. 357 358 359 361 394 395 297
Hyrcanus II. 398 399 400 402 403 405 407 408 409
Hyſtaſpes 287

I.

Iabinus rex, 41 80 369
Iabiæ 102
Iacobus Patriarcha 18 28 29 30 32 33 35 36 37 38 39 40 42 43 44 45 61 387
Iacobus Apoſtolus 39 427 430 432
Iaddus 303 304
Iahel 80 375
Iahaziel proph. 203
Iair 84
Iairus 290
Iambri 325 327 393
Iamnia, urbs 336
Ianneus 399
Iaphetus 12
Iaſabeamus 138
Iaſon Cyrenæus 304
Iaſon ſacerdos 314 315
Iared 7
Iberi 12
Iddo 286
Idumæa 400 408 410 Idu-

Idumæa 31 71 106 110 333 336 377 378 379 408 429 434
Iebusus 373
Iebusæi 373 366
Ieconias 394 250
Iehiel 294
Iehus rex 156 157 178 179 206
Iehus propheta 202
Iemines 78
Iephta 85 377
Iephona vel Iephunne 75
Ieremias 38 45 237 241 242 243 244 245 448 252 253 254 255 257 258 259 384 387 430
Iericho vide Hiericho
Ierobael 81
Ieroboamus 151 152 153 154 183 184 186 187 193 194 196 236 389
Ierosolyma 98 111 194 220 243 293 296 303 314 322 324 325 347 351 352 368 373 387 391 399 425 429 434
Ierosolymitanum concilium 430
Ierosolymitana obsidio 242
Jesaias vide Isaias
Jethro 57 58 59 374
Iezabel 161 165
Iezechiel vide Ezechiel
Iezraëlitæ 165
Immerus 240
Ioabus 105 113 121 122 130 143
Joachus 179 244 387 389
Ioachimus rex 245 250 261 387
Joachimus sacerdos 269 270 297
Ioas rex 123 172 180 181 182 207 208 209 210 211 376
Ioas Gideonis Parens 81
Iobus 31 34 378
Iochebeda 54
Ioël vide Iohel
Iohannes Apost. 39 41 286 386 388
Iohann Baptista 38 301 421 422 432
Ioh. Damascenus 299
Iohann Hyrcanus 3 7 386 394

Iohan. Iojadæ filius 299 303
Ioh. Matthathiæ fil. 323
Ioh. Simonis fil. 324
Iohel proph. 37 233 384
Iohel Samuelis fil. 99
Iohannan Tyrann 9. 257
Iojadas 141 207 209 210 299
Ionadabus Rechabita 178 243
Ionas Proph. 43 186 391
Ionathas ſacerdos 128
Ionathas Mattathiæ filius 304 324 327 345 346 347 350 351 353 354 355 357 393
Ionathas Sauli fil. 100 102 104 134 381
Joppe urbs 327 353
Joppenſes 392
Joram 161 162 167 168 169 177 178 181 205 206 376 389
Jordanis fluvius 19 71 67 78 135 162 171 172 327
Iordanis fons 19
Ioſabetha 207 218
Ioſadachus 284
Ioſephus Iacobi fil. 28 36 38 44 46 47 50 51 387
Ioſ. Arimathæus 46 425
Ioſ. Mariæ ſponſus 419
Ioſ. Hieroſ. Præf. 333 336
Ioſ. Hiſtoricus 315 318 362 406 417 421 422 433
Ioſias 153 236 237 239 244 247 387
Ioſippus 405 410 414
Ioſaphatus 160 162 167 175 200 201 202 203 204 205 276 377
Ioſua dux populi 44 56 60 fin. 65 71 72 73 74 75 76 77 367 370 372
Ioſua ſacerdos 227 284 285 297 299 315
Ioſua vel Ieſus Siracides 306
Iothan vel Iothanes 82 90
Iothamus 191 215 216
Iozabadus 376
Iſaacus 18 22 24 28
Iſaias proph. 81 230 280 385 390 Vide & Eſaias
Iſaius 93 109

Isbo-

Isboſedus 103 105
Ismaël Abrahami fil. 23
Ismaël Tyrannus 256
Iſraëlitæ 148 212 366 Vide Iudæi 67 374 375 378 380 391
Itali 12
Ithamar ſacerdos 88 126
Ithuræi 394
Iuba rex 419
Iudas Eſſæus 396
Iudas Jacobi fil. 33 39 45 47 48 49 72 368
Iud Lebbæus. 39
Iud. Maccabæus 322 324 325 327 328 329 330 331 332 333 335 336 337 338 339 340 344 345 346 347 348 349 392 430
Iudas Simonis Maccabæi filius 359
Iudas ſacerdos crematur 412 med.
Iudas ſedioſus, Eæorum ſectæ 433
Judæa 39 92 208 215 219 243 255 256 272 281 293 295 296 299 324 239 331 346 347 389 379 398 399 408 409 410 415 426 429
Indæi 39 245 254 276 299 307 308 309 313 323 332 340 342 343 345 346 349 352 377 385 326 389 391 392 397 401 408 412 419 425 426 429
Iuditha 37 264 266 267 268 269
Iulia Auguſti conjux 413
Iuppiter tyrannus 229 377
Iuppiter Olympius 313 325
Iuppiter Capitolinus 400
Iuſtinus Martyr 307
Iuſtinus Hiſtoricus 308 391

L.

Laban 32 33 35
Lachis urbs 211 220
Lacedæmon urbs 314
Lamechus pius 7
Lamechus impius 3 8
Lagus 304
Laſthenes Cretenſis 252
Lea vid 6 Lia
Leucoſyrii 389

Levi 36 46 54 55 60 68
Lia 33 36 38 42
Libanus mons 41 372
Libna urbs 220
Libya 199 282
Livia 413
Lothus 21 364 376 377
Lysanias 427
Lysias 325 331 340
Lysimachus 317
Lucas Evangelista 123 301 399 432
Lucanus 429
Ludus imperatorij 273
Lugdunenses 421

M.

Maacha Davidis uxor 121
Maacha Absolonis filia 198
Maasias 216 258
Maccabæi 40 325 377 381
Macedones 287 302 303 325
Macherus urbs vel castellum 422 423
Mageddus, urbs 247
Magi Pharaonis 51
Magi Babyloniorum 275
Magi Persarum 412
Mahometus vel Mohammedus vel Muhamed. 23 fin.
Magnus Nebucadnezar 272 278
Magnus Antiochus 380 309 313
Magnus Alexander Vide Alexander M.
Magnus, Herodes 412 414 seqq.
Malachias 162 301
Malachus 408
Maleachus vide Malachias
Mambres vel Mamre 25
Manahemus 188 189 190 391
Manasses Josephi f. 46 198
Manasses rex 229 230 288
Manasses Jaddi frater 303
Manasses sacerdos, Johannis fil. 300
Manasses Judithæ maritus 266

Manaimus 401
Manoas 87
Marcus Evangelista 286 432 434
Mardochaius, vel Mardochæus 45 288 289 290 201 292
Maria soror mosis, alias Miriam 54
maria mater Christi 419
marianne 404 407 410 411 412 414 415 416 417 419 422 429
masipha, urbs 430
massada urbs 410
matthæus Apost. 286 412 422
matthias Apost. 41
matthathias 235
mattathias 322 323 324 325 326 327 328
matthathias Sim fil. 360
mattathias sacerd. 412
matthanes 209
mathusala 9
mauri 11
medaba urbs 323
martyres mille 318
martyres infantes ibid. & 412 fin.
martyres fratres septem 521 391
medi 12 247 263 279
media 221 222
merarus 266
merodachus 228 271 277 388
melite insula 400
melzaar 274
menelaus 311 313 314 315
mephibosethvide
miphibosedus 104 134
mesach 276
mesarex 376
mesopotamia 17 18 26 28 77
mesopotamii 19
mesraimus 381
messada urbs 410
messias 18 33 36 39 42 67 234 271 285 412 431 434
metroèbus 412 fin.
michal 103 108 117
micheas proph. 160 174 175
midianitæ 237 81 374 375 378
miphibosedus 104 134
miriam, vide maria
mispa urbs 45 256

Mispenses 257
Mnesteus 314
Moabus 376
Moabitæ 18 21 78 91 110 141 147 176 177 180 200 345 365 376 377 397
Modina urbs 322 325 337
Molech vel Moloch Deus 229 377
Monarchiarum initium 14
Mopsuhestia, urbs 362
Moses 38 44 54 57 58 59 60 61 62 63 65 68 70 71 75 76 162 367 374 375 380 432

N.

Naas 101 143 377
Nabal 118
Nabahæi 323 345 390
Nabothus 160 161 165 177
Nabuzardan, 253
Nachor 18 27 31 67
Nachordan 226
Nadabus 154
Naëmi vide Noëmis
Nahaman 169 171 172 386
Nahum proph. 38 193 231
Naphtali, vide Neptalim
Nasba 222
Nathan proh. 119 125
Nathan Davidis f. 119 123
Nazaræi 243 430
Nabathus 151
Nebucadnezar 288 247 258 271 272 385
Nebus mons 60
Nechaus Ægyptius 244 247
Nehemias 296 200 297 298
Neptalim fil. jacobi 41 149
Neptalim tribus 191 197
Ner 105
Nerias 251
Nicephorus 423
Nerus 250
Nethanias 256
Nicanor 324 325 326 331 332 335 336 339 346 348 349
Nicator 352
Nicodemus 431
Nicolaus Damascenus 408

Nicopolitani 412 med.
Nilus 52 54 60 387
Nimrodus 10 14
Ninus, urbs 186 220 221 222 223 263 391
Niphlim vel Nephilim gigantes 372
Noa vel Noachus 10 11 12 13 366
Noadias 298
Nobenſes 106 107 111 378
Noëmis 91 92 93
Numidæ 11 419
Numus, Joſue pater 76

O.

OBadias 266
Obedus 93 109 198
Obedus Rex Arabum 397
Obedus proph. 192
Ochozias, vulgò Ahasja 123 176 178 200 204 206 207 208
Ochus 299
Odolla, ſpelunca, 138
Olda prophetria 239
Oggus rex 71 367
Oneſicritus 280
Onias 304 307 311 314 315 316
Ophnius vel Hophni 97
Ophyra, inſula 144
Orebus dux 81
Orebus mons 60 162 380
Oroſius 302 400
Orthoſias, urbs 356
Othoniel 77 112 389
Oza 129
Ozias dux Bethulienſium 38 266 268
Ozias Rex 213 214 215
Ovidius 425

P.

PAcorus rex 399
Palæſtina 20 39 330 400 429
Palæſtini 19
Parthi 263 356 405 410
Paſſur 240
Patrochus 326 332
Paulus Apoſt. 20 22 28 45 286 301 429 432
Peca 190 191 192 215 391
Paulinus, ſcriptor 431
Peraja 190
Peninna 95
Pentapolitani 364
Perezitæ 49
Perſæ 13 280 288 291 412
Perſia 19 341

Persicum imperium 291 302 303
Persius, poëta. 434
Petronius 426
Petrus Apostolus 30 41 67 386 427 430 432 433
Phalechus 16
Phanuelitæ 81
Pharao 44 54 60 61 62 63
Pharisæi 322 398 403 431 432 433 433
Phaselis, turris Hierosol. 409
Phaselus 405 408 409
Phatuel 23
Pheroras 410 411 418
Pheroræ uxor 418
Pherefæi 366 368
Philadelphia 358
Philellen 394
Philippus rex, Alexandri M. pater 302
Philippus Apostolus 41
Philippus phryx 313
Philippus tutor Antiochi 340 341
Philippus Herodis fil. 418 420 421 423 427
Philistini 79 84 87 89 97 100 102 110 113 114 131 138 139 140 168 200 205 213 216 305 325 365 369 381 382 385
Philo, scriptor 34 482 433
Philopator 309
Philometor 242 351 361
Phœnicia 332
Phœnices 280 397
Phraates 399
Phrygia 341
Phua obstetrix 53
Phua, pater Tobiæ 83
Pilatus 421 424 425 431
Pinehas 97
Pinehas Aharonis fil. 66 374
Plinius 433
Plutarchus 397 400
Polemon, rex ponti 427
Polio pharisæus 403
Pompejus 362 399 400 402 404

Pom-

Pompejani 400
Porphyrius 433
Porphyrio 412
Priscus 304
Ptolomæus Alexandri M. minister 302
Ptolemæus aulicus 315
Ptolemeus Ægyptius sive Philometor 35
Ptolemeus præfectus phœniciæ 332 343
Ptolomeus paricida 458
Ptolomeus Auleres 408
Ptolomeus Evergetes 306
Ptolomeus Lathurus 397
Ptolomeus philadelph9 307
Ptolomeus Lamyrus 397
Ptolomeus Marcron 342
Ptolemæis 324

R.

Rabsaces 218 220
Rachel vel Rahel 40 44 45
Rachelis mors 28 35 45
Raguel 47 225
Rahab vel Rachab 73
Rama urbs 155 197
Ramatha 46
Raphaim gigantes 367
Raphaï 381
Rasis Syrus vel Rasias 191 215
Rebecca 18 27 29 33
Reblatha urbs 244
Rechabitæ 178 243 430
Rehabeamus 194 195 196 253
Rex Gessurenus 121
Rezon 148
Rhodii 412 med.
Rispa 108
Roma 346 400 404 408 416 419 420 426 429
Romani 324 325 327 387 399 404 405 408 410
Romanum imperium 361
Romelia 191
Roxane 411
Ruben 363 74
Rubenitæ 266
Ruth 91 92 93 376

S. Saba

S.

Saba 146
Sabadia vide Zabadia
Sachanias 294
Sadochus 127 128
Sadducæi 432 433 434
Salathiel vel Sealthiel 283
Sallus 237
Sallumus 187 188 189
Salmana vel Zalmuna 81
Salmanassar 193 219 220 221 386 391
Salmon 56 73 93
Salina 398
Salome 398 411 413 423
Salomo vide Solomon
Samaria regio 47 219 227 300
Samaria urbs 159 160 164 178 188 193 206 325 357 386 394 395 412
Samarite alias pheresæi 368
Samaritani 305 365 386 425
Sameas 403
Samgarus 79 381
Samma 140
Samuel 38 45 46 89 94 96 99 100 236 381 385 430
Saneballa 298 300
Senherib 220 226 227 391
Saphanus 248
saphatus 172
sara 20 21 26 33
sara Raguelis filia 224 225
saraceni 23
sarchedon 221 226
sareſſar 220 fin.
sarajas 237 251 384 293
sareptana vidua 162 163
saturnus 377
saulus 45 88 89 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 113 114 117 126 135 138 375 377 380 381 382 383
satyrici 387
sauromatæ 12
scipio, syriæ præfectus 404
scythæ 10
scythopolitani 344
seba 113 137
seculus vel seb 81

sede-

sedechias, 175 258
seir mons 30 fin. 378
seleucus 302 308 309
312 346
sellumus 242
selomitidis filius 70
semaias 298 246
semejas proph. 195
semeias pseudo proh. 24
semeius 114 135 141
semma 381
semus 13 15 366
sennacherib 218
vide sanherib
seon 71 376
serajas 284
serubabel 227 283 284
285 293 296
sesbasar 281
sesacus rex 194 387
sero 325 330
sethus 5 6 7
siba 104 134
sibyllæ 388
sicelecha urbs 110
sichema urbs 194
sichemiæ 82 90
sichemus 365
sidon 163 384
sidonii 161 236 484 385
silo vel schilo, Messias 36
silonitæ 152
silpa 42
simei, vide semeius
simeon Jacobi fil. 36 38
simeon Cananæus 39
simon Essæus 419
simon Justus 305 311
simon Matthathiæ filius
322 324 325 327 353
354 356 357 358 359
simon proditor 309 311
312
simon pontifex 422
simon servus 419
simson 40 87 381 430
simi à pinehà occisus
66 vide Zanbrius
simrius 156. 158
sin desertum 62
sina vel sinai mons 60
64 162
sion rex Amor vide seon
sion arx 373
sirachus vel siracides
305 306
sisara 41 59 80
soba 142
sobachus 142
sochotenses vel
suchotenses 81
sodoma 21 364
sodo-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819772518/phys_0541
DFG

Sodomæi 19 21 364
solinus 433
solomon 88 113 119
122 123 125 126 127
133 135 141 145 146
147 148 149 150 151
152 194 218 255 378
385
solomonis, conjux Eliazaris, mater septem fratrum martyrum
321
sosius 405
sostratus 315
sosipater 338 339
status salis 21
stephanus 185
strabo 308 389 390
stratonis turris 395
studiosi cremati med. 412
susanna 270
suidas scriptor 321 427
sulpitius severus 397
398
sua 39
suma oppidum 168
sunamitus ibid & 169
sunamitis alia 122
syria 30 45 143 147
264 185 302 305 307
308 309 313 314 325
330 346 347 398 404
412 420
syrii vel syri 133 241
110 113 143 155 186
310 357 385 389 393
397
syrophœnices 389 412

T.

Tacitus 364 399 433
Tarracha Æthiops Terro 417
Thabor mons 60 162
Tertullianus 254 425
Thamar 39 49
Thamaris Davidis filia 120
Thamnatenses vel Thimnatenses 87
Thephne 254
Thapsenses 189
Thara 17 18 21
Tharbis Æthiopissa 62
Tharsa urbs Thirza 158
159
Tharsus 186
Thebe oppidum 82
Theudas Magus 419
Thibnius 159

Theo-

Theodoretus 433
Theophilus sacerdos 424
Theophilus scriptor 321
Thersanus 189
Thesbites 162
Tholas dux 83
Thomas Apost. 43
Thrasæus 329
Thraces 12
Tigranes parthorum rex 398
Tigranes Alexandri III. filius 416
Tiglatphilassar 191 391
Timotheus 325 338 339 377
Tobias 41 47 221 222 223 324 325
Tobias gentilis 297
Tobuel 221
Trochonitis 420 422
Trypho 327 352 354 355 356
Triton Deus 381
Tyrii 89 149 315 385

V.

Valerius 425
Veneris sacra 443
Vogeses persa 299
Victorinus scriptor 221
Vienna urbs Galliæ 420
Vitellius præses Romanus 424 426
Ur Chaldærum 17
Urias 110 119 130
Uriah hypocrita 217
Urias propheta 210 256
Usitæ 31

X.

Xenephon 280

Z.

Zabadia 201
Zabdiel 351
Zabud Arbs 352
Zacharias proph. 45 202 213 286 287
Zacharias sacerd. 208 210
Zacharias rex 187
Zacharias pater Johanis Bapt. 412 med.
Zachæus 386
Zadocus, vide Sadochus,
Zalmuna vide Salmana

Zam-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0543
DFG

Zambrius 66
Zamzumimgigantes 377
Zara Judæi fil. 49 72
Zara Rex Æthiopum 197
Zaruja vel zeruia, soror Davidis 113 114 115
Zeba dux 81
Zebini 361
Zebulon Jacobi filius 43
Zechrius, homicida 216
Zedechias rex 251 252 253 254 261
Zerubabel, vide seruabel
Zezes 408 416
Zephonias propheta 38 238
Zephonias sacerd. ambitiosus 241
Ziba vide siba
Zidechia vide zede
Zion vidension
ziphæi 110 383
zipora 57 58
zoar oppid 21
zonaras 402 406 412
zorobabel vide seruabel.

FINIS INDICIS II.

NB. In hoc indice secundo scripta sunt nomina propria, neque ut in versione B. Luth. scribuntur, neque ut habentur in ipso Historiarum contextu. Nihilominus videbit Lector Benev. nos multa passim inseruisse, ut nihil dicam de innumeris propè sphalmasi, quæ in hac editione indicis emendavimus. Sunt equidem non nulla adhuc emendanda, si feriem Alphabeticam litterarum intermediarum accuratiùs expendas: sed omnes mendæ tolli hac vice non potuerunt. Etenim satis laboris & fastidii, in nos derivavimus, numerum pagellarum, qui in prioribus editionibus erat, in Historiarum numerum transmutando J. S. M. IN-

INDEX TERTIUS.

Qui est
Rerum, Et Exemplorum, secundum numerum Historiarum adornatus.

A.

ACcusatio in Justa 383 292
Administratio seu regimen unius 56
Adversariis fides non habetur 352
Adoratio 290
Afflictio piorum 28 31 36 44 60 61 221 282
Alia conveniunt aliis 133
Ambitio 68 433
Amicus fidus 131
perfidus 116 325 355 356
Amicitia violata 348
Amicorum luctus 36 116
Amor maternus 108 358
Amor facit insanos 145
Angeli hominum admonitores 176
Angeli adversarii malorum 58 67 43
Angeli comites 36 221 222
Angeli convivæ 19 20
Angeli consultores 22 124
Angeli custodes 19 21 222
Angeli defensores conjugum 222
Angeli piis familiares 22
Angeli liberationis nuncii 222
Angeli medici 221

Angeli pronubi 224 225
Angeli propugnatores 218 220
Angeli tutores 19 20
Angeli vates 22 87
Antichristi effigies 314
Antichristi mater 207 271
Arcus cœlestis sive iris 10
Arrogantia 23
Asperitas odium parit 412 416
Avaritia 112 335
Audacia scelerum 8
Aurum corrumpit homines 316 335
Auxilium Dei 197

B.

BEllum maximum 200 268
Bellum temerarium 245 337 353
Beneficiorum memoria servanda 352
Beneficium oportunum 132
Beneficium dare & auferre 408
Benedictio Dei alit homines 274
Benè monentibus est obtemperandum 115 171 202 268
Blanditiis mulierum occœcantur etiam sancti & sapientes 145
Bono nihil mali 31 54

C.

CAlamitas 58
Calamitatib9 homines redduntur sapientiores 331
Calliditas 74 101
Christiani affliguntur 179 319 366
Christ9 colaphopercussus

cussus 424
Ejicit dæmonia 371
Ad Caipham deducitur 424
Ad pilatum ducitur 225
Virgis cæditur, ibid.
Ex Ægypto Galilæam reducitur 419
Insidiis exponitur 421
Samaritanus dicitur 386
Sputo fœdatur 424
Subsannatur 421
Damnatur 425 431
Christi imago Isaacus 28
Josephus 44
Simson 87
Circumcisio 19
Clades inusitata 80 81 87 111 338
Cladibus fiunt homines sapientes 331
Clementia 226
Cœtus discentium 173 273
Concionatores 146
Consilium malum consultori pessimum 151 232 345 378
Consilia prudentium sequenda 51 57 399
Cœlo neminem excludit sua indignitas 38
Conatus bonorum Deus juvat 283
Conscientia 38 158
Constantia 4 177 321
Crudelitas 346
Insubditos 317 412
In pios 318
Est periculosa 353 392
Omnibusque inusa 397 412 fin.
Crudelitatis genera 291

291 320 321 323
324 448 386 387
397 399 400 402
40 306 408 410
411 418 429
Cultus divini profanatio 81 431
Cupido regnandi dementiam parit 394

D.

DEdicatio coronæ & vitæ aureæ 400
Dedicatio catenæ aureæ 427
Defuncti sunt lugendi 35 36 63
Deus afficitur hominum miseriis 44 163
Ab inimicis liberat 41 383
à tyrannide defendit 52 259
punit 386
Tyrannos impedit 54 339
Reges flectit 288 291
Ignoscit 70 110 239
Miseretur omnium 38
Tuetur suos 44 54 60 75 110 128
Est præsens suis 36
Odit calumniatores 50
Tribuit potentiam 50 272
Curat contemtos 4 10 89
Extollit humiles 100 110 alit 71 162 172
Benefacit piorum posteris 53
Non respicit personas 81 172
Sibi videntes ornat 36
Terret hostes 167 337 339
Non frustra minatur 153

Est vindex injuriæ 32 238 384 386 405
Contumacibus negat auxilium 84
Tardus est ad iram 366
Dei benedictio 51
Dei mandata magis, quam hominum timenda 53 291 293 365
De filius præsens in afflictionibus 321
Dei causa cruciatus ferendi 321
Deo nihil præsaribendum 268 269
Deo grata est lenitas in miseros 375
Deo obediendum 53 80 243
Deo nihil impossibile 19
Deo facile est vincere, ibid.
Dii gentium nihil 271 387
Diabolus auctor peccati 1 2
Diffidentia 411
Dignitatis restitutio 399
Discordia 400 407
Dissipatio gentium 19
Doctor fidus 10 154 261 271 286 319 360 364
Doctor exsecrabilis 97 fin.
Delus muliebris 48
Dona Dei 145
Donis Dei abuti 366
Dux ex agro 60 11
Dux ex horreo 81

E.

Ecclesia Dei inter impios affligitur 1630 fin. 52
Ecclesiæ constitutio 13 14 281
Hospitium 14 fin.

Liberatio 52 290
Exempla adulationis 106
Ambitionis 68 83 337 431 433
Amici fidi 102 114 334 444
Amici simulati 508
Amici mali 427
Animositatis 337
Ancillæ fidelis 267
Apostatæ 348
Arrogantie 30 401
Avaritiæ 32 67 99 189 299 317 338
Beneficentiæ 223
Bonitatis 276 279 280
Charitatis 21 221
Castitatis 44
Constantiæ 10 276 322 fin.
Contemtus 31 96
Credulitatis 270
Crudelitatis. vide Crudelitatis genera
diligentiæ 149
Divinæ liberationis 61 261 266 272 276
Divinæ omnipotentiæ 67 329
Ebrietatis 264 278
Fidei 21 29 51
Fidelitatis 29 133 144 169
Fortitudinis 66 102 141 184
Eraudis 45 279 329 349 412 Med.
Gratitudinis 25 57 96 234 221 fin. 344
Hominum maleficorum 391
Hospitalitatis 24 109 fin. 344 255
In hospitalitatis 364
Humanitatis 81 163 255
Humilitatis 2
Hypocriticæ Eccl. 3
Impietatis 47 229 Impru-

imprudentiæ 13. 400
induſtiæ 139 151 412
incrudelitatis 75
infelicitatis 90 254
ingratitudinis 112 197
238 364 382 406
inhumanitatis 371 370
399
injuſtitiæ 165 257 325
405 417
inobedientiæ 18 122
186
inſtitutionis bonæ 6 271
401
impatientiæ 256
iræ Dei 43 fin. 369
Juſtitiæ civilis 23 24
419 fin.
lenitatis 171
liberalitatis 163 296
287
libidinis 9 36 66 120
350 437
majorum 45 184 406
magnanimitatis 82 181
malefici 390
miſericordiæ 252
moderationis 29 96
fin. 275 fin.
munificentiæ 133 226 288
obedientiæ 19 28 44
65 109 202 222 243
obſervantiæ 26 289
patientiæ 2 fin. 29 31
36 44 60 76 fin.
89 94 135 226 34
perfidiæ 30 136 401 410
præſentiæ 31
perjurii 253 312 329
352 404
pietatis 12 13 29 92
94 236 252 179 292
pœnitentiæ 186 229 313
proditionis 106 110 312
prudentiæ 29 44 57 65
68 171 243
roboris 87 114
ſævitiæ 343
ſeditionis 421
ſervitutis 371 391
ſimulationis 30 198 411
temeritatis 332
timoris 21
timoris Dei 29 272
tyrannidis 313 299
339 414
uxoris bonæ 29 33 270
414
uxoris malæ 34 95 221
Eluſio 382 383 398 406
Exulibus paratum hoſpitium 109 fin. 276

F.

FActa bonorum 345 452 426 427
Fames 36 162 172 386
Fides Christianorum 322
Deo placet 4
triumphat quasi de Deo 36
omnia impetrat 89
tentatur 19
via est victoriam 203
Fidei magnæ exempla 1 12 15 19 20 29 31 322
Fidei humilis exempl 31
Fides data 392
Fiducia sui 111
Filii boni è malis parentibus nati 15 218
Filii mali è bonis nati 28 38 39 64 366
Filii mali è malis nati 176 418
Filii degeneres 21 fin. 282
Filii boni 9 14 15 305 311 352 357 359
Filiæ educatio 27
Flagitia majorum 38 fin.
Fœdus 19 32 245
Fœminæ victrices 80 266

G.

GIgantum ortus 363
ferocitas 370
habitatio 366 367 373 381
Gentium execratio 365
interitus 366
Gigantes pacis hostes 363
inimici Dei ibid.
Gigantum vitia 380 381
GratiaDei 186 fin 300
Gratia Deo debetur 16 19 41 62 66 fin. 96 221 fin 171 268
Gratulatio nubentium 3549

H.

HErodianorum crudelitas 412 422 429
Herodiades libidinosæ 429
Homo ad vitam duplicem conditus 1

Homo

Homo afflictissimus 31 60
Homo maleficus 422
Hostes Dei 381
Humilitas placet 303
Hypocrisis Deo invisa 100
Hypocritæ 30 136 160 174 217 240 279 412 425
Hypocritæ sunt percussores 147 240
Hypocritæ regna evertunt 184
Hypocritæ sunt superbi, ibid,

I,

IDololatria 30
Est fugienda 204
Ea causa molorum 187 198 211
Impatientiâ quandoq; etiam pii vincuntur 31
Impetus divinus 78 79
Impetus in se ipsum per iram nimiam 30 32 414
Impietas patris in filium 412 417
Impietas matris in filios 358
Impietas filii in patrem 10 11 355
Impieatas filii in fratrem 396 397 299 314 400 405 410 418 411
Impietas in matrem & fratres 394
Impietas mariti in conjugem 411 412 414
Impietas conjugis in maritum 415 352
Impietas in generum 32 36 352
Impietas in socrum 358 412
Impietas in propinquos 324 346 360 362 369 397 406 412
Impietas in familiares 302
impietas inclientes 355
impietas in virum bonum 323
impietas in benè meritum 402 412
impietas in patriam 363 412

Impietatis in sacerd. 412
Impii sunt infelices 52 176
pereunt 52 60 71 75 fin. 112 100 314 fin. 335 fin. 380.
Impii sua manu cadunt 100 282 342 356
Impii sunt vitandi 69 97
Impiorum consilia sunt irrita 270
Impiorũ reprehensio 7
Imprecatio 377 170
Impunitas scelerum 14
Indignitas sua neminẽ cœlo excludit 38
Indignitas flagitiorum 14
Indulgentia 209 356
Induratus Pharao 52
Induratus Achas 216
Insolentia 400
Intemperantia libidinum 9
Interitus particularium Eccles. 378
Iræ divinæ monumentum 364 fin.
Judicium injustum 405 419 426
Juramenti violatio 328
Justi non lædendi 106
Justi terram impiorum inhabitant 367

L.

LAbores tolerandi 10 173
Lex 60 377
Lex sancita de homicidio 10
Legis observatores 243 319 321
Libertas restituta 19 336
Libido impatiens reprehensionis 302
Lingvarum confusio 10
Linguarum dignitas 16

M.

MAgistratus civilis 57
Magistratus observantia 44 145 334
Magistratum eversores 187 412 Med.
Malinon possunt nocere 32 331
Mali princeps 77 379 408 411

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0554
DFG

Malorum consortia 69 170 357
Malum recedit in auctoris caput 278 279 223 292 316 393 419 423
Malefici 390
Martyres 238 319 319 320 321 423
Matrimonium 26 293
Matrimonii auctor 2
Matrimonii lex 10 48
Minæ Dei non sunt irritæ 28
Misericordes 358
Misericordia Dei 38 71 195
Mores corrupti 330 331
Mori pro religione 320 321 322 402
Mori pro justitiâ 402
Mors beata 321
Mors miserabilis 327
Mors repentina 264
Mors viri boni 89 311 345 402
Mors impiorum 121 161
Mortuus suscitatus 162 163 168 172
Muliebris calliditas 26 29 35 48 53 87 398
Mulier sapiens 239 288
ærumnosa 321 358 410
animosa 321 398
coërcens Impetum 48 398 init.
cædis cupida 266 413
libidinosa 374
regnans 398
superba 413
Mulieris fortitudo 73 266 361 414
Mulieres prophetissæ Debora 80
Olda vel Hulda 239
Munera corrumpunt animos 316
Muneris alieni usurpatio 129 214
Muneris defensio 184

N.

NEgligentia in rebus divinis 46
Nihil sine Deo auspicandum est 47
Negotiatorum cura 354
Notitiæ Dei propagatio 5
Noverca injusta 418

Ob-

O.

OBjurgatio invisa 210 246 261
Otium corruptela morum 173 350 364
Officium amici 21 23 93 133
Ancillæ 267
discipuli 89
doctoris 6 14 15 60 89 135 184
famuli 25 289
filii 28 44
fratris 37 39 325
patris 27 94
præceptoris 125
prophetæ 125 199 271
regis 23 61 66
sacerdotis 237 305
senis 311 403
socii fidi 60. med.
uxoris 20 29
Virginis 33
Officia vocationis 89 426
Odium parentum 143 418
Odiũ in regem justum 398
Odium in virum pium 221
Opera Dei impediri non possunt 234.

P

PAcis restitutio 324 340
Parentum benedictio 13
contentus 11 13
luctus 121
maledictio 369
obedientia 108 scilicet quousque debeatur parentibus
peccata 11
reverentia 13 337 358
auctoritas 14
Pauperes 94
extolluntur 408
Paupertas piorum 172
Peccatum nullum impune 7 110 186
PiiDeum præsentem habent 14 36 44 212 240 325 327 366
Pii scelera oderunt 364 21
Pii sæpè cum malis puniuntur 375
Pii vident hostium interitum 254

Pii quandoq; seducuntur 17
Pii hostib9 nocent concionibus 262
& precibus 136
Pœna divina 373
Pœna ambitionis 115 122 337
Audaciæ 155
avaritiæ 97 112 335
blasphemiæ 70 378
Calumniæ 270 178
contumeliæ 81 87
convitii 220
crudelitatis 50 258 282 291 314 342 348
defectionis 253
Ebrietatis 112 156 278
falsæ doctinæ 97 219
fiduciæ propriæ 153
furti 72 348
homicidii 3 8 101 110 191 355 357
Idolatriæ 56 81 151 187
impatientiæ 71
impietatis 160 174 176 184 187 212 214 266 300 350 418
imprudentiæ 325 337
impudicitiæ 225
incestus 38 362
incredulitatis 71 172 347
indulgentiæ 70 88 122 209 365
infidelitatis 211
ingratitudinis 47 177 208 210 223 394
injustitiæ 99 316
inobedientiæ 11 13 21 38 88 97 124 135 151 153 213
insolentiæ 10
invidiæ 35 67
lasciviæ 50
lexitatis 214 249
libidinum 34 37 45 66 120 171 258 283 365 374
mandati Dei violati 8 10 228
mendacii 50 169 276
neglecti officii 340
obtrectationis otÿ 340
parricidii 191 394
perfidiæ 253 452 356 365
perjurii 321 392 404
proditionis 106 312
sacrilegii 308 310 313 317 348

ſtultitiæ 236 247 337 365
ſuperbiæ 16 20 21 47 64 117 121 124 245 336 353 356 377 423 429
talionis 61
temeritatis 30 62 85 111 182 194 196 211 250.
tyrannidis 52 61 82 100 205 272 314 349 392 414 425
Pœnitentia comes peccati 30 45
Populus fatuus 250 365
Populus ſacerdotibus ingratus 305
Poſteri majorum peccata luunt 100 103
Pater in filium animadvertens 418
Perfidia 253 vide Poena Perfidiæ
Petitio in humana 321 425
Petitio libera 427
Pietas in fratrem viventem 319 411 422
Pietas in fratrem mortuum 411
Pietas periculis expoſita 277 44 426
Pluvia precibus impetrata 162 402
Pontificatus vendibilis 314 428 432
Pontific. neglectio 428
Populus legis 22
Potentia facit animoſos 398
Potentia exterorum inviſa 408
Poteſtas Anti Chriſti 110
Præmia beneficentiæ 223 253
Charitatis 252
fidei 266
fidelitatis 209
hoſpitalitatis 19 73 162
humanitatis 311
innocentiæ 50
munificentiæ in alendâ Eccleſiâ 193
obedientiæ 89 176
pietatis 4 13 39 44 50 128 192 197 218 279 325 376
Veritatis 265
Preces 136 168 252 325
Preces piorum proſunt aliis 19 fin. 63. 179 200
Præces piorũ vitam malis adimunt 136 385

pre-

Preces vitam bonis conservant 30
Preces piorum sunt efficaces 68 71 76 89 162 163 177 178 225 230
Principum vita 200 ornamenta 145
Prodigia 60 61
Promissio de Christo facta
Adamo 1
Abrahamo 19
Isaaco 27
Jacobo 36
Davidi 110
Promissiones Deus implet 36. fin.
Promissionis signa 19
Propheta hypocrita 153
Prudentia magistratus 213
Prudentium error 236
Pudicitia 20
Pupillorum pater Deus 288

R.

Rex bonus 218 279 280 287 309
Rex impius 151 278
Regis contemtus 373
Reges latrones 25
Regnum dolo acceptum 82
constitutum 14 388
repudiatum 8
Asmoneorum affectatum 412
Regnum Babyloniorum 388
Idumæorum sublatum 378
Judeorum eversum 429
Samaritanorum 386
Syriæ translatum 362
Sichemitarum interit 365
Regnum facit crudeles 316 356 400 401
astutos 395
Impios 317
Ingeniosos 325
Timidos 315
Vesanos 394
Regni translatio 278 fin. 280 fin.
Religio specioſa 17
contaminata 322
Religionis contentus 378

Res secundæ evertunt homines 350 358
Repudia 293 411 414 419 421
Reverentia senectutis 170
superiorum 110
Robur consilii expers 111 331

S.

Sacerdotii & regni honor venditur 30 348
Sacerdotes boni 243 293 305 206 307 214 402
Sacerdotes impii 67 97 90 175 300 302 315 348 397
Sacerdotum potestas 297
Sacramentum violatum 253
Sapientia Dei 44
Sapientia in luxu non comparatur 173
Saturitas & otium 12 364
Serpens Babylonius 271
Senis cædes vindicata 402
Societas cum impiis 166 197 200 205 228
Somnia 363 397 280
Spectrum 310
Superbiam Deus odit 272 376
Superbia etiam hominibus exosa 292
Superstitio 17 322 427
Supplicia malorum Deus probat 64 fin.
Semel malus semper malus habetur 346

T.

Temeritas adolescentum 115
Temeritas Evæ 2
Ædificantium turrim Babylon 10
ducis 333 336
Templum Ægyptiacum 151 fin.
Jerosolymitanum 284 348
Obsessum 391 399 402
Templi eversio 348 340 244 272 391
Spoliatio 315 387 299

Insta-

Instauratio 282 283 287 209 309 225 412 med.
Testimonium innocentis 50. fin.
Iræ divinæ 425
Terræ motûs 183
Timor Dei 224
Turris exstructio 16
Tyranni 14 16 52 61 82 100 132 205 229 314 315 347 349 350 387 398
Tyrannus insidiosus 315
Typus electionis & salvationis 28

V.

Vaticinium Danielis 371
Davidis 390
Jonæ 43 186 391
Manaimi Essæi 401
Jeremiæ & Joëlis 394
Vaticinium de Antigono, de Arabibus 390
de Cyro 290
de Christo 424
de Alexandro 302 303
de Elia 301
de Herode 401
de Hyrcano 403
de Tyriis 385
Venia delictorum 125
Ventris gratiâ peccata probare 361
Verbum Dei & ratio aliquando pugnant 4
Verbum Dei sæpe quando proponitur, contemnitur 386
Veritas defendenda 4 17 65 74
Verax Deus 19
Victoria 19 78 80 314 333 374 397 412
Victoria miraculosa 268 381 385
Victoriæ auctor 102
Victoria è cœlo missa 332 338 366 367
Vindicta privata 38 20
hostilis 70 392
Deo committenda 68
Violatio sepulcri 399
Vir bonus 19. init. init. 271 276 med. 403
Vir justus 402 422 Joh. Bapt.

Viri boni laus 31 152 302 325 fin. 367 378
Viri boni militares laudantur 337
Viri sancti affliguntur 110 318 319 321
Vident aliquando & in abdita 172
Viro forti nihil inexpugnabile 76 403
Viro sancto nihil impossibile, vel vir sanctus & post mortem miraculum facit 172
Virtus impiis invisa 319
Virtutes sive res maximæ 357
Vitæ malæ tristis exitus 160
Vita in cœlis melior 72 318 320 321
Vita nostra prosit aliis 44
Unctio regia 395
Voluntas Dei 70 157
Votum temerarium 85
Urbium exstructio 296 305 412
Uxor desertrix 422
Uxor desiderata 316
contemtrix mariti 427

Z.

Elus viri pii 66

FINIS INDICIS TERTIIS.

Ipse-

Ipsemet agnosco. L. B. esse in hoc etiam indice tertio, quæ limam requirant. Sed quî unâ operâ emendari possint omnia? Prout itaque ab Auctore ipso olim positus, & ab Auctoris filio in quibusdam editionibus repetitus fuit; ita hîc ipsum hac vice edimus, mutatis verò paginarum numeris in numeros Historiarum. Studiosa pubes passim inveniet, quod addi suo loco possit. Non enim existimandum est, omnes Historiarum materias insertas indici isti ab Auctore fuisse consultum proinde fuerit, chartam albam per secundum ac tertium indices interserere, in quâ quæ ab industrio Lectore observantur, notari addique possint.

Cæterum quum vix accidat, ut libellus aliquis omnibus omninò mendis careat; neque hunc immunem esse à communi illâ sorte, quis non censeat? Sphalmata verò leviuscula, & singula quidem, ob oculos Lectoribus ponere, quid opus est; Horum enim candori reliquendum est non nihil. Etsi enim laudabi-

dabilem præstiterunt operam, quibus emendandi partes tum à Typographo, & bibliopolâ, tum à me quoque fuere demandatæ; quia tamen nemo Lynceos adeò oculos nactus est unquam, quin quædam παραγραφων vestigia reliquerit; fore speramus, ut in meliorem interpretetur partem L.B. si fortasse in hoc etiam opusculo σφάλματα quædam animadvertat.

FINIS.

Fr. Reppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn819772518/phys_0567
DFG

de Elia 301
de Herode 401
de Hyrcano 403
de Tyriis 385
Venia delictorum 125
Ventris gratiâ peccata probare 301
Verbum Dei & ratio aliquando pugnant 4
Verbum Dei sæpe quando proponitur, contemnitur 386
Veritas defendenda 4 17 65 74
Verax Deus 19
Victoria 19 78 80 314 333 374 397 412
Victoria miraculosa 268 381 385
Victoriæ auctor 102
Victoria è cœlo missa 332 338 366 367
Vindicta privata 38 20 hostilis 70 392 Deo committenda 68
Violatio sepulcri 399
Vir bonus 19. init. init. 27. 276 med. 403
Vir justus 402 422 Joh. Bapt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819772518/phys_0569
DFG